Universidad de Deusto
Biblioteca

CANISIUS

AUTHORITATES
IN
CATECHISMUM

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE ET SANCTORVM

PATRVM, QVAE IN SVMma doctrinę Christianę

DOCTORIS PETRI CANISII THEOLOGI

Societatis IESV citantur, & nunc primùm ex ipsis fontibus fideliter collectę, ipsis Catechismi verbis subscriptæ sunt,

PARS PRIMA

DE FIDE, SPE, ET CHARITATE.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

HIEREMIAE VI.

Hęc dicit Dominus: State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quę sit via bona, & ambulate in ea: & invenietis refrigerium animabus vestris.

COLONIAE
Apud Gervinum Calenium & hæredes Iohannis Quentel,
Anno M. D. LXIX.

Cum gratia & privilegio summi Pontif. Pij V. Item Roman. Imperatoris Maximiliani II. in Decennium.

Del colleccio de la compañia de Jesus de Valencia
J. de Olaeta

Universidad de Deusto
Biblioteca

II. AD TIMOTHEVM III.

Omnis scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiẽdum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

B. AVGVSTINVS TRACTATV II. IN EPIST. B. IOANNIS.

Omnia quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostram, intentè oportet audire: maximè tamen memoriæ cõmendanda sunt, quæ aduersùs hæreticos valent plurimùm, quorũ insidiæ infirmiores quosq; & negligẽtiores circunuenire nõ cessant.

ORIGENES TRACTATV XXIX. IN MATTH.

Matth. 24. Quotiès Hæretici canonicas proferunt scripturas, in quibus omnis Christianus consentit & credit, videntur dicere: Eccè in domibus verbum est veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodùm per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis.

VINCENTIVS LIRINENSIS IN LIBELLO aduersùs prophanas omnium hæreseõn nouationes.

1. Tim. 6. Necessè est profectò omnibus Catholicis, qui sese Ecclesiæ matris legitimos filios probare studeant, vt sanctæ sanctorum Patrum fidei inhæreant, adglutinentur, immoriantur: prophanas verò prophanorum nouitates detestentur, horrescant, insectentur, persequãtur.

ITEM.

Ephes. 4. Hos in Ecclesia diuinitùs per tempora & loca dispẽsatos, quisquis in sensu Catholici dogmatis vnũ aliquid in Christo sentientes contempserit, non hominem contemnit, sed Deum.
Luc. 10.

D. AVGVSTINVS LIB. II. CONTRA IVLIANVM PELAGIANVM IN EPILOGO.

Quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerũt: quod didicerunt, docuerũt: quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondùm vobiscum apud illos iudices aliqd agebamus, & apud eos acta est causa nostra. Nec nos nec vos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas contra vos sententias recitamus: nondùm vobiscum certabamus, & eis pronunciantibus vicimus.

APPROBATIO HVIVS LIBRI.

Hoc volumen iam vetèns typis excusum iudico magno fructu in manus multorum cuulgandum Ego frater Theodoricus Buscoducen. Sacræ Theologiæ apud Colon. professor, & Apostolicus Inquisitor.

PIVS

PIVS PAPA V.

DILECTO FILIO GERVIno Calenio, Typographo Colonien.

Dilecte Fili Salutẽ & Apostolicam benedictionem. Cùm tu, sicut accepimus, nõnullos de probatis Sanctorum historijs à Dilecto filio Laurentio Surio optima fide collectis, necnon alios Tomos seu libros dilecti filij Petri Canisij presbyteri seu religiosi Societatis IESV de doctrina siue Institutiõe Christiana inscriptos, vnà cum certis Annotationibus nondùm impressos, tua impensa imprimi facere desideres: Nos tibi, quem in excudendis huiusmodi Tomis seu libris graues impensas subire necesse est, nè ex beneficio omnibus Christi fidelibus collato detrimentum aliquod sentias, opportunè prouidere, ac te in tuo laudabili & Reipublicæ Christianæ perutili proposito confouere volentes, & à quibusuis Excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibèt innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxàt consequendum, harũ serie absoluentes, & absolutum fore censentes: Motu proprio non ad tuam vel alicuius pro te nobis super hoc oblatæ petitiõis instantiam, sed ex certa scientia & mera deliberatiõe nostris tibi Tomos seu libros præfatos per te vel aliũ seu alios imprimendi, & impressos ven-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dendi licentiã & facultatem plenam & liberam Apostolica authoritate per præsentes concedimus: Necnõ omnibus & singulis impressoribus, librarijs, & mercatoribus tam in Italia quàm extra Italiam constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ & sub Excommunicationis sententiæ, necnõ in terris sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subiectis, sub amissionis Tomorum seu librorum huiusmodi, ac mille ducatorũ auri de Camera, pro vna Cameræ Apostolicæ, et altera medietatibus tibi, tuisq; hæredibus & successoribus irremissibiliter loco dannorum applicandorũ pœnis, per alios absq; tuî & hæredum vel successorũ tuorũ expresso mandato aut licentia habita excudentes, seu imprimẽtes, aut vendentes, totiès quotiès id fecerint, eo ipso incurrẽdis, nè eosdem tomos seu libros infra decennium proximè futurũ ab illorum impressione cõputandũ, in quibusuis literarũ characteribus, aut parua, mediocri, seu magna, vel alia quacunq; forma alicubi imprimere, neq; per alios impressos vẽdere absq; expressa tuî vel hæredum & successorũ præfatorum licentia vel consensu audeãt vel p̃sumant, & ità per quoscunq; iudices & commissarios quauis authoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi facultate & authoritate, iudicari & diffiniri debere: Ac quicquid secùs super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus: Mandantes nihilominùs Motu simili sub interdicti Ecclesiastici & ingressus Ecclesiarum Venerabilibus Fratribus nostris Colonien. & quorumuis aliorum ciuitatum & locorum Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs illorum vicarijs seu officialibus, legatis, vel Vicelegatis, ac sub primò dictis pœnis, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs quibusuis Iudicibus quibuscunque authoritate & officio fungẽtibus, quatenùs quotiès pro parte tua, & successorũ tuorum, vel alicuius eorum huiusmodi fuerint requisiti in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra inhibitionem præfatam inuiolabiliter obseruari: ac te, tuosq; hæredes & successores præfatos huiusmodi, illorumq; singulos concessione pacificè frui & gaudere: Ac impressores, librarios, mercatores, fautores, scientes & non reuelãtes, quos inhibitioni præfatæ contraueniſſe eis constiterit, excõmunicationis & alias sententias, censuras & pœnas huiusmodi incurriſſe declarent, ac pro talibus publicè nunciari mandent, & faciant, contradictores quoslibet & rebelles per easdem censuras & pœnas, appellatione postposita, cõpescẽdo: inuocato etiam ad hoc, si opùs fuerit, auxilio brachij secularis: Nõ obstãtibus Cõstitutiõibus et Ordinatiõibus Apostolicis, Priuilegijs quoq;, Indultis, et literis Apostolicis super imprimẽdorum Tomorũ facultate quibusuis personis cuiuscunque dignitatis & præeminẽtiæ existentibus etiam motu & scientia similibus, ac sub quibusuis te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

noribus & formis, necnon clauſulis & decretis conceſſis: Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua: nō aūt per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſsis habētes, illis aliâs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxàt ſpecialiter & expreſsè derogamus: Aut ſi impreſſoribus, librarijs, & mercatoribus p̄fatis vel quibuſuis alijs, cōmuniter vel diuisim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mētionem. Volumus autem & eadem authoritate decernimus præſentium literarum tranſcripta in ipſis Tomis impreſſa in iudicio & extra ſufficere, & plenam fidem facere, regula contraria non obſtante. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIIII. Septembris, M. D. LXIX. Pontificatus noſtri anno quarto.

Cæ. Glorierius.

DE

DE HVIVS OPERIS RATIONE AC VTILITATE PRAEFATIO PE-tri Buſæi Nouiomagi.



AMICVS quidam noſter prudentia ac dignitate p̄ſtans, cùm hunc Catechiſmū Doctoris Petri Caniſij diù ac multùm euoluiſſet, maiorem in modū optauit, vt quæ varijs ex Patribus in illo collecta, breuiterque tradita continentur, aliquāto fuſiùs, præſertim in rudiorū gratiam explicarentur. Nec enim ſatis fore putauit, ex alijs Catechiſmis, qui non pauci & vtcunquè elaborati circunferuntur, huc lucē maiorē adferre: ſed hoc poſtulauit maximè, vt ad verbum libro adſcriberētur, quæ partìm ex ſacris literis, partìm ex Patrum monumentis petita, circa marginē duntaxàt, vt fit, ſuccinctè indicabantur. Neq; ille verò temerè cogitauit, hac quidem ratione, & teſtimoniorum, q̄ diximus, adiecta luce, fieri poſſe, vt quod opus multorum nunc manibus teritur, maiorem quoquè fructum, & pleriſq; ſingularem commoditatem exhiberet. Primùm enim ità conſulitur Catechiſtis, qui ſiue Catechiſmum Romanū ex decreto Tridentini cōcilij editum, ſiue hanc doctrinæ Chriſtianæ Summam explicent, graui leuantur labore in conquirendis au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

thorũ ſententijs : pręſertim cùm nec ſuppetãt omnibus tot libri Patrum atq; Theologorum. Deindè non poteſt ex harum ſentẽtiarum collectione non aliqua tum vtilitas, tum voluptas conſequi, cùm lector lucè clariùs videt, veteris quidem Eccleſiæ ſenſum atq; cõſenſum huic libro tam pulchrè fauere atq; patrocinari. Grauis eſt enim authoritas Patrum: quos omninò qui contemnunt vel negligunt, næ illi non intelligũt, quantoperè contriſtent & offendãt in ſuis electis organis Spiritum ſanctum, qui etiam nunc in Patrũ ſcriptis viuit ac loquitur continenter, magnumq; lumen & robur neceſſarium prębet Eccleſię Dei, tum in ſcripturarum interpretatiõe, tum in Catholicæ fidei doctrina confirmanda ac propugnanda. Quam enim aliam potiſſimũ ob cauſam arbitramur poſt Apoſtolos, Prophetas & Euangeliſtas, diuinitùs per tempora & loca datos conſtitutosq; eſſe Paſtores & Doctores: niſi, vt Apoſtolus ait, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris? Quo quidem officio ac munere ſuo dum etiam poſtquàm è vita exceſſerint, funguntur, relictis clariſſimis literarum monumẽtis, in quibus teſtatas conſignatasq; animorum ſuorum ſententias prodiderunt : ſi eos, tanquàm qui errent ipſi, audire contemnimus: an non Deum ipſum aſpernantur, cuius cõceſſu ac munere illos habemus? An non eundem fraudis ac mendacij arguimus, q pro luce tenebras, pro vię ducibus & doctoribus veritatis, errorum magiſtros atq; authores dederit, quiq; falſis promiſſis

Epheſ. 4.

promiſſis Eccleſiam ſponſam ſuam miſerè deluſerit? Etenim ſi Patres in aliquo fidei dogmate conſentientes & quaſi conſpirantes, lapſi fuerint, vniuerſam Eccleſiam aliquandò in fide, quæ baſis & fundamentum eſt religionis, errâſſe cõſequetur. Aberrante ſiquidem Paſtore, neceſſarium eſt & oues aberrare: & quò oculi dirigunt corpus, eò pariter reliqua membra deferri moueriq; neceſsè eſt. Quo tandèm igitur pacto Deus conſtare ſibi, ac in promiſſis ſuis conſentire poterit? Quæ fides, quæ authoritas diuinæ pollicitationis de perpetua Spiritus ſancti & Chriſti Domini præſentia, ac in veritatis fideiq; doctrina ſtabilitate & cõſtantia, quam Eccleſiæ promiſſam diuinæ literæ planè ac perſpicuè teſtãtur? Quomodò Chriſtum Dei ſapiẽtiam à ſtultitiæ nota vindicabimus, qui & domũ ſuam ſuper arenam ædificâſſe, & non ad columnam & firmamentum veritatis, vti debebat, ſed ad erroris ducem atque magiſtram conſulendam atq; audiendam ablegâſſe videri poſſet? Quare ſumma repræhẽſiõe digni ſunt audaciſſimi ſimul & arrogantiſſimi homines, qui Patres omnes in doctrina cõſentientes præ ſe contemnunt, illorumq; grauiſſima iudicia in vulgi contemptionem adducunt : tum de horum erroribus & næuis ad arbitrium libidinemque garriunt impudenter. Nam quis ignorat has voces, quas Luterum inconditè fundere, ac temerè ſuperbeq; effutire nõ puduit : In [a] omnium Patrum ſcriptis multos inueniri errores, ſæpè in oratione ſecum ipſos pugnare, ſæpè inter ſe diſſentire, diuinas ſcripturas torquere : Auguſtinum ſolùm diſputare, definire nihil: Hieronymum in Commẽtarijs ferè nihil aſſerere, [b] ipſumque & Origenẽ tam ineptè ſa-

Heb. 11
Ioſ. 14. & 16. Matth. 28. Eſaiæ 59. Matth. 16. Luce 22.
Matth. 7. 1. Timoth. 3.
Matth. 28.

[a] In prologo aſſertiõis articulorum damnatorũ à Leõe decimo.

[b] de ſeruo arbitrio ad Eraſm.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cras Literas tractâſſe ac explanâſſe, vt nemo propemodùm, ſuo quidem iudicio, ineptiùs id feciſſe videatur. Atque inſolentiùs ſeſe efferens, [c] certum ſe gloriatur, improbeque iactat, dogmata ſua, quantumuis impia, habere ſe de cælo : adeò vt nihil curet, ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, ipſi quàm maximè aduerſentur atque reclament : D E V M errare, decipi & fallere non poſſe : Auguſtinum & Cyprianum, ſicut oēs electos, errare potuiſſe, ſæpiusq; errâſſe. Melanchthonis verò, qui modeſtior videri voluit, quàm intolerabilis arrogantia? dum in ſuo de Locis communibus rerum Theologicarum libello, quem Luterus inuictum [d] appellauit, & non tantùm immortalitate, ſed canone quoquè Eccleſiaſtico dignum cenſuit, ſic [e] ait : Scripſêre de libero arbitrio Auguſtinus & Bernardus, & ille quidem ſua poſterioribus libris quos aduersùs Pelagianos edidit, multipliciter retractauit. Bernardus nō eſt ſimilis ſuî. Sunt hac de re etiam apud Græcos quædam, ſed ſparsìm. E G O quandoquidem non ſequar hominum opiniones, & ſimpliciſſimè & planiſſimè rem exponam, quam ferè obſcurârunt Authores tum veteres tum noui: quia ſic interpretabantur Scripturas, vt ſimul vellent tamen rationis humanæ iudicio ſatisfieri, &c. Quem libellum his tandèm verbis concludit: Cenſeo non aliter atquè peſtem fugiendos hominum commentarios in rebus ſacris, quòd doctrina ſpiritus purè niſi è ſcripturis hauriri non poſſit. Hanc tamen ſuam de libero arbitrio ſententiam poſteà [f] non modò ipſe reuocauit, ſed etiam velut Stoicorum opinionem, & Manichæorum deliratione inſaniasq; confutauit.

Nec

c Aduersùs Henricū Regem Angliæ.

d De ſeruo arbitrio ad Eraſmum.

e In locis cōmunibus ad Tilmanum Plettenerum anno 21. cap. de hominis viribus & libero arbitrio.

f In loc. cōm. ad Henricum Regem Angl. ann. 36 ca. de cauſa peccati & contingentia. & cap. de humanis viribus, ſeu de libero arbitrio. Item in editionibus alijs ſequentium annorum.

Nec minor illa Thraſonis Gallici in ſuis Inſtitutionibus [a] ſuperbiloquentia : Parùm, ait, me mouent, quæ in veterum ſcriptis de ſatisfactione paſsìm occurrūt. Video quidem eorum nonnullos (dicam ſimpliciter, omnes ferè quorum libri extant) aut in hac parte lapſos eſſe, aut nimìs aſperè ac durè locutos. Quid hoc, quæſo, eſt aliud, quàm in præſtantiſſimos viros, cum quibus nec vitæ ſanctimonia, nec ſolida perfectaque eruditione conferri poſſunt Rabini iſti, ſcelerata procacitate inſultare, atq; adeò veterem religiōem, hoc eſt, Catholicam veramque doctrinā, impiè nequiterq; irridere, & ſacra omnia conuellenda & peſſundanda permittere populo, qui vel ſpontè ad omnem huiuſmodi licentiam & ſacrorum neglectum præceps fertur? Neq; enim eo vno ſolùm Patribus magnam authoritatem tribuimus, quòd fuerint omni doctrina & virtute ornatiſſimi, quos cōſtat Spiritu ſancto, qui eſt Spiritus veritatis, permotos atq; incitatos, non adumbratam quādam eruditionis imaginem, vt iſti nouatores, ſed ſynceram, ſolidam, atque expreſſam doctrinam, diuinarumque literarum, quæ ab eodem ſpiritu profectæ ſunt, rectam intelligentiam conſecutos eſſe, ſemperque tenuiſſe : ſed vel maximè ob eam etiam cauſam, quòd ex eorum præclaris ac fide dignis teſtimonijs perſpicuè intelligamus, quænam ipſorum temporibus ſententia & doctrina fuerit Eccleſiæ Catholicæ, quæ columna eſt & firmamentum veritatis. Quod quàm magni faciendum ſit, aduerſariorum ſtudium atque inſtitutum haud obſcurè declarat. Quotieſcunquè enim ſuam doctrinam Patrum authoritate ſtabilire ſibi poſſe videntur, id

qui-

a In inſtitut. ſuis lib. 3. ca. 4. ſection. 38.

De SS. Patrū authoritate vide D. Auguſtini & Lirinenſis ſententiam infrà quæſt. 11. de præceptis Eccleſiæ pag. 468. & ſeq.

1. Tim. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem & ſumma voluntate, & libenter ſtudioſeque faciunt : ſed qua fide, non ignorant eruditi : ac tunc quidem & ſancti & docti habentur, nec ſine plauſu lætitiaque eorum laudes celebrantur : vbi verò, vt fit, ab ipſis diſſentiunt, ſtatim exploduntur, & in numerum hominum, qui errare poſſunt, reijciuntur. Proindè nouus hic labor cùm ad alia, tum ad conuincendos & redarguendos etiam eos non parùm conferet, qui in hunc Catechiſmum ſcribere, ac virus acerbitatis ſuæ euomere, eumq; perulanti lingua & inſano ſtudio nõ deſinunt inſectari : Nec ſanè mirum. Malè habet hoſtes coniuratos Eccleſiæ hoc qualecunque doctrinæ Catholicæ compendium : illis eſt velutì ſudes in oculis id omne, in quo ſentiunt ad veteris religionis confirmationem & illuſtrationem magna ineſſe momenta. Hinc illæ lachrymæ, hinc odia & furores aduerſariorum, in libri huius Authorem ità debacchantium, vt omnis modeſtiæ, charitatis, & pietatis Euangelicæ prorsùs obliti eſſe videantur. Aegrè ferunt inuidi homines, optimum Cæſarem in Auſtria hoc opus primùm publicâſſe, tum Reges, Principes ac Magiſtratus maximos pro ſua quidem authoritate curâſſe ſedulò, vt hic Cæſareus Catechiſmus publicè doceatur: & in varias quoquè linguas traductus, magno bonorum conſenſu ſimul & applauſu paſsim excipiatur. Pergãt igitur iſti, ſi ſecùs fieri nõ poteſt, pergãt inquã latrare atq; mordere: rideant & contemnant, quod in Curijs prudentiſſimi Magiſtratus, & in Gymnaſijs viri eruditiſſimi comprobârunt. Quòd ſi non vni credunt operis huius Authori, ſaltem Patribus, quos ille duces de conſulto ſequitur, aut certè quidẽ Eccleſiæ ma-

matri, quam CHRISTVS audire præcepit, fidem & authoritatem velint concedere. Alioquin cęci ſunt & obſtinatè præfracti, nì videant & admittant ſcripturæ Patrumque teſtimonia, quæ bona fide collecta proponuntur. Inſpiciant ſuos ipſi codices, adeant fontes, & conferant omnia quæ hìc è Patribus adducuntur: deindè iudicent, ſed ità, vt venerandæ antiquitatis potiùs, quàm profanæ nouitatis ſe ſtudioſos eſſe declarent. Iam verò ſi communis eſt Patrum ſentẽtia, ſi firma & certa Eccleſiæ doctrina, quam hic liber repetit atque confirmat, iniquè profectò faciunt, qui hoc vni authori crimen exprobrant: quod ſi omninò crimen habendũ eſt, non magis in illo vno, quàm in Catholicis omnibus erat reprehendendum. Sed hac nimirùm arte & fraude libenter vtuntur Sectarij, vt quemadmodùm Rhetores docent, ad odium inuidiamque conflandam nihil non congerant, variosq; hominum impotentium concitent affectus vociferando, vt ſi non prudentium, at populi ſaltem iudicio vincere & triumphare videantur. Cui paſsim non modò populares, ſed etiàm doctiores quique noui Euangelij p̃cones, fallaciſſimè ſeſe venditare & mentiendo perſuadere ſolent, ea quæ in Catholica Eccleſia obſeruantur, nupèr nata, & paucis antè annis, neſcio quorum Pontificum, aut Monachorum, aut Sophiſtarum ingenijs reperta, atque in Eccleſiam inuecta eſſe. Neque enim, vt exempli cauſa aliqua commemorem, Melanchthonem ab hac calumnia, apertisque mendacijs pudor reuocauit, Neminem [a] videlicet ante Gregorium Magnum ex veteribus ſcriptoribus Inuocationis Sanctorum mentionem feciſ-

Matth. 18.

[a] In Apologia Auguſtanæ Confeſſionis, cap. de Inuocatione Sanctorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se: In veteri Ecclesia morem consuetudinemque ser-
uatam, [b] vt post diuortium personæ innocenti, con-
iuge superstite, alteri nubere liceret: Sacramenti Eu-
charistiæ [c] oblationem pro mortuis, Augustini ætate
nondùm vsurpatam fuisse. Sed nec Brentius scribere
dubitauit, Veteribus [d] prorsùs ignotam fuisse Tran-
substantiationem: Eucharistiam non creditam fuisse
olim, Sacrificium esse propitiatorium, aut ex se ad re-
missionem expiationemque peccati institutum: Nihil
quod definitum sit aut certum, Augustinum de Pur-
gatorio posteris prodidisse. Caluinus verò quid? Ne-
minem [e] vsq; ad Gregorij tempora vidisse quòd Ma-
trimonium pro Sacramento datum fuerit: Veteres,
[f] cùm de Sacramentis propriè loquuntur, ac præser-
tim Augustinum, non plura duobus, Baptismo nimi-
rùm & Eucharistia, agnouisse: Omnes [a] veteres vna
voce clamare, nullam penitùs voculam à CHRISTO
emissam, cui non sit necessariò obtemperandum:
eosque nulla dubitatione vbiquè docere, ea, quæ vo-
camus Euangelica consilia, CHRISTVM non cō-
suluisse duntaxàt, sed iussisse: Confessionem [b] (quam
vocat auricularem) multis post CHRISTVM
seculis inauditam fuisse atque inusitatam. Hæc at-
que id genus mendacia, quibus velutì flosculis co-
rum conciones & libri exornati sunt, ex hoc opere
nullo negocio planè aperteque redarguuntur. Po-
stremò habent hîc ad manum Parochi & Concio-
natores, quo ad Catechismum alijs tradendum pa-
ratiores accedant, vndè minori etiam negocio colli-
gant cætera, quæ susceptо argumento & auditorum
captui magis accōmodata esse videbūtur. Plurimùm
verò

b In examine ordinandorū anno 14. Vuit tēbergæ tra-dito & in Ap-pēdice loco-rū Cōmu. po-sterioris edi-tió c. de Con-iugio.

c In libello de Eccl. authori-tate & veterū scriptis.

d In Cōfessi-one Vuittē-bergensi.

e In instituti-onib. l. 4 c. 19. section. 14.

f Lib. 4 c. 19. sect. 3.

a Lib. 4 c. 13. sect. 12.

b Lib. 3. inst. ca. 4 sect. 18

verò refert, eos qui docent alios de Religione, ex Ca-
techismo semper aliquod sibi caput excerpere, quod
auditoribus tradant, & obseruata methodo expediāt
luculenter. Vtantur ergò & fruantur hoc labore bo-
ni omnes, siue magistri, siue discipuli. Habeant sanè,
vndè se & suos in præcipuis Catholicæ doctrinæ capi-
tibus, locisque multis Theologicis, de quibus nunc
maximè disceptatur, commonefaciant, & solida veri-
tatis testimonia petant confirmentque. Benè vale in
CHRISTO lector, & hunc laborem nostrum boni
consule. Coloniæ Agrippinæ Idibus Augusti, Anno
Domini 1569.

ADMONITIO AD LECTOREM.

PRiusquàm ad opus hoc euoluendum candide lector accedas, de quibusdam te admonendum & informādum duximus. Ac primùm quidem, quid sibi velint alphabeti literæ, quæ singulis paragraphis quæstionum Catechismi adscriptæ sunt: tum, quid in citationibus Scripturarum & sanctorum Patrum obseruandum sit: demùm, vndè patrū testimonia, de quibus ambigi posset, descripta sint. Quòd igitur ad literas attinet, eas apposuimus, vt facilius authoritates Patrum quæ ad marginem citantur, inueniri possint. Nam exempli causa, ea testimonia quæ in paragrapho A citantur, eodem ordine posteà subscripta reperiūtur, adiectis numeris: qui quidem numeri hoc præstant, vt si alio in loco eadem testimonia producantur, possint citra difficultatem reperiri. Nimirùm si q̄ D. Augustini authoritas, q̄ vno in loco citata est, repetatur & alibi: hoc compendio inueniri possit, cùm dicitur, Vide suprà quæstione 9. B 2. quod significat authoritatem secundam paragraphi B.

Circa testimoniorum & authoritatum descriptionem hæc ferè

Universidad de Deusto
Biblioteca

indicanda videbãtur. Primùm mirari neminem debere, quòd numeros librorum & capitum non Arithmeticis notis, vt fieri solet, sed integris dictionibus expresserimus. Ad quod faciendũ hæc nos causa commouit, vt scilicet lectorem qui his authoritatibus & sententijs vtetur, magis securum reddamus. Neq; enim rarò accidit, & nos ipsi non semel obseruauimus, vt ea q̃ ab ipsis authoribus rectè p numeros annotata fuerant, vel exscribentium, vel typographorũ incuria permutarẽtur. nec sanè mirum, cùm facilimè contingat, vt numerus alius pro alio substituatur, aut propter formarũ similitudinẽ, aut sola figurarum inuersiõe facta. Itaq; vt nè errores eiusmodi inciderent tum in scribendo siue imprimẽdo, tum si necesse fuerit, aliàs recudendo, maluimus integris dictiõibus vti, quas cõmutare nõ ità facilè foret. Fecimus id ob eam etiàm causam, vt ex hoc libro faciliùs restitui & corrigi loca possint, q̃ in ipsius Catechismi margine annotãtur, si in eo sępiùs imprimendo, errores in numeris committerẽtur. Alterũ est, de quo admonendus videbare, vt si animaduertas in Scripturæ verbis quędam aliter legi, quàm in nonnullis Biblijs vulgatę editionis habeatur, memineris nos in ijs describendis Louanienſium Theologorũ castigationem ad vetustissima exemplaria factam, secutos esse. Tertium est, q̃ non ignoremus plerosq; fore qui sententiarũ & authoritatum longitudinem ægrè ferent. Verùm cùm è diuerso sint nõ pauci, qui mãlint integras Patrum sententias, quàm ità breuiter adductas: non potuimus vtriq; parti commodiùs satisfacere, q̃ si viam mediam teneremus, vt ea solùm proferrentur, quæ ad rem ipsam potissimùm facere videbantur: quanq̃ vereamur nè alicubi longiores aut æquo breuiores fuerimus: cuius errati facilè, vt spero, veniã dabis. Vtut est, meo q̃dem iudicio, sãctorum Patrum sentẽtię facilius intelliguntur, q̃n & antecedentia & consequentia simul ponuntur ob oculos: vt taceam, q̃ non rarò quandò verba longiùs adnotantur, simul etiàm ratiões & argumẽta lectori suppeditẽtur, partim ex Scripturis sacris, partim aliundè petita. Neq; enim nudè simpliciterq; de rebus fidei suã sententiã exponunt Patres, sed nonnunq̃ ex professo eam probant & confirmãt. Iam quis dubitet, quin eorum argumenta multo maiorem authoritatẽ fidei Catholicæ confirmandæ roburq; tribuant, quàm si simpliciter asseuerarent quod sentiunt? Nunc ad illud veniamus, de quo tertio loco dicendũ erat. Sũt authores multi tum Græci tũ Latini, qui partim à diuersis translati, partim ab alijs atq; alijs correcti, distinctis locis & tẽporibꝰ editi fuére in qbus editionibus sępenumerò, p̃sertim q̃ ad numeros capitũ assignãdos attinet, reperire est magnã varietatem. Vt igitur certiora nostra sint omnia, opræprecium erit indicare, quos interpretes Græcorum, quasq; editiones Latinorum, aut correctiones vtrorunque, secuti simus, non quidem in omnium Patrum libris, sed eorum tantùm, quorum mentionem facere, necessariũ arbitramur: nè quis arbitretur nos mala fide egisse, si cum suis codicibus hæc fortè testimonia non per omnia conueniant, aut capita capitibus minùs respondeant. Igitur vt à Græcis sumamus initium, Secuti sumus translationem Ambrosij Camaldulensis in Dionysio Areopagita, veterem in Ignatio, Gelenij in Iosepho: quãquàm in libris antiquitatum retineamus numeros capitum, qui in editione veteri habebantur, & in Gelenij translatione ad marginẽ adscripti sunt. In Iustino Philosopho & Martyre Perionium, in historia Ecclesiastica Eusebij, Socratis, Sozomeni, Theodoreti & Euagrij, nec Ruffinũ, nec Musculum, sed Ioannẽ Christophorsonũ Anglum, Ciceſtrẽsem Episcopũ (nec id quidem sine causa) interpretem sequimur: ac proindè mirari non debes, si capitum numerus qui in hoc opere notatur, cum editionibus aliorum non conueniat. Citamus Athanasium iuxta versionem Nannij, Basilium iuxta editiõem & correctionem Godefridi Tilmanni Parisiensem: quãquàm Cornarij numeros in citatione capitum non rarò etiam adiũxerimus. Nazianzeum ex editione veteri: noua enim Abbatis Billij conuersio nondùm ad manus nostras peruenerat. Chrysostomum & Theophylactum ex correctione Philippi Montani, Oecumenium denique, prout is è Græco in Latinum conuersus est ab Heuterio. Quòd ad Latinos spectat, Romanorum Pontificum epistolas & Conciliorum canones ex tomis Conciliorum secundùm postremam Laurentij Surij editionem descripsimus: in epistolis tamen Leonis Magni retinuimus eum numerum, qui est in ipsius operibus, non aũt eũ, qui in tomis Conciliorum. In Cypriano citando sequimur editionem Manutij Romanam, & correctionem Pamelij Antvuerpianam: in Ambrosio partim Basileensem iuxta correctionem Costerij, partim nouissimam Parisiensem Ioannis Gillotij Campani: In Hieronymi epistolis Romanam editionem, & Mariani Victorij Reatini emendationem: In Augustino & Gregorio Magno Parisiensem: quod admonuemus, nè mireris in libris Moralium aliam nos sequi capitum distinctionem, quàm habeat editio Basileensis: In Isidoro & Rabano Colonienſem ex postrema recognitione Melchioris Hittorpij: in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prosperо,Lanfranco,& Guittmundo atque Iuone, Louanienſem. Supereſt vt de ijs libris Patrum dicamus,qui ſeparatim excuſi, aut etiàm alijs Patribus inſerri atque adiuncti,non tam facilè à quouis inueniuntur: inter quos ſunt libri Paſchales Theophili Alexandrini, qui reperiuntur in Antidoto contra diuerſas omnium ferè ſeculorum hæreſes, Baſileæ edito anno 1528. & in fine operum Diui Hieronymi Pariſienſis editionis, quanquàm illic Hieronymi epiſtolæ ad eundem Theophilum ſcriptæ, præfixæ non ſint. Didymus Alexandrinus operibus Diui Hieronymi adiectus eſt. Cyrilli Alexandrini epiſtolam ad Caloſyrium Arſinoitam,& Baſilij ad Cæſaream Patritiam, in operibus eorum non inuenimus:ſed quæ à doctiſsimo viro Cutheberto Tonſtallo Dunelmenſi Epiſcopo, in libro de veritate corporis & ſanguinis Domini Græcè & Latinè ex ijs citantur, annotauimus. Ruffini expoſitio in Symbolum, præterquàm quòd in quarto tomo operum Diui Hieronymi reperiatur,extat etiam inter Diui Cypriani opuſcula. Chryſoſtomi liber de Virginitate, Dilingæ ſeparatim excuſus eſt. Liturgiæ beati Iacobi, Baſilij,& Chryſoſtomi ſimul editæ ſunt per Claudium Sainctesium Theologum Pariſienſem:attamen Baſilij & Chryſoſtomi Liturgię,eorum operibus in Pariſienſi editione etiam adiunctę ſunt. Beſſarionis ſcripta quædam de Euchariſtia,in eodem opuſculo cõtinẽtur. Damaſceni libri tres de imaginibus, à Godefrido Tilmanno in Latinum conuerſi, ſeorsùm prodiẽrunt. Si qui ſunt eius generis authores alij in Catechiſmo citati, quorum ſcripta haud ità nota ſunt, ea vel ſeparatim impreſſa extant:vel in ijs voluminibus inueniũtur,in quibus diuerſorum authorum ſcripta collecta ſunt: cuius generis ſunt octo tomi Aloyſij Lipomani de Vitis Sanctorum, μικροπαραθετικον, Antidotum contra diuerſas hæreſes, Panoplia Euthymij:vel denique locus vbi quęrenda ſit authoritas,ſimul annotatus eſt.

Hæc ſunt,de quibus te candide lector admonere voluimus. Tu interim hoc labore fruere,ac humaniſsimo conſultiſsimoq; Iuriſprudẽtię Licẽtiato D. Geruuino Typographo diligẽtiſsimo & valdè Catholico gratias habe, q,p ſua prõpta iuuãdę Eccleſię & ꝓmouendorum ſtudiorum theologicorum voluntate, operam ſuam in hac re fideliter præſtitit. Atq; vt alia permulta eximia opera ad doctrinam Catholicam illuſtrandam & propagandam politè & nitidè typis mandauit,atque in lucem emiſit:ità & in hoc opere ſuam in imprimendo induſtriam declarat; quòd non tantùm eleganter &

& emendatè, ſed etiam pluſquàm quadruplici typorum varietate, facilioris diſtinctionis cauſa,excudere voluit. Si qui errores inter imprimendum obrepſerunt, quod vitari vix poteſt, eos collectos habes in fine ſingulorum voluminũ. Quòd ſi plures quàm à nobis inter relegendum animaduerſi ſunt, deprehendantur:eos tales eſſe exiſtimamus,qui ab vnoquoq; facilè corrigi poſsint. Quòd ad ſententias ipſas attinet, dedimus ſanè operam, vt facta collatione diuerſorum exemplarium,quæ nanciſci poteramus, quàm emendatiſsimè prodirent. Qua in re non parùm nobis profuit,& veluti ſtimulos addidit ſingularis diligentia Bartholomæi Laurentis correctoris officinæ Quentelianæ:cui etiàm copioſum & egregium indicem ſingulorum Tomorum acceptum ferre debes. Neque enim facilè patiebatur, vt quæ mendum aliquod redolebant, licèt ex ipſis fontibus deſcripta eſſent, typis committerentur, priuſquàm alijs codicibus inſpectis,quoàd eius fieri poterat,caſtigarentur. Ea quæ in ſententijs Patrum potiſsimùm obſeruanda videbantur, & Scripturarum quæ ab ijs adducuntur,loca,breuiter in ſtudioſorum gratiam,ad marginem adſcripſimus. Quæ ſicubi non omninò eregionè locata ſunt,ducta linea ad ſuum locum facilè referri poterunt. Edimus nunc in lucem, his ſententijs illuſtratam priorem partem Catechiſmi, quæ eſt de ſapientia Chriſtiana, duobus tomis comprehenſam:daturi, Dei benè fauẽte gratia,propediẽm & alteram, quæ eſt de iuſtitia Chriſtiana,vnò (vti exiſtimamus) tomo cum Appendice de lapſu & iuſtificatione hominis, compræhendendam, qui ſit ordine tertius. Subijcimus etiam Catalogum Summorum Pontificum & Imperatorum,per centurias diſtinctum, vt quo tempore Concilia celebrata, & Scriptores eccleſiaſtici, quorum teſtimonijs vtitur hic Catechiſmus,floruerint,intelligatur:encomia item quorundam Patrum ex veteribus excerpta, vt,in quanto honore apud Maiores noſtros fuerint,cognoſci queat: habeantq; Concionatores & alij profeſſores epitheta, quibus vtantur dum eorum, teſtimonia producunt. Iterùm vale.

CATA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS SVMMORVM PONTIFICVM, CONCILIORVM, IMPERATORVM, ET Scriptorum Ecclesiasticorum, per centurias distinctus.

	PONTIF.	CONCILIA,	IMP. ROM.	SCRIPT. ECCLESIAST.	
	IESVS CHRISTVS.		Augustus		
			Tiberius		
	S. Petr⁹ Apost. & martyr.		Caius Caligula	Philo Iudæus	
			Claudius		
			Nero	S. Martialis	
			Galba, Otho, &	S. Dionysi⁹ Areopagita mar.	
	S. Clemẽs ma.	Prima pse-	Vitellius		
	S. Linus mart	cutio	Vespasianus	Ioseph⁹ Iudæ⁹	
	S. Cletus mar.		Titus	S. Ignatius ma.	
	S. Anacler⁹ m.	Secunda p-	Domitianus		
Annus	S. Euarist⁹ m.	secutio	Nerua		
Domini 100.	S. Alexãd. mar.	Tertia pse-	Traianus		
	S. Sixt⁹ I. mar.	cutio	Adrianus		
	S. Telesph. m.		Antoninus Pi⁹	S. Iustin⁹ philosophus & ma.	
	S. Higinus m.				
	S. Pius mart.		M. Antonin⁹ Ve		Ante an-
	S. Anicet⁹ m.	Quarta p-	r⁹ cũ L. Aurel.		nos 1400.
	S. Soter mar.	secutio	Commodo		
	S. Eleuth. mar.		Cõmodus Antonini Veri filius	S. Irenæus mar.	
	S. Victor mar.		Aelius Pertinax		
	S. Zephyrinus	Quinta p-	Seuerus	Clemẽs Alexãd	
Annus	mar.	secutio		Tertullianus	
Domini 200.	S. Calixt⁹ mar.		Anto. Caracalla	Origenes	
	S. Vrban⁹ mar.		Macrinus		
	S. Põtian⁹ ma.		M. Antonin⁹ He		
	S. Anter⁹ mar.		liogabalus	S. Hippolytus	
	S. Fabian⁹ m.	Sexta pse-	Alexander	Epis. Portuen-	
		cutio	Maximinus	is & mar.	
			Gordianus		
			Philippus		
	S. Cornel. ma.	Septima p-	Decius		
	S. Lucius mar.	secutio.	Gallus cum Vo	S. Cypria. mar.	Ante an-
			lusiano		nos 1300.

	PONTIF.	CONCILIA,	IMP. ROM.	SCRIPT. ECCLESIAST.
	S. Stephanus mar.	Octaua pscutio.	Valerian⁹ cũ	
	S. Sixtus II. mar.		Galieno.	
	S. Dionysius mar.			
	S. Felix martyr.		Claudius	
	S. Eutychian⁹ ma		Aurelianus.	
		Nona persecutio.	Tacitus &	
			post eũ Florianus.	
			Probus.	
	S. Caius martyr.		Carus cum	
	S. Marcellinus ma.		Carino &	
			Numeriano filijs.	
Ann.		Decima pscutio	Diocletian⁹	
Dñi		sæuissima.	cum Maximiano.	
300.				
	S. Marcellus mar.	CONCILIA	Constantius & Galerius	Lactantius.
	S. Eusebius mar.	Ancyranum,	CONSTAN-	
	S. Melchiades ma.	Neocæsareense,	tinus Magnus	Reticius Augustudun.
		I. SYNODVS GE		Eusebius Cæsareensis.
	S. Sylvester.	neralis Nicena 318. Patrum aduersus Arrium.		S. Athanasius.
	S. Marcus	Romanũ, Eliberinum		
		Arelatense 1. & 2. Gangrense, Carthaginẽs. I.	Constantinus	
	S. Iulius		Iunior, Constans, & Constantius	Eusebius Emesenus
	S. Liberius	Antiochenum. Sardicense		S. Hilarius Pictau.
	S. Felix II. martyr.	Laodicenum		Ioannes Climachus.
	S. Damasus	II SYNODVS		Optatus Milevitanus
	S. Siricius	generalis Cõstantinopolitana I 150 Patrum	Iulianus apostata	
	S. Anastasius	Valentinum	Iouinianus	S. Pacianus Barcilon.
		Carthaginen. 2. 3. 4. & 5	Valentinianus cum Valente fratre.	Cyrill Hierosoly.
		Toletanum I.	Gratianus cum	S. Ambrosius, Prudentius,
			Theodosio maiore.	S. Didymus Alexandrin.
			Archadius &	S. Basil. Magnus.
			Honorius.	S. Gregor. Nazi. & Nyss.
				S. Epiphan. S. Chrysosto.
				S. Ephræm. S. Hieronymus
				S. Amphilochius Ruffin,
				Chromatius. Isichius.

Ante annos 1400.

Ann. Dñi	Pontifices	Concilia.	Impp. Rom.	Scrip. Eccle.	
400.	S.Innocentius	Mileuitanum			Ante annos 1100
	S.Sozimus		Theodosius Iunior	S Augustinus	
	S.Bonifacius	Telense		Seuerus Sulpitius	
				S Paulinus Possidonius.	
				Maximus Taurinensis,	
				Victor Cassianus.	
		Carthagin 6. & 7. i. Aphricanum.		Cyrillus Alexandrinus	
		& Aphricanum.		Vincentius Lirinensis	
		III. SYNODVS Generalis Ephesina 200. Episcoporũ contra Nestorium.		Socrates. Sozomenus	
				Theodoretus. S. Prosper	
	S.Cælestinus	Rhegiense. Agathense			
	S.Sixtus 3.			S Petrus Chrysologus	
	S.LEO MAgnus	Arausicanum 1 & 2.	Martianus		
	S.Hilarius	Vasense 1. & 2. Arelat 3.			
	S.Simplicius	IIII. SYNODVS generalis Chalcedonẽsis 630 Episcoporũ cõtra Eutychẽ & Dioscorum.	Leo		
	S. Felix 3.		Zeno		
	alijs 2.	Turonense 1.	Anastasius	Gennadius	
	S.Gelasius			S.Fulgentius Ruspensis	
	Anastasius			Episcopus.	
	S. Symmachꝰ				
Ann. Dñi 500.	S.Hormisda	Aurelianense 1.			Ante annos 1000
	S.Ioannes I. martyr	Cæsarauguſtanum	Iustinus 1.		
	S.Felix 4.		Iustinianus 1.		
	alijs 3.				
	Bonifacius 2.	Toletanum 2.		Cassiodorus senator Rom.	
	S.Ioannes 2.				
	S.Agapetus				
	S.Silueriꝰ ma.	V. SYNODVS Generalis Constantinop. 2 Episcoporum 165. cõtra Anthemiũ & Theodorum.			
	Vigilius				
	S.Pelagius 1.				
	S.Ioannes 3.	Aurelian 2. & 4.	Iustinus 2.	Andreas Hierosol. Cretensis Episcopus.	
	S. Bñdictus 1.	Turonen 2. Aurelian. 5.	Tiberiꝰ 2.		
	S.Pelagius 2.				
	S. GREGOrius Magnus.	Hispalen 1. Toletan. 3. Matiscon. 1. & 2.	Mauritiꝰ.	Eusgrius Epiphanensis. S.Gregorius Turonensis.	

Ann. Dñi	Pontif.	Concil.	Imp. Rom.	Scrip. Ec.	
600.	Sabinianus		Phocas		Ante annos 900
	S.Bonifacius 3.				
	S.Bonifacius 4.	Antisiodorense		Leontius Neapol.	
	S. Deusdedit.		Heraclius.		
	Bonifacius 5.	Hispalense 2. Toletan. 4. 5. & 6.		S Isidorus Hispalens	
	Honorius 1.	Braccarense 1 & 2.			
	Seuerinus		Constantinus 3. Heraclij filius.		
	Ioannes 4.		Heracleonas		
	Theodorus 1.	Toletanum 7. 8. 9. & 10.	Constans 2.		
	S.Martinus 1. mar.				
	Eugenius 1.				
	Vitalianus	Cabilonense 1. Toletanum 11. Braccarense 3.			
	Adeodatus				
	Domnus vel Domnio	VI. SYNODVS generalis Constantinop 3 cõtra Monothelitas. Toletan 12.	Constantinus 4.		
	Agatho				
	S.Leo 2.				
	S.Benedictus 2.				
	Ioannes 5.		Iustinianus 2		
	Cuno vel Conon		Leontius siue Leo 2.		
	Sergius 1.				
Anr. Dñi 700	Ioannes 6.		Tiberius 3.		Ante annos 800
	Ioannes 7.				
	Sisinnius				
	Constantinus		Philippicus Bardanes.	Vener. Beda.	
	S. Gregorius 2.		Anastasius		
	Gregorius 3.	Francicum.	Theodosius 3.		
	Zacharias		Leo 3 Isaurus Iconomachus	S Ioannes Damascen.	
	Stephanus 2.		Constantinus 5. Copronymus.		
	Stephanꝰ 3. dictꝰ 2.				
	Paulus 1.				
	Stephanus 4. dictus 3.				
	Adrianus 1.	VII. SYNODVS generalis Nicena II. cõtra Iconomachos 350 Episcoporum.			
	Leo 3.		Leo 4. Constantinus 6. cũ Irene matre.	Paulus Diaconus	

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ann. Dñi	Pontifices	Concilia.	Impp. Rom.	Impp. Constant.	scrip. Eccl.
800		Turonē. 3. Cabilō. 2. Moguntinum. Rhemēſe.	CAROLVS Magnus primus poſt trāſlatū Imperiū ad Germanos.	Nicephorus & Stauracius Imperatores Conſtantinopolitani. Michaël Curopalates.	Alcuinus.
	Stephanus 5. dictus 4.	Aquiſgranenſe 1. & 2.	Ludouicus.	Leo Armenius 4. Michaël Balbus 2.	Ionas Aurelianeñ
	Paſchalis I.			Theophilus.	Haymo Halberſtatteñ.
	Eugenius II.				
	Valentinus.		Lotharius	Michaël 3. Theophili filius.	Rabanꝰ Maurus Epiſco Mogūtineñ, Photius.
	Gregorius 4	Pariſieñ.			
	Sergius 2.	Moguntinenſe.			
	Leo 4.				
	Bñdictus 3.				
	Nicolaus 1.		Ludouicus 2.		
	Adrianus 2.	Vuormatiēſ. VIII Synodus generalis Conſtantinopol III. Epiſcoporū 300. Triburienſ.			
	Ioannes 8.				
	Martinus 2. vel Marinꝰ.				
	Adrianus 3.			Baſilius Macedo.	
	Stephanus 6. dictus 5.				
	Formoſus		Carolus 2. Caluus.		
	Bonifacius 6.		Ludouicus 3.		Remigius Antiſiodoreñ, Theophylactus.
	Stephanus 7. dictus 6.		Carolus 3. Craſſus.	Leo 5. Philoſophus.	
	Romanus				
	Theodorus 2.				
	Ioannes 9.				
	Benedictus 4.		Arnulphus.		
			Ludouicus 4.		

Ante annos 700.

Annꝰ	Pontif.	Concil.	Imp. Rom.	Imp. Cons.	Scrip. Eccl.
Dñi 900.	Leo 5.				
	Chriſtophorus 1.				
	Sergius 3.				
	Anaſtaſius 3.		Conradus	Alexāder Conſtantinus	
	Lando				
	Ioannes 10.		Henricus Auceps		
	Leo 6.				
	Stephanꝰ 8. dictꝰ 7.				
	Ioannes 11.				
	Leo 7.				
	Stephanꝰ 9. dictꝰ 8.				
	Martinus 3. ſiue Marinus 2.		Otto Magnus		
	Agapetus 2.				
	Ioannes 12.				
	Leo 8.			Romanꝰ Nicephorꝰ Phocas	
	Ioannes 13.				
	Domnꝰ vel Donꝰ 2.			Ioānes Zimiſces	
	Benedictꝰ 5. dictꝰ 6.		Otto 2.		
	Bonifacius 7.			Baſiliꝰ & Conſtātinus	
	Benedictꝰ 6. dictꝰ 7.		Otto 3.		
	Ioannes 14.				
	Ioannes 15.				
	Ioannes 16.				
	Gregorius 5.				
Annꝰ	Sylueſter 2.				

Ante annos 600

Dñi					
1000	Ioannes 17. alijs 18.		S. Hēricus 2. Claudꝰ alijs 1.		
	Ioannes 18. alijs 19.			Romānus Argyropilus Michael Paphlago Michael Calaphates Cōſtātinus Monomachus	Burchardus Vormatien.
	Sergius 4.				
	Benedictꝰ 7. dictꝰ 8.				
	Ioannes 19. alijs 20.		Conradꝰ 2 Sueuus Hēricus 3. Niger, alijs II.		
	Benedictꝰ 8. dictꝰ 9.	Salegūſtadienſe			
	Gregorius 6.				
	Clemens 2.				
	Damaſus 2.				

	PONTIF.	CONCIL.	IMP. ROMA.	IMP. CONST.	SCRIPT. ECCLESIAS.	
	Leo 9.	Romanū cōtra Berengariū & Vercellense.	Hēricus IIII. filius eius, alijs 3.	Theodora Michael senior Strationias.	S. Petrus Damianus	ante annos 100
	Victor 2.	Turonēse contra eundem		Isaacius Comnenus	S.Lanfrancus	
	Stephan⁹ 10 dictus 9.	Romanū cōtra eundē Berengarium		Constātinus Ducas	Guitmundus	
	Nicolaus 2.			Eudocia cum filijs	Algerus	
	Alexander 2.	Romanū cōtra eundem.		Romanus Diogenes	S.Anselmus	
	Gregorius 7.			Michael Parapinaceus	Oecumenius	
	Victor 3.			Nicephorus Botaniates		
	Vrbanus 2.			Alexius Comnenus	S.Iuo Carnotensis	
ann⁹	Paschalis 2.					
Dñi 1100	Gelasius 2.		Henric⁹ V. filius p̄cedentis, alijs 4.	Ioānes Comnenus	Zonaras	ante annos 100
	Calixtus 2.				Rupert⁹ Tuitiensis	
	Honorius 2.		Lotharius 2.			
	Innocētius 2.		Conradus 3.	Manuel Cōnenus	Guilelmus abbas	
	Cęlestinus 2.				S.Bernardus	
	Lucius 2.					
	Eugenius 3.		Fridericus 1 Barbarossa			
	Anastasius 4			Alexius Cōnenus iunior	Gratianus	
	Adrianus 4	Lateranense.		Andronic⁹ Comnenus	Petrus Lombardus	
	Alexander 3					
	Lucius 3.			Isaac⁹ Angelus	Euthymius	
	Vrbanus 3.		Henricus VI Friderici fil			
	Gregorius 8					
	Clemens 3.		Philipp⁹ Hēr. frater.	Alexius frater eius	Nicetas	
	Cęlestinus 3					
ann⁹	Innocētius 3					
1200	Honorius 3.	Synodus Lateranēn magna Episcoporū 470. ac in vniversū 1285. Patrū.	Otto 4.	Alexius iunior Isacij filius		ante annos 100
	Gregorius 9.		Fridericus 2.	Alexius Ducas Marzuflus		
	Cęlestinus 4.			Balduinus Flandrensis		
	Innocētius 4		Hēric⁹ VIII.	Hēricus frater eius		
	Alexander 4.		Guilelmus	Petrus Antisiodorensis		
	Vrbanus 4.		Conradus 4.	Robertus		
	Clemens 4.		Ricardus & Alphonsus	Balduinus 2.	S.Thomas Aquinas	
	Gregor⁹ 10	Lugdunēn	Rodulphus	Michael Palæologus		
	Innocētius 5					
	Adrianus 5					
	Io.20. alijs 2.					

	PONTIF.	CONCIL.	IMP. ROM.	IMP. CONST.	SCRIP. Ecc.	
	Nicolaus 3.				Guilelmus Durādus epūs Mimatēsis	ante annos 100
	Martinus 4.			Andronicus Palæologus senior cum Michaele filio		
	Honorius 4.					
	Nicolaus 4.		Adolphus			
	S.Cęlestin⁹ 5.					
ann⁹	Bonifacius 8.		Albertus 1.			
Dñi 1300	Benedictus 9. al. 10. vel 11.		Henricus Lucenburgēn.		Nicephorus Callistus.	ante annos 200
	Clemens 5.	Viennense				
	Ioānes 21. ali. 22.		Ludouicus 4. Bauarus	Andronicus iunior Palæolog. Ioānes Palæologus cū Ioanne Cantacuzeno		
	Bñdictus 10. alijs 11. vel 12.					
	Clemens 6.		Carolus 4.			
	Innocētius 6.					
	Vrbanus 5.					
	Gregorius 11.		Venceslaus			
	Vrbanus 6.		Robertus Bauarus	Manuel Palęologus.		
ann⁹	Bonifacius 9.					
1400	Innocētius 7.					ante annos 100
	Gregorius 12.					
	Alexander 5.					
	Ioā 22 dictus 23.	SYNODVS Constātiensis	Sigismundus			
	Martinus 5.			Ioannes Palæologus Cōstātinus Palæologus, vltimus Constantinopolitanus Imperator Christianus.	Thomas Vualdēsis Bessarió.	
	Eugenius 4.	Basileense	Albert⁹ 2. Austriacus			
	Nicolaus 5.	SYNODVS Florentina	Fridericus 3.			
	Calixtus 3.					
	Pius 2.					
	Paulus 2.					
ann⁹	Sixtus 4.					
Dñi	Innocētius 8.					
	Alexander 6.		Maximilianus primus			
1500	Pius 3. Iulius 2. Leo 10. Adrianus 6. Clemens 7. Paulus 3. Julius 3. Marcellus 2. Paulus 4. Pius 4. Pius 5.	Lateranense TRIDENTINA synodus cōtra Luteranos, Zuinglianos &c.	CAROLVS V. Ferdinandus Maximilianus 2.			

ENCOMIA QVO-RVNDAM PATRVM, QVORVM testimonia crebriùs in hoc opere citantur.

DE DIONYSIO AREOPAGITA.

ORIGENES homilia secunda in diuersos Euāgelij locos: Omnia quæ per verbum sunt facta, in ipso viuunt, & vita sunt. In ipso enim, vt os loquitur diuinum, viuim⁹, mouemur & sumus: & vt ait magnus Dionysius Areopagita, esse oīm est supereſſentia & diuinitas.

De cælesti hierarch. cap. 4 & cap. 5. de diuinis nominibus.

IOANNES Damascenus in oratione de dormitione sanctissimæ dominæ nostrę Deiparæ, apud Simeonem Metaphrasten: Tunc autem aderant cum Apostolis sanctissim⁹ Timotheus Apostolus, & primus Episcopus Ephesiorum, & Dionysius Areopagita: sicut hic ipse magnus testatur Dionysius in ijs, quæ de beato Hierotheo, qui ipse quoq; tunc aderat, conscripsit ad dictum Apostolum Timotheum, sic dicens: Nam etiam apud ipsos à Deo afflatos sacrorum antistites quādò nos quoq; sicut ipse nôsti, & multi ex sacris nostris fratribus ad spectaculū corporis, quod vitæ principium dedit & Deum suscepit, conuénimus: (aderat autem & Dommi frater Iacobus, & Petrus suprema & antiquissima Theologorum summitas) & postquàm eam vidissemus, visum fuit vt omnes sacerdotes hymnos canerent, &c.

De diuinis nominibus cap. 3.

IDEM Damascenus libro secundo Orthodoxę fidei, capite tertio: Quemadmodùm autem sanctissimus sacerrimusq; & * Deiloquentissimus Dionysius Areopagita inquit, omnis diuinus sermo sacra videlicet scriptura, cælestes substantias nouem nominauit.

*θεολογικώτατος

De cælesti hierarch ca. 6

ET in sermone, Quòd qui in fide hinc migrârunt, sacris operationibus & viuorum beneficijs multùm iuuentur: Quocircà profundus ille & exercitatus in diuinis Dionysius, vbi de defunctis arcana consideratione ait (vt interim ex diuinis & venerandis illius verbis ad manifestiorem nostrorum demonstrationē aliquid adaptemus) inquit, Sanctorum preces etiàm in ista vita, & nō tantùm post mortem prodesse ijs solis, qui digni sunt vt pro ijs sanctæ preces fiant, nempè fidelibus.

Ecclesiasticæ hierarc. ca. 7.

GRE-

GREGORIVS Magnus homilia trigesimaquarta in Euangelia: Fertur verò Dionysius Areopagita, antiquus videlicet & venerabilis Pater, dicere, quòd ex minorum angelorū agminibus, foràs ad explendum ministerium vel visibiliter vel inuisibiliter mittuntur, &c.

De cælesti hierarch. cap. 7. 9. & 13.

VIDE plura apud Nicephorum libro secundo historiæ ecclesiasticæ, capite vigesimo: vbi inter cætera, eius scripta enumeraturus, sic ait: Quæ autem ille scripta sublimi rerum diuinarum cōtemplatione sententijs & elocutione admiranda prorsùs & excellentia, lōgeq; ab ijs, quę pro hominum captu edita sunt, disita cōposuerit, sic habent: Primum quidem opus de diuinis nominibus cōscripsit, &c. Vide etiàm Michaëlem Syngelum, & Hilduinum in eius vita.

DE CYPRIANO.

AVGVSTINVS libro secundo de doctrina Christiana, capite quadragesimo: Nónne adspicimus, quanto auro & argento & veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus?

ITEM libro secundo de bono perseuerantiæ. capite decimonono: Quid autem amplius de hac re agere Cyprianus martyr gloriosissimus & doctor lucidissimus potuit, &c. Et libro secundo contra Iulianum: Audiamus victoriosissimum martyrem Cyprianum &c. O Doctor ꝑclarissime & testis gloriosissime, sic docuisti, sic eminuisti, sic te audiendum imitandumq; præbuisti. Meritò finitis alijs omnium cupiditatum certaminibus, sanatisq; vulneribus, cum extrema & omnium maxima vitæ huius cupiditate pro Christi veritate pugnâsti, & eius in te gratiæ largitate vicisti. Secura est corona tua, victoriosa est doctrina tua, in qua & istos vincis qui confidunt in virtute sua.

DE ATHANASIO.

GREGORIVS Nazianzenus in oratione de laudibus beati Athanasij: Tantum nobis prę sidij in Athanasio, egregio inquam Ecclesiæ columine erat, quādiù nobiscū versabatur &c. IBIDEM: Cùm autem eum vitæ cursum tenuisset, atq; ità institutus esset, aliosq; instituisset, vt & vita ipsius morumq; ratio Episcopatus norma esset, & ipsius dogmata pro fidei Orthodoxæ lege haberentur, &c.

DAMASCENVS in sermōe de defunctis: Accedit ad hos Athanasius ille vita & sermone circūspectus, ecclesięq; Dei fundamentū;

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVFFINVS lib. primo historiæ Ecclesiasticæ capite decimoquarto: Sed huius tanti in Ecclesia pro fidei integritate agones fuerunt, vt etiam de hoc dictũ videatur quod scriptum est: Ego enim ostendam ei, quanta eum pati oporteat pro nomine meo. In huius etenim persecutiones coniuratus vniuersus orbis, & commoti sunt principes terræ: gentes, regna, exercitus coiërant aduersùs eum. Ille autem diuinum illud conseruabat eloquium, dicens: Si consistãt aduersùm me castra, non timebit cor meum: si insurgat in me prælium, in hoc ego sperabo: &c.

Actor. 9.

Psal. 26.

DE HILARIO.

HIERONYMVS in epistola centesima quadragesimaprima ad Marcellam: Tantum virum, & temporibus suis disertissimum reprehendere nõ audeo: qui & confessionis suæ merito, & vitæ industria, & eloquentiæ claritate, vbicunquè Romanum nomen est, prædicatur, &c.

IDEM in procœmio secundi libri Commentariorum in epistolam ad Galatas: Hilarius Latinę eloquentiæ Rhodanus &c.

AVGVSTINVS libro primo cõtra Iulianum Pelagianum, capite secundo: Ecclesiæ Catholicæ aduersùs hęreticos acerrimum defensorem, venerandum quis ignorat Hilarium Episcopum Gallum? ET lib. secundo: Catholicus loquitur, insignis Ecclesiarum doctor loquitur, Hilarius loquitur.

DE BASILIO MAGNO.

GREGORIVS Nazianzenus in epistola ad Basilium, quæ inter ipsius Basilij epistolas est vigesimasexta: An vel nos vel teipsum non agnoscis, cùm oculus sis orbis, magnifica vox ac tuba, regiusq; dicendi splendor? Anni tempestates vêre vno, & astra sole vno decorãtur, cælum vnum complectitur omnia: ità vox tua omnes vna superat.

IDEM in oratione de laude Basilij: Quis seipsum magìs spiritui purgauit, atq; ità pręparauit, vt dignus esset qui oracula diuina explicaret? Quis rursùs scientię luce vberiùs collustratus est, & profunda spiritus prospexit, ac cum Deo, quæ Dei sunt pquisiuit? Laudatur apud Dauidem Solis pulchritudo, & magnitudo, & cursus, & pernicitas, & vis ac facultas. Basilio itidèm ꝑ pulchritudine virtus fuit, pro magnitudine Theologia, ꝑ cursu ꝑpetua virtutis agitatio, continuisq; incrementorum gradibus ad DEVM ferens, pro viribus denique doctrinæ semen ac distributio, adeò vt nihil sit, cur mihi dicere verendum sit, in omnem terrã sonum illius exijsse, atq; in fines orbis terræ vim illius verborum.

Psal. 88. 103. 106. 135.

Psal. 18.

THEODORETVS libro quarto Ecclesiasticę historię, capite decimoseptimo: Valentis tẽpore Basilius præclarum orbis terrarũ luminare Ecclesiæ Cæsareensis antistes fuit.

GREGORIVS Nyssenus in vita S. Ephrem Syri: Cęsareã Cappadociæ diuino spiritu ductus, ipse os Ecclesię, aureã illam doctrinæ Iusciniam Basilium vidit.

AMPHILOCHIVS Iconiensis in vita Basilij: Ephrem cũ esset in eremo in ecstasi factus, vidit columnam ignis, cuius caput pertingebat ad cælũ, & vocẽ desupèr dicentẽ audiuit: Ephrem, Ephrem: quemadmodùm vidisti columnam istam ignis, talis & Magnus est Basilius. Et paulopòst: Magno autem Basilio sacros libros legente, vidit S. Ephrem linguam igneam loquentẽ per os eius. Et dicit sanctus Archidiacono: Vade, & dic ei: Domine Ephrem, iuberis intrare sanctũ presbyterium. Obstupuit ergò in istis S. Ephrem, glorificans Deum, & genu flectens, respõdit dicens: Verè magnus Basilius, verè columna ignis, verè Spiritus sanctus loquitur per os eius.

DAMASCENVS libro quarto orthodoxæ fidei, capite decimoseptimo: Nam vt inqt * Deifer & magnus in diuinis Basilius &c.

* θεηγόρος.

DE GREGORIO NAZIANZENO THEOLOGO.

HIERONYMVS in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum: Gregorius Nazianzenus Episcopus vir eloquentissimus præceptor meus, quo scripturas explanante didici &c.

IDEM in Apologia secũda aduersùs Russinum: Nunquìd in illa epistola Gregorium virum eloquentissimũ non potui nominare, q̃ sui apud Latinos impar est, quo ego magistro glorior & exulto? Et in caput quintum epistolę ad Ephesios: Gregorius Nazianzenus vir valdè eloquẽs & in scripturis apprimè eruditus, solebat dicere &c.

AVGVSTINVS libro primo contra Iulianum Pelagianũ capite secundo: Non tibi deerit magni nominis & fama celeberrima illustris Episcopus etiàm de partibus Oriẽtis, cuius eloquia ingẽtis merito gratiæ etiã in linguã Latinã translata vsquequaq; claruerũt.

DAMASCENVS in sermone de defunctis: Post hunc item Gregorius ille diuino eloquio potens, adeò vt inter alios & Theologi nomen sortitus sit &c.

DE EPHRAEM SYRO.

HIERONYMVS in Catalogo scriptorũ Ecclesiasticorũ: Ephrem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Edessenæ Ecclesiæ diaconus, multa Syro sermone composuit: & ad tantam venit claritudinem, vt post lectionem scripturarum, publicè in quibusdam Ecclesijs eius scripta recitentur. Legi eius de Spiritu sancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat: & acumen sublimis ingenij etiàm in translatione cognoui.

NICEPHORVS libro nono Ecclesiasticæ historiæ, capite decimoquarto: Multi denique alij aliter spectati viri eisdem annis viguêre, atq; in Ecclesijs Dei enituêre: inter quos præcipuè eruditione & eloquêtia floruit Eusebius Emisenus Episcopus, Titus Bostrênis &c. Videtur autem omnes hac in parte gloria præcellere, atq; Ecclesiã vniuersalem exornare Ephraim Syrus. Et capite decimosexto: Eadem hac ætate & Ephraim Syrus præclarus fuit, qui quidẽ longo interuallo omnes præcessit: & tantùm in lingua Syrorum profecit, vt cùm pietatis exercitio ad summũ contemplationis peruenerit, tum splendore, facilitate & suauitate verborũ, necnon densitate & grauitate sententiarum, etiàm præclarissimos quosq; Græcorum, qui eloquentia antiquitùs excelluissent, superauerit. Mirum quidẽ auditu est, eũdem & Græcè & Syriacè legi. Quam ob causam magnus ille & oratiõe & virtute Basilius, qui Cappadocũ metropolim Episcopatu suo exornauit, summoperè virũ est admiratus, eundemq; eruditionis nomine beatum censuit, vt tanti viri tam certo testimonio manifestum sit, communiter quoq; à Græcis, qui tum clarũ in eloquentia obtinuêre nomen, præstantissimum omnium Ephraim iudicatum esse. Vox sanè Basilij talis non temerè prolata esse existimanda est. Eadem habet Sozomenus libro tertio Ecclesiasticæ historiæ, cap. decimoquinto.

DE AMBROSIO.

BASILIVS Magnus in epistola quinquagesimaquinta ad Ambrosium Episcopum Mediolanensem: Glorificauimus Deũ nostrũ, qui olim quidem ex pastoribus ouium populo suo principem excitauit, & Amos de grege caprarũ sumptũ, spiritu suo instruxit, & ad propheticã dignitatẽ extulit: nũc verò virũ ex vrbe regia, cui totius gẽtis principatus cõcredit' erat, sapiẽtia sublimẽ, generis claritate, vitę splẽdore, orãdi facultate & rebus secularibus illustrẽ, ad gregũ Christi pastură traxit, q proiectis huius vitę opibus vniuersis, proq; dãno habitis, vt Christũ lucrifaceret, cõmissa sibi magni ac præclari nauigij, Ecclesię videlicet Dei, in fide Christi, gubernacula accepit. Age igit ô homo Dei, qñquidem non ab hoibus accepisti aut doctus es Euan-

es Euangelium Christi, sed ipse te Dominus è medio Iudicum terræ desumptum, ad præsidentiam Apostolicam transtulit: certa bonum certamen, &c.

AVGVSTINVS libro primo cõtra Iulianum Pelagianum, capite secundo: Sed adhuc vidi alium excellentem DEI dispensatorem, quem veneror vt patrem. in CHRISTO enim IESV per Euangelium ipse me genuit, & eo Christi ministro lauacrum regenerationis accepi: beatum loquor Ambrosium, cuius pro Catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, siue operibus, siue sermonibus & ipse sum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare Romanus. Et libro secundo contra eundẽ: Et quis hęc dicit? Homo Dei Catholicus, & Catholicæ veritatis aduersùs hæreticos vsq; ad periculum sanguinis defensor Ambrosius.

CASSIODORVS Senator in libro de diuinis lectionibus, capite vigesimo: Sanctus quoquè Ambrosius lactei sermonis emanator, cum grauitate acutus, peruiolẽta persuasione dulcissimus: cui fuit æqualis doctrina cum vita, quandò ei non paruis miraculis gratia diuinitatis arrisit.

DE CHRYSOSTOMO.

DAMASCENVS in sermone de defunctis: Deindè post illum Ioannes, cui ab auro cognomen, (verè enim aurea verba loquitur, qui & misericordiæ in pauperes, & pœnitentiæ dux & doctor fuit præcipuus) in diuinis illis commentarijs epistolarum ad Philippẽs & Galatas, ait, &c.

AVGVSTINVS libro 2. contra Iulianum Pelagianum: Sanctus verò Ioannes Constantinopolitanus episcopus, quantum &c. Et paulò pòst: Meritò idem beatus Ioannes.

INNOCENTIVS primus Pontifex in epistola ad Archadium Imperatorem, quæ est apud Nicephorum libro decimotertio Ecclesiasticæ historiæ, capite trigesimoquarto: Eiecisti è throno suo, re non iudicata, magnum totius orbis doctorem, & vnà cum eo Christum persecutus es. Neq; de illo ità queror, (sortem enim seu hæreditatem cum sanctis Apostolis in Dei & seruatoris nostri Domini Iesu Christi regno consecutus est) quanuis intolerabilis iactura ea sit: sed affligor, ppterea, q primùm de animarũ vestrarum salute, deindè de eis qui sapientissima, spirituali & diuina doctrina & institutione eius orbati, fame verbi Dei conficiuntur, sum solicitus. Non enim Ecclesia tantùm Constãtinopolitana mellitæ illius linguæ iacturam fecit, sed & orbis sub sole totus ad orbita-

tem redactus est, viro tam diuino amisso, persuasione vnius mulieris, fabulam hanc & spectaculum exhibentis.

NICEPHORVS Callistus lib. 13. Ecclesiasticæ historiæ, cap. 2. Ego verò supra mille eius viri lucubrationes legi, ineffabili quadam suauitate diffluentes. Iam enim indè ab adolescentia amore eius flagraui, atque in illius perindè atquè Dei ipsius vocibus acquieui. Atque si quid mihi est eruditionis, id ei acceptum fero.

DE HIERONYMO.

AVGVSTINVS lib. 1. aduersùs Iulianum Pelagianum, cap. 2. Nec sanctum Hieronymum, quia presbyter fuit, contemnendū arbitreris, qui Græco & Latino, insuper & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis atque in literis sacris vsque ad decrepitā vixit ætatem. Hic oēs vel penè oēs qui ante illum ex vtraque parte orbis de doctrina Ecclesiastica scripserant, legit. ET lib. 2. contra eundē: De illo sancto Presbytero Hieronymo qui secundùm gratiam quæ data est ei, sic in Ecclesia laborauit, vt eruditiōem catholicam multùm in Latina lingua, multis & necessarijs literis adiuuaret, &c. IDEM libro 18. de Ciuitate Dei, capite 43. Quāuis nō defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymꝰ homo doctissimus, & oīm triū linguarū pitus, q nō ex Græco, sed ex Hebræo in Latinū eloquiū easdē scripturas cōuerterit, &c. ITEM epistola 19. ad Hieronymū: Quanq̄ secūdùm honorū vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopatus presbyterio maior sit: tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. ET ad eundem epistola decimaquinta: Tantæ mihi in literis tuis, quæ in manus nostras venire potuerunt, appárent res, vt nihil studiorum meorum mallem, si possem, quàm inhærere lateri tuo. Quod ego quia non possum, aliquem nostrorum in Domino filiorum erudiendum ad te mittere cogito. Nam neque in me tantum scientiæ scripturarum diuinarum est, aut esse iam poterit, quantum inesse tibi video.

SEVERVS Sulpitius libro de virtutibus Orientalium Monachorum, qui est tertius de vita S. Martini: Igitur deindè digressus, Bethlehem oppidum petij. Ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter regit: vir propter fidei meritum, dotemq; virtutum, non solùm Latinis atque Græcis, sed & Hebræis etiam literis institutus est, vt se illi in omni scientia nemo audeat comparare. Apud eum sex mensibus fui: cui iugis aduersùs malos pugna, perpetuúmque certamen. Consciuit odia perditorum, oderunt eum hæretici, quia eos

eos impugnare non definit: oderunt eum clerici, quia vitam eorum insectatur & crimina. Sed planè eum boni ōmnes admirantur & diligunt. Nam qui eum hæreticum esse arbitrantur, insaniunt. Verè dixerim, catholica hominis scientia, sana doctrina est. Totus semper in lectione, totus in libris est: non die, nō nocte quiescit: aut legit aliquid semper, aut scribit.

DE AVGVSTINO.

HIERONYMVS epistola octogesima ad Augustinum, quæ est vigesimaquinta inter epistolas Augustini: Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore veneratus sum, & habitantem in te dilexi Dominum Saluatorem: & nunc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus, & plenè complemus, vt absque tui nominis mentione ne vnam quidē horā præterire patiamur, qui contra flantes ventos ardore fidei perstitisti. Macte virtute in orbe celebraris: Catholici te conditorem antiquæ rursùm fidei venerantur atque suspiciunt, & quod signum maioris gloriæ est, omnes hæretici detestantur, & me pari prosequūtur odio, vt quos gladijs nequeūt, voto interficiāt. Incolumē & meī memorem te Christi Dñi clementia tueatur, Dñe venerande & beatissime Papa.

PAVLINVS Episcopus Nolanus in epistola prima ad Augustinum, quæ in operibus Augustini est trigesimaprima: O verè sal terræ, quo præcordia nostra, nè possint seculi vanescere errore, condiuntur. O lucerna dignè supra candelabrum Ecclesiæ posita, quæ latè Catholicis vrbibus de septiformi lino pastum oleo lętitiæ lumen effundens, densas licèt hæreticorum caligines discutis, & lucem veritatis à confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas &c. Os enim tuum fistulam aquæ viuæ & venam fontis æterni meritò dixerim, quia fons vitæ aquæ salientis in vitā æternam CHRISTVS effectus est, cuius desiderio sitiuit in te anima mea, & vbertate tui fluminis inebriari terra mea cōcupiuit.

SEVERVS Sulpitius in epistola ad Augustinū, q̄ est trigesima septima inter ipsiꝰ Augustini epistolas: O verè artificiosa apis Dei, cōstruens fauos Diuini nectaris plenos, manātes misericordiam.

PROSPER Episcopus Rhegiēsis lib. tertio de vita contēplatiua, cap. 31. S. Augustinus Episcopus acer ingenio, suauis eloquio, secularis literaturæ pitus, in Ecclesiasticis laboribꝰ onerosus, in quotidianis disputatiōibus clarus, in omni sua actione cōpositus, in expositiōe sua fidei nostræ Catholicus, in q̄stionibus absoluēdis acutus, in reuincēdis hæreticis circūspectus, & in explicandis scripturis canonicis cautus.

Cæle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ENCOMIA PATRVM, QVORVM TE-

CAELESTINVS Pontifex in epistola prima ad quosdã Galliarum episcopos, capite secundo: Augustinum sanctæ recordationis virum, pro vita sua atq; meritis in nostra communione semper habuimus, nec vnquàm hunc siniſtræ suspicionis saltem rumor adsperſit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos etiam à meis semper prædecessoribus haberetur.

CASSIODORVS Senator in prologo super Psalteriũ: Est enim literarum omnium egregius magister, & (quod in vbertate rarum est) cautissimus disputator. Decurrit quippe tanquàm fons purissimus, nulla fęce pollutus: sed in integritate fidei perseverans, nescit hæreticis locum dare, vndè sese possint aliqua colluctatione defendere. Totus Catholicus, totus Orthodoxus inuenitur: & in Ecclesia Domini suauissimo nitore resplendens, superni luminis claritate radiat.

IDEM in libro de diuinis lectionibus, capite vigesimosecundo: Ipse Doctor eximius beatiss. Augustinus, debellator hæreticorum, defensor fidelium, & famosorum palma certaminum, &c.

VENERABILIS Beda de sex mundi ætatibus, siue in Chronico suo: B. Augustinus Hipponensis episcopus, olim Doctor eximius ecclesiarum, &c. IDEM libro 2. de tabernaculo & vasis eius ac vestibus sacerdotum, capite tertio: Augustinus omnia quæ fidem turbare poterant, hæreticorum venena euacuat.

REMIGIVS Antisiodoreñ Episcopus, in Cõmentario super posteriorẽ ad Corinthios: Sicut sol in lumine excedit oẽs Planetas, ità Augustinus omnes excesit in exponendo sacras scripturas.

BERNARDVS sermone octogesimo super Cantica: Augustinus est validissimus malleus hæreticorum.

IN Cõcilio Florẽtino sessiõe septima Andreas Præsul Colossen̄ ꝓ Romana Ecclesia respondens: Sed nunc, inquit, sanctorũ Doctorum authoritates in mediũ afferamus, ac in primis Augustini illustriss. Latinorũ Doctoris, quẽ quinta Synodus cõsecrauit. Vide etiã Concilium Toletanum octauum, canone 2.

DE CYRILLO ALEXANDRINO.

EVAGRIVS Scholasticus Epiphaneñ lib. 1. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 7. Cyrillus ꝑco verbi insignis, & strenuus verè ac salutaris doctrinæ anteſignanus, laude & prædicatione celebratur.

NICEPHORVS libro decimoquarto historiæ Ecclesiasticæ, capite trigesimoquarto: Cælestinus autem Romæ Episcopus, propter nauigationis pericula, ipse synodo (Ephesinæ) adesse retractauit: ad Cyrillum tamen, vt locum ibi suũ obtineret, scripsit. Ex quo tempore, fama est, mitram illum & Papæ appellationem, atque vt orbis vniuersi iudex appellaretur, accepisse: quæ deindè omnia per successionẽ ad eos etiam peruenerint, quibus sorte Alexãdrinę Ecclesię thronus legitimè obuenisset, sacros episcopos. Et lib. 14. c. 36. Cyrillus veluti quędam Ecclesię tuba fines terræ personãs, & ꝓpugnator Ecclesię fortissimus ab oĩbus celebratur, & oĩbus in ore est.

DE LEONE MAGNO.

THEODORETVS Cyrensis Episcopus in epist. ad Leonem Romanũ Pontificem: Deus nunc quoq; Petri & Pauli sedẽ claram insignemq; reddidit, cùm vestram sanctitatẽ in ea collocauerit, quę radios fidei orthodoxæ emittit.

SOPHRONIVS Patriarcha Hierosolymitanus in epistola ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanũ, quę recitata est actiõe vndecima sextæ Synodi generalis Constantinopolitanæ. Tanq̃ sacram & cohonorandã suscipio, rectæq; fidei propagatricẽ & à Deo condonatã, atq; à Deo inspiratam epistolã Magni atq; prędari Leonis sanctissimi Romanę Ecclesię, immò oĩm quę sub sole erunt luminarij: quam diuino manifestè permotus spiritu contra Eutychẽ maledictum, & Deo odibilẽ desipientemq; Nestorium, ad Flauianum laudabilem scripsit regię vrbis Episcopum: quã & firmamentum rectę fidei appello atq; definio, hosq; ità eam optimè definiẽrunt, sanctos patres assequens, vtpotè omnẽ quidem rectitudinem fidei nos instruentẽ, omnem verò prauitatẽ hęreticã perimentem, & ab à Deo custoditis atrijs nostrę sanctę Catholicę ecclesię effugãtem: cum qua diuina syllaba & scriptura, & cunctas eius epistolas & dogmata, tanquàm prolata ex ore Petri Principis Apostolorũ, amplector & perosculor & veneror & anima tota complector. Vide plura in Synodo Chalcedonensi, actione 3.

DE GREGORIO MAGNO.

DAMASCENVS in sermone de defunctis. Gregorius, q Dialogos à nostris dicitur, veteris Romæ Episcopus, vir (quod testãtur omnes) sacrarum disciplinarum intelligẽtia celebris, cui etiam (vt ferunt) sacra facienti angelus socium se addidit &c.

CONCILIVM Toletanum octauum, canone secundo: Beatus etiàm Papa Gregorius, & vitæ meritis honorandus atque in ethicis assertionibus penè cunctis meritò præferendus &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX, TOTIVS CATECHISMI ORDINEM ET SVMMAM COMPLECTENS: Indicans itē controuersias, quæ in hoc libro per antiquorum Patrum & scripturæ sacræ testimonia deciduntur.

Christiana doctrina circa sapientiam & iustitiam versatur.

Ad Sapientiā, quæ ordine sequuntur, & infrà tractantur, capita referri possunt.

TOMVS PRIMVS.

I. De Fide & Symbolo Fidei, *per quæstiones 22. vbi inter cætera etiam agitur*

De authore Symboli Apostolici, quæstione 5.
De descensu Christi ad inferos, quæstione 13.
De notis Ecclesiæ, quòd ea sit { *Visibilis, Vna, Sancta, Catholica* } *quæstiõe 18.*

II. De Spe & Oratione Dominica, cum Angelica Salutatione, *per quæstiones 19. Atque etiam*

De Spe cum timore coniungenda, quæstione 2.
De { *Laude, Veneratione, Inuocatione,* } *Beatæ Mariæ Virginis, quæstione 15. & sequentibus.*

III. De

III. De Charitate & mandatis Decalogi, *per quæstiones 20. Item*

An mandata Decalogi ad Christianos pertineant, quæstione 6.
An ea impleri possint, quæstione 6.
De Sanctorum { *Inuocatione, Cultu, Reliquijs, Ferijs* } *quæstione 8.*
De Imaginibus { *Christi & Sanctorum* } *quæstione 9.*

De præceptis Ecclesiæ, *per quæstiones 19. nominatim verò*

De Traditionibus Apostolicis & Ecclesiasticis, quæstione 1. & sequentibus.
De Ecclesia & eius authoritate, quæstione 9. 10. & 16.
De Romano Pontifice & Ecclesia Romana, quæstione 9.
De Concilijs, quæstione vndecima.
De authoritate Sanctorum Patrum, quæstione eadem.
De quinque præceptis Ecclesiæ, quæstione 14.
De scriptura sacra & eius interpretatione, quæstione 16.

TOMVS SECVNDVS.

IIII. DE SACRAMENTIS.

De Sacramentis in genere, *per quæstiones 8.*
De Cæremonijs, quæstione 8.
De Baptismi Sacramento, *per quæstiones 4.*
De Concupiscentia Renatorum, quæstione 3.

De Confirmationis Sacramento, *per quæstiones* 5.
De Chrismate, quæst. 4.
De Eucharistiæ Sacramento, *per quæstiones* 10.
De Veritate, quæst. 4.
Transubstantiatione, quæst. 6.
Adoratione, quæst. 6.
De Missa, quæst. 7.
De Communione sub vtraque specie, quæst. 8.
De Pœnitentiæ Sacramento, *per quæstiones* 10.
De Contritione, quæst. 4.
De Confessione, quæst. 5. & 6.
De Satisfactione, quæst. 7. & 8.
De Purgatorio & fidelibus defunctis, quæst. 9.
De Sacramento Extremæ Vnctionis, *per quæstiones* 3.
De Ordinis Sacramento, *per quæstiones* 8.
An omnes Christiani sint Sacerdotes, quæst. 2.
De honorandis Sacerdotibus siue bonis siue malis, quæstione 6. & 7.
De Matrimonij Sacramento, *per quæst.* 5.
De diuortio, quæst. 3.
De Votifragis, quæst. 4.
De Coniugio Monachorum & Monialium, quæstione eadem.
De Cælibatu Sacerdotum, quæst. 4. & 5.
De Virginitate, quæst. 5.

TOMVS TERTIVS.

V. DE IVSTITIA CHRISTIANA.

Ad

Ad iustitiæ priorem partem, quæ in malis fugiendis est sita, pertinent hæc:
I. De peccatis in genere, *per quæstiones* 6.
De peccatis septem Capitalibus, *per quæstiones* 9.
De peccatis alienis, culpa aliqua nostra ad nos pertinentibus, *per quæstiones* xj.
De peccatis in Spiritum sanctum, *per quæstiones* 8.
De peccatis in cælum clamantibus, *per quæstiones* 5.
De peccatorum expiatione, *per quæstiones* 3.
De peccatis minutis seu venialibus, *quæstione* 2.
Ad iustitiæ partem alteram, quæ in bonis faciēdis aut cōsectādis est posita, rectè referri possunt
1. Bonorum operum genera triplicia, *per quæstiones* 18. *vbi etiam agitur*
De fructu bonorum operum, quæst. 2.
De Ieiunio, quæst. 4. & *sequentibus.*
De Oratione, quæst. 7. & *sequent.*
De Elemosyna & Operibus misericordiæ, quæst. 10. & *sequentibus.*
2 Virtutes Cardinales, *per quæstiones* 6.
3 Dona & fructus Spiritus sancti, *per quæstiones* 4.
4 Octo beatitudines, *per quæstiones* 3.
5 Consilia Euangelica, *per quæstiones* 6.
De Euangelica Paupertate, Castitate, & Obedientia, quæstione 3. 4. & 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Monachismo & Religiosorum instituto, quæst. 5.
6 Quatuor hominis nouissima, *per quæstiones 7.*

Ad Christianæ doctrinæ totius summam vnico ceu verbo cõprehendẽdam, Ecclesiastici sentẽtia notatu digna est, qui ait:

Eccl. 1. *Fili concupiscens Sapientiam, conserua Iustitiam, & DEVS præbebit illam tibi.*

APPENDIX DE HOMINIS LAPSV ET IVSTIFICATIONE SECVNDVM SENTENTIAM ET doctrinam Concilij Tridentini.

I. De lapsu primi hominis.
II. De peccato Adam in oẽs homines trãsfuso.
III. De remedio Originalis peccati.
IIII. De reliquijs originalis peccati in baptizatis.
V. De naturæ & legis ad iustificandos homines imbecillitate.
VI. De dispensatione & mysterio aduentus CHRISTI.
VII. Qui per Christum iustificentur.
VIII. Descriptio Iustificationis impij, & modo eius in statu gratiæ.
IX. De necessitate præparationis ad Iustificationem in adultis, & vndè illa sit.
X. Modus præparationis ad Iustificationem quis.
XI. Quid sit Iustificatio impij, & quæ eius causę.
XII. Quomodò intelligatur, impium per fidem & gratìs iustificari.
XIII. Contra inanem hæreticorum fidutiam.
XIIII. De accepto Iustificatiõis incremento.
XV. De obseruatione mandatorum, deque illius necessitate & possibilitate.
XVI. Prædestinationis temerariam præsumptionem cauendam esse.
XVII. De Perseuerantiæ munere.
XVIII. De lapsis & eorum reparatione.
XIX. Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.
XX. De fructu Iustificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deque ipsius meriti ratione.

CAPVT

CAPVT PRIMVM DE FIDE ET SYMBOLO FIDEI.

I

Quis dicendus est a *Christianus?*

a Actor. 11. d 1. Pet. 4. d



QVI IESV CHRISTI veri DEI & hominis salutarem doctrinã in eius b ECCLESIA profitetur. B. Omnes, pindè cultus & sectas, quæ extra CHRISTI doctrinam & ECCLESIAM vbiuis gentium reperiuntur, vt est Iudaica, Ethnica, Mahometica, Hæretica, damnat & detestatur penitùs, qui verè Christianus est, & in ipsa CHRISTI doctrina firmiter acquiescit.

b Athanas. cõtra Arrian. orat. 2. Cyprian. epist. 2. lib. 4. & de simplic. Prælator. Ignatius ad Magnesian. Aug. Tract. 111. in Ioann. & ser. 181. de temp. cap. 11. Itẽ in Enchir. cap. 5. Tertul. lib. de Pudicitia, & de ſſcrip. hæret.

TESTIMONIA SCRIPTVRARVM, QVAE AD MARGINEM CITATA SVNT.

ACTORVM vndecimo capite: Profectus est autem (Barnabas) Tarsum, vt quæreret Saulum: quem cùm inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totum conuersati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multam, ità vt cognominarentur primùm Antiochię discipuli, Christiani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prioris epistolæ diui Petri quarto capite: Nemo autem vestrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus, nõ erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.

PATRVM TESTIMONIA AD MARGINEM CITATA.

1 A. ATHANASIVS in oratiõe secũda cõtra Arrianos: Nunq̃ populus ab Episcopis suis, sed à Domino, in quem creditũ fuit, nomen accepit. Certè à beatis Apostolis præceptoribus nostris, ministrisq; Euangelij Saluatoris nostri, appellationes adepti non sumus, sed à Christo, Christiani & sumus & nũcupamur: Illi verò, qui aliũdè originem suæ fidei deducunt, meritò authorum suorum cognomenta, vt ad quos pertineant, prę se ferunt. Quapropter, quũ omnes à Christo, Christiani & essemus & diceremur, explosus est Marcion inuentor hæreseos: reliqui autem qui cum explosore Marcionis remansere, Christiani titulum retinuerunt: qui verò secuti sunt Marcionem, non iam indè Christiani, sed Marcionistæ appellati sunt. Ità quoquè Valentinus, Basilides, Manichæus, & Simon Magus sectatoribus sua vocabula impartiêrunt, indeq; factum, vt alij Valentiniani, alij Basilidiani, alij Manichæi, alij Simõiani, alij Cataphryges à Phrygia, alij à Nouato Nouatiani vocati sint. Ità Melitius electus à Petro & Episcopo & Martyre, suos, qui ipsum sequebãtur, nõ Christianos posteà, sed Melitianos denominauit. Eadem iterùm ratione B. Alexãdro Arrĩ eijciente, ij qui Alexãdro adhæserũt, remanserũt Christiani: illi verò, qui vnà cum Arrio recesserũt, nomẽ Saluatoris nostri Alexãdro cũ suis relinquẽtes, Arriani deinceps appellati sunt. Et paucis interiectis: Qui ex eodem genere ad istos abeũt, aut ab Ecclesia ad hæresim transitum faciunt, nomen Christi derelinquunt, & Arrianorum vocabulo induuntur, quasi nõ ampliùs fidem Christi retineant, sed Arrianæ insaniæ gregales habentur. Quomodò igitur Christiani fuerint, qui nõ Christiani, sed Ariomanitæ appellantur? aut quomodò de numero Ecclesiæ Catholicæ habeantur, qui Apostolicam fidem excusserunt, & nouarum pestium inuentores sę præbent?

Christiani à Christo nomen habent.

Hæretici nomen sumunt ab inuentoribus hæreseon.

Arriani non sunt Christiani.

2 CYPRIANVS libro quarto, epistola secunda ad Antonianũ: Quisquis ille est, & qualiscunq; est, Christianus non est, qui in Christi Ecclesia non est.

Qui in ecclesia non est, Christianus non est.

3 IDEM

3 IDEM in tractatu de Simplicitate Prælatorum, siue de Vnitate Ecclesię. Non pertinet ad Christi prędia, qui relinquit Ecclesiam Christi. Alienus est, prophanus est, hostis est. Habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem.

Ecclesiã matrẽ agnoscat, qui vult Deũ habere Patrẽ.

4 IGNATIVS epistola ad Magnesianos: Dignos nos exhibeamus cognomento quod accepimus: qui enim alio nomine appellatur præter istud, hic non est Dei: non suscipit prophetiam illam, quæ de nobis ait, Vocabitur nomine nouo, quo Dominus nuncupabit eum: & erit populus sanctus. Quod & impletum est primò in Syria: nam in Antiochia discipuli, Christiani appellati sunt, Paulo & Petro Ecclesiam fundantibus.

Christianorũ nomẽ nouũ.

Esa. 62.

Act. 11.

5 AVGVSTINVS tractatu centesimo decimotertio in Ioannem: In negatione Apostoli Petri, debemus aduertere, non solùm ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiàm qui cùm sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro, Discipulum meum te negabis: sed, me negabis: negauit ergò ipsum, cùm se negauit eius esse discipulum.

Christianũ se negans, Christum negat.

6 IDEM sermone cẽtesimo octogesimoprimo de tempore, capite duodecimo: Quisquis ille est, & qualiscunq; ille est: Christianus non est, qui in Christi Ecclesia non est.

Christianus nõ est, qui in Christi Ecclesia nõ est.

7 ITEM in Enchiridio ad Laurentium capite quinto: Certum verò proprium q; fidei catholicæ fundamentum Christus est. Fundamentum enim aliud, ait Apostolus, nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS. Neque hoc ideò negandum est proprium fundamentum esse fidei catholicæ, quia putari potest, aliquibus hæreticis hoc nobiscum esse commune. Si enim diligenter quæ ad CHRISTVM pertinent, cogitentur: nominetenus inuenitur Christus apud quoslibet hæreticos, qui se Christianos vocari volunt, re verò ipsa non est apud eos. Quod ostendere nimis longum est, quoniam commemorandæ sunt omnes hæreses, siue quæ fuerunt, siue quæ sunt, siue quæ potuerũt esse sub vocabulo Christiano, & etiàm quàm sit hoc verũ, per singulas quasque monstrandum.

1. Cor. 3.

Hæretici, veri Christiani non sunt.

8 TERTVLLIANVS in libro de pudicitia: Ouis, ppriè Christianus, & grex Domini ecclesiæ populus, & pastor bonus Christus: & ideò Christianus non intelligendus, qui ab Ecclesiæ grege aberrauerit.

Christiani non sunt, qui ab Ecclesiæ grege aberrant.

9 IDEM in libro de præscriptiõibus aduersùs hæreticos: Si hæ-

Hæretici nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoūt esse Christiani.

retici sunt, Christiani esse non possunt, nō à Christo habendo quod de sua electione sectati, hæreticorum nomen admittunt.

II

Quo compendio Christianam doctrinam licet complecti?

VT nimirùm Christianus ea nôrit & obseruet, quæ tum ad [a] Sapientiam, tum ad Iustitiam spectant, Sapientia, vt Augustinus [b] ostendit, circa virtutes versatur Theologicas, [c] Fidem, Spem, & Charitatem, quæ & diuinitùs infundūtur, & cùm in hac vita purè maximeq; excoluntur, beatos homines diuinosq; reddūt. Iustitia verò [d] duabus partibus, declinatiōe à malo, & boni operatione, absoluitur. Huc enim spectat, quod Propheta inquit Regius: [e] *Diuerte à malo, & fac bonum.* Iam ex hisce fontibus, Sapientiæ scilicet & Iustitiæ, non difficulter hauriuntur cætera, quæcunque Christianæ quidem Institutioni atq; disciplinæ congruunt.

a Ecclesiastic 1.d

b Lib. 2. Retr. cap. 63. & Enchi. c. 2. & 3.

c 1. Cor. 13.d

d Prosp sent. 98. ex Augu.

e Psal. 33.c & 36.c 1. Pet 3.b

SCRIPTVRAE.

ECCLESIASTICI primo capite: Fili, cōcupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi.

PRIORIS epistolæ ad Corinthios decimotertio capite: Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.

PSALMO trigesimotertio: Diuerte à malo, &c.

PSALMO trigesimosexto: Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi,

PRI

PRIORIS epistolę Petri capite tertio: Qui vult vitam diligere, & dies videre bonos: coerceat linguam suam à malo, & labia eius nè loquātur dolū. Declinet à malo, & faciat bonū.

PATRES.

1 AVGVSTINVS libro secundo Retractationum, capite sexagesimotertio: Scripsi librum de fide, spe, & charitate, cùm à me, ad quem scriptus est, postulāsset, vt aliquod opusculum haberet meū, de suis manibus non recessurum. Quod genus Græci Enchiridion vocant. Vbi satis diligenter mihi videor esse complexus, quo modo sit colendus Deus, quam sapientiam esse hominis vtiquè veram Diuina scriptura definit.

Sapientia Christiani hoīs consistit in recto Dei cultu.

2 IDEM in Enchiridio ad Laurentium, capite secūdo: Hominis sapientia pietas est. Habes hoc in libro sancti Iob: Nam ibi legitur, quòd ipsa sapientia dixerit homini, Eccè pietas est sapientia. Si autē quæras, quam dixerit eo loco pietatem, distinctiùs in Græco reperies θεοσέβειαν, qui est Dei cultus.

Iob 28. secundùm LXX.

3 ITEM ibidèm capite tertio: Hîc si respondero, (ad hanc videlicet quæstionem, quonam modo sit colendus Deus) fide, spe, charitate colendum Deum: profectò dicturus es, breuiùs hoc dictum esse quàm velis.

Colitur Deus fide, spe, & charitate.

4 PROSPER in sententijs ex libris Augustini decerptis, sentētia nonagesimaoctaua: Tota iustitiæ ratio est, vt declinentur mala, & fiant bona. cuius obseruantiæ inter quaslibet aduersitates forma seruanda est: quia hoc solùm nūquàm amittitur, quod operi pietatis impenditur.

Iustitia Christiana in duobus cōsistit.

III

Quid primùm traditur in doctrina Christiana?

FIDES, ianua illa nostræ salutis, sine qua Deum inuenire & inuocare, DEO seruire & placere nullus in hac vita potest. [a] *Credere enim oportet accedentem ad Deum,* inquit Apostolus: *qui* [b] *verò non crediderit, condemnabitur, &* [c] *iam iudicatus est,* ex Christi sententia.

Rom. 10.c. Heb 11. a Aug. serm. 38. de tēp. & serm. 1. de verb Apostol. Leō ser. 4. de Natiu. Dom.

a Heb. 11.b

b Marc 16.c

c Ioann. 3.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD Romanos decimo: Quomodò inuocabũt, in quem non crediderunt?

AD Hebræos vndecimo capite: Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad DEVM q̃ est, & inquirentibus se remunerator sit.

MARCI decimosexto: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

IOANNIS tertio capite: Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia nõ credidit in nomine vnigeniti filij DEI.

PATRES.

Fides quàm necessaria.

1 AVGVSTINVS sermõe trigesimooctauo de tempore: Cõstat, neminem ad veram peruenire posse beatitudinẽ, nisi Deo placeat, & Deo neminem posse placere, nisi per fidem. Fides nanque est bonorum omnium fundamentum. Fides est humanæ salutis initiũ. Sine hac nemo ad filiorum Dei consortium potest peruenire, quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquam iustificationis consequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et si quis hic nõ ambulauerit per fidem, non perueniet ad speciem beatæ visionis Domini nostri Iesu Christi. Idem habet in initio sermonis centesimi octogesimiprimi de tempore.

Fides Catholica thesaurus ingens.

2 IDEM sermone primo de verbis Apostoli: Nullę sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius maior substãtia, quàm est fides Catholica, quæ peccatores homines saluat, infirmos curat, catechumẽos baptizat, fideles iustificat, pœnitẽtes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, virgines, viduas, & coniugales casto pudore conseruat: clericos ordinat, sacerdotes consecrat, regnis cælestibus præparat, in ęterna hæreditate cũ angelis sanctis communicat. Eandem sententiam ijsdẽ verbis repetiuit sermõ centesimo octogesimoprimo de tempore, capite duodecimo.

Fides nisi integra & vna sit, fides non est. Ephe. 4.

3 LEO Magnus sermone quarto in solẽnitate natiuitatis Domini nostri Iesu Christi: Magnum præsidium est fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab vllo quicquã, nec minui potest: quia nisi vna est, fides non est, dicente Apostolo: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, q̃ super omnes, & p omnia, &

& in omnibus nobis. Huic vnitati, dilectissimi, inconcussis mentibus inhærete, & in hac omnem sectamini sanctitatem, & in hac præceptis Domini deseruite, q̃a sine fide impossibile est placere Deo, & nihil sine illa sanctum, nihil castum est, nihil viuum. Iustus enim ex fide viuit.

IIII

Quid fidei nomine intelligitur?

A. DEI [a] donum & lumẽ, quo illustratus homo, firmiter assentitur atq; adhæret ijs, quæ vt credantur, sunt DIUINITÙS reuelata, & ab Ecclesia nobis proposita.

[a] Ephe. 2. b Heb. 11. a Basil. in serm. de fidei confess. Bernar. epi. 190. Aug. cõtra epist. Fundamẽti. ca. 5.

B. CVIVSMODI sunt, Deum esse trinũ & [b] vnũ, è nihilo [c] creatum mundum, Deum factum esse hominem, & pro nobis mortem sustinuisse, Mariam [d] & virginem, & DEI matrem existere, mortuos omnes ad vitam excitandos esse, hominem ex aqua & Spiritu sancto regenerari, totum Christum [e] in Eucharistia contineri, & id genus alia Religionis nostræ veneranda mysteria: quæ diuinitùs reuelata, non humani [f] sensus captu compræhendi, sed fide duntaxàt percipi possunt.

[b] 1. Ioan. 5. b [c] Genes. 1. a Ioan. 1. b Luc. 2. a Rom. 5. b [d] Concil. Ephes. canon. 13. Luc. 1. e 1. Cor. 15. g Ioann. 3. b [e] Constantien. Florent. Triden. Concil. [f] Ecclesiastic. 3. c. 2. Cor. 10. b

C. VNDE Propheta: [a] *Nisi credideritis*, inquit, *non intelligetis*. Nõ enim spectat fides naturæ ordinem, non sensuum fidit experientiæ: nõ potentia aut ratiõe humana, sed virtute & authoritate DIUINA nititur, illud planè certum habens, sum-

[a] Esa. 7. b secundùm LXX. Basil. in Psal. 115. & in Moralibus, regula 80. cap. 21. Greg. Homil. 26. in Euang. Chrysost. in 1. ad Cor. hom. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſummam æternamq́; veritatem, quæ Deus eſt, nec falli poſſe vnquàm, nec fallere.

D. QVAMOBREM id fidei vel maximè proprium eſt, vt in [b] captiuitatem redigat omnẽ intellectum in obſequiũ Chriſti, apud quem nõ eſt difficile, nedùm impoſſibile [c] oñe verbum. Hæc [d] fides lumẽ eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ.

b 2. Cor. 10. b

c Lucæ 1. c Hiere. 32. d

d Euſeb. Emiſe. hom. 2. de ſymb. Cyrill. catech. 5. illum. Chryſoſto. ſer. de fide, ſpe, & charitate. Cyrill. lib. 4. in Ioann. cap. 9.

SCRIPTVRAE.

AD Epheſios ſecundo capite: Gratia eſtis ſaluati per fidẽ, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt.

AD Hebrẽos vndecimo capite: Eſt autẽ fides ſperandarũ ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.

PRIMAE epiſtolę Ioannis quinto capite: Tres ſunt qui teſtimõium dant in cęlo: Pater, Verbũ, & Spiritus ſanctus. & hi tres vnum ſunt.

GENESEOS 1. In principio creauit DEVS cęlũ & terram.

IOANNIS primo capite: Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

LVCAE ſecundo: Et peperit filium ſuum primogenitum. Et paulò pòſt. Natus eſt vobis hodiè Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid.

AD Romanos quinto. Commẽdat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

LVCAE primo: Quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius DEI.

PRI

PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba, (canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.

IOANNIS tertio: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ DEI.

ECCLESIASTICI tertio: Altiora te nè quæſieris, & fortiora te nè ſcrutatus fueris: ſed quę præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius nè fueris curioſus. non eſt enim tibi neceſſarium, ea quę abſcondita ſunt videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplãtauit ſuſpicio illorũ, & in vanitate detinuit ſenſus illorũ.

POSTERIORIS ad Corinthios decimo: In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium CHRISTI.

ESAIAE ſeptimo iuxta tranſlationem Septuaginta interpretum: Niſi credideritis, non intelligetis.

LVCAE primo: Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

HIEREMIAE trigeſimo ſecundo: Eccè ego Dominus deus vniuerſæ carnis: nunquìd mihi impoſſibile erit omne verbum?

PATRES.

BASILIVS in ſermone de fidei confeſsione, ſiue de vera ac pia fide in Aſceticis: Eſt igitur fides, eorum quę dicta ſunt, aſſentiens approbatio ſine vlla hæſitatiõe, cum animi perſuaſiõe, de eorum veritate quę Dei munere ſunt prædicata. Fides eſt firmus aſſenſus reuelatæ veritatis.

BERNARDVS in epiſtola centeſima nonageſima ad Inno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

centium pontificem, contra Petrum Abailardum: In primo limine Theologię (vel potiùs stultilogiæ suæ) fidem definit æstimationem: quasi cuiq; in ea sentire & loqui quæ libeat licear, aut pendeant sub incerto in vagis ac varijs opinionibus nostræ fidei sacramẽta, & nõ magis certa veritate subsistant. Nónne si fluctuat fides, inanis est & spes nostra? Stulti ergò martyres nostri, sustinentes tam acerba propter incerta, nec dubitantes sub dubio remunerationis prẽmio diurnum per exitum diuturnum inire exilium. Sed absit vt putemus in fide vel spe nostra aliquid, vt is putat, dubia æstimatione pẽdulum, & non magis totum quod in ea est, certa ac solida veritate subnixũ, oraculis & miraculis diuinitùs persuasum, stabilitum & consecratum partu virginis, sanguine redemptoris, gloria resurgentis. Testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Si quo minùs, ipse postremò spiritus reddit testimoniũ spiritui nostro, quòd filij Dei sumus. Quomodò ergò fidem quis audeat dicere æstimationem, nisi qui spiritum istum nondũ accepit, quive Euangeliũ aut ignoret, aut fabulã putet? Scio cui credidi, & certus sum, clamat Apostolus: & tu mihi subsibilas, fides est æstimatio? Tu mihi ambiguum garris, quo nihil est certius? Sed Augustinus aliter fides, ait, non coniectando vel opinando habetur in corde in quo est, ab eo cuius est, sed certa scientia, acclamante conscientia. Absit ergò, absit, vt hos fines fides habeat Christiana. Academicorum sint istæ æstimationes, quorum est dubitare de omnibus, scire nihil. Ego verò securus in magistri gẽtium sententiã pergo, & scio quoniã nõ cõfundar. Placet mihi, fateor, illius de fide definitio, etsi iste etiã ipsam latenter insimulet. Fides est, ait, substãtia rerũ sperãdarũ, argumentũ non apparentiũ. Substãtia, inquit, rerũ sperandarũ, non inaniũ phantasia coniecturarũ. Audis substantiam, non licet tibi in fide putare vel disputare pro libitu, nõ hac illac; vagari p̃ inania opinionũ, p̃ deuia errorũ. Substãtię nomine aliquid tibi certũ fixum; p̃figitur. Certis clauderis finibus, certis limitibus coarctaris. Non est enim fides æstimatio, sed certitudo.

Fides non est æstimatio aut opinio.

Fidei certitudo.

Psal. 92. Rom. 8.

2 Tim. 1.

Fides nihil habet ambiguum.

Heb. 11. Paulina definitio fidei explicatur.

3 IDEM in eadem epistola: Quid magis contra rationem, quàm ratione rationem conari trãscendere? Et quid magis contra fidem, quàm credere nolle quicquid non possit ratiõe attingere? Denique exponere volens illud Sapiẽtis, Qui credit citò, leuis est corde: Citò credere est, inquit, adhibere fidem ante rationẽ, cùm hoc Salomon non de side in Deum, sed de mutua inter nos dixerit credulitate. Nã illam quę in Deum est fidẽ, beatus Papa Gregorius negat planè habere meritum, si ei humana ratio præbeat experimentũ. Laudat ait Apostolos, quòd ad vnius iussionis vocem sequuti sunt redemptorem. Sit nimirùm pro laude dictũ: In auditu auris obediuit mihi. increpatos eregionè discipulos, quòd tardiùs credidissent. Deniquè laudatur Maria quòd rationem fide præuenit, & punitur Zacharias quòd fidem ratione tentauit. Et rursùm Abraham commendatur, qui contra spem in spem credidit.

Fides ratione metiẽda non est.

Ecclesiast 19.

Psal. 17. Marc. 16. Luc. 1. Rom. 4.

4 AVGVSTINVS contra epistolam Manichæi, quam vocant fundamẽti, capite quinto: Si inueneris aliquem, qui Euangelio nõdùm credit, quid faceres dicenti tibi, non credo? Ego verò Euangelio non crederẽ, nisi me Catholicæ Ecclesiæ cõmoueret authoritas.

Ecclesiæ authoritas Augustinum cõmouit ad credendum euãgelio.

1 B. CONCILIVM Ephesinũ canone decimotertio: vide infrà quæstione decima, A.

2 CONCILIVM Constantiense, Florentinum & Tridẽtinum: vide infrà de Sacramento Eucharistiæ, quęstione octaua G.H.

1 C. BASILIVS in psalmũ centesimũ decimũquintũ, in ea verba, Credidi propter quod locutus sum, &c. Sacrorũ q̃ de Deo sunt, eloquiorũ prędux esto fides planè, nõ item demonstratio. fides, inquam, animã inuitãs, immò & p̃suadens ad consensionẽ præ cũctis rationalibus methodis. Neq; enim fides geometricis nititur probationibus, quas necessitates vocitant: sed animis nostris se insinuat efficaci operatiõe spiritus sancti. Et nõnullis interiectis: In quocũque tandẽ humanarũ artiũ exercitio (id modò via & ordine ad p̃stitutũ sibi ,pgrediatur finẽ) impos. ibile est primarũ ,ppositionum inquirere demonstrationes: Immò necesse est, vt quũ admiseris earũ artiũ q̃ certa ratione nituntur, principia vt confessã, nec proindè vllam requirẽtia demonstratiuã probationẽ, id demũ inspicias quicquid ex p̃suppositis ordine consequitur. Nihilo seciùs & theologiæ mysteriũ requirit assensum, nulla p̃uia inquisitiõe nitentẽ. Sanè ait Apostolus: Credere enim oportet, quia Deus est, non itẽ in quęstionem vocare, aut controuersim opponere illud: Quid est Deus? Atque adeò in vniuersum, fides si substantia earum est quæ sperantur, rerum, & eorum quę non videntur, argumentum: nè mihi tu anxius contendas videre iam, quę longiore sepolita sunt interuallo, neu quæ speras te olim consecuturum, in ambiguam reuoces dubiámve partem, quòd ad ea nondùm potueris certa notione pertingere.

Fides à demõstratione non pendet.

Simplex assensus.

Heb. 11.

Heb. 11.

2 IDEM in Moralibus regula octogesima, capite vigesimoprimo: Quid proprium fidei? Certissima animi expletio de diuinorum verborũ veritate, q̃ nulla, neq; à naturali necessitate inducta ratiõe,

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque ad veræ pietatis simulationem conformata vllo modo possit labefactari. Quid proprium fidelis? Vt cùm eiusmodi certa animi expletione veram esse illorum vim credat, quæ dicta sunt in scriptura, nihilq; reijciat, aut nouũ statuere audeat.

Fides quæ experientia nititur, meritoria non est.

3 GREGORIVS Magnus homilia vigesimasexta in Euangelia: Sciendum nobis est, quòd diuina operatio si ratione comprehenditur, nõ est admirabilis. Nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Et quibusdam interpositis, Cùm Paulus Apostolus dicat: Est autem fides sperãdarum substãtia rerum, argumentum non apparentium: profectò liquet, quia fides illarum rerũ argumentum est, quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent, iam fidem non habent, sed agnitionem. Dum ergò vidit Thomas, dum palpauit, cur ei dicitur: Quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine diuinitas videri nõ potuit. Hominem ergò vidit, & Deum confessus est.

Heb. 11.

Ioan. 20.

4 CHRYSOSTOMVS homilia quarta in priorem epistolam ad Corinthios: Quæ humanã excedũt rationẽ, fide dũtaxàt indigẽt.

Catholicæ fidei encomiũ & necessitas.

1 D. EVSEBIVS Emisenus homilia secũda de Symbolo: Fides religionis catholicæ, lumen est animæ, ostium vitę, fundamentum salutis ęternæ. Quicunque hac derelicta, velut posãimum ducem ꝓprium sequitur intellectum, quicunq; per sapientię suę sensum, ad mysteriorũ cęlestium se putat posse peruenire secretum: sic facit, quomodò si absque fundamento ædificet domũ, aut si prætermisso ostio velit introire per tectum: vel si nocte sine lumine inferat gressum, totum se clausis oculis vrgeat in profundum. Hanc ergò nobis fidem velut magnam lampadem, Christus aduenięs, errantibus viam monstraturus exhibuit, per quem posit Deus ignotus requiri, quæsitus credi, creditus inueniri.

Similitudo elegans.

2 CYRILLVS Hierosolymorum Archiepiscopus Catechesi quinta illuminatorum: Oculus omnem illuminans conscientiam est fides, & intelligentiam efficiens. Dicit enim Propheta: Nisi credideritis, non intelligetis.

Isaiæ 7.

3 CHRYSOSTOMVS in sermone de fide, spe, & charitate: Fides est origo iustitię, sanctitatis caput, deuotionis principiũ, religionis fundamẽtum. Nullus vnquàm sine hac Dominum promeruit: nullus sine illa fastigium sublimitatis ascendit. Est enim fides innocens ac pura credulitas: qua ad DEVM accedimus, qua præceptis insistimus, qua expiata mente Dñm veneramur. Hęc excludit dubia, tenet certa, promissa consignat. Hanc qui tenet, felix est: qui de

Commendatio fidei.

deseruerit, miser. Hæc in Ecclesia signa ostẽdit, virtutes exercet, charismata complet.

4 CYRILLVS Alexandrinus libro quarto in Ioannem, capite nono, in hæc verba scribens, Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam: Ianua & via in vitam fides est, & recursus quidam atque reductio à corruptione in immortalitatem.

Ioan. 6.

V

Est'ne breuis aliqua fidei complexio, ac summa omnium nobis credendorum?

EST illa, quam duodecim Apostoli suo symbolo tradiderunt, quamque in sectiones seu articulos duodecim aptè distinxerunt. Dignum sanè opus his[a] authoribus, qui post Christum Dominum Christianæ fidei pręcipui & sanctissimi fundatores extitêre. Quod quidem symbolum velut illustris nota est, qua Christiani ab impijs, qui vel nullam, vel non rectam Christi fidẽ ꝓfitentur, discernẽdi ac internoscẽdi sunt.

a Clemẽs epist. 1. ad frat. do. Amb. epist. 81. & ser. 38. Augu. ser. de tẽp. 181. Ruffin in symb. Irẽ. li. 1. ca. 2. & lib. 3. cap. 4. Hieron. ad Pammach. aduersus errores Ioã. Hierosol. Leo ser. 11. de pass. & epist 13. ad Pulcheriã. & ser. cõt. Eutychetem. Maximus ser. de traditione symb

PATRES

1 CLEMENS epistola prima ad fratrem Domini: Christo resurgente & ascendente in cælum, misso sancto Spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi, symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusquisque quod sensit dicendo, cõdiderunt, vt discedentes ab inuicẽm, hãc regulã p oẽs gẽtes ꝓdicarent. Et post pauca: Symbolum enim grẽcè, latinè collatio dicitur. Et hoc ꝓdicti sancti Apostoli inter se p Spiritũ sanctũ salubriter (vt dictũ est) cõdiderunt. Dicitur & indiciũ, ꝙ p hoc, qui rectè crediderit, indicatur.

Apostoli cur & quãdò cõdiderũt symbolum.

Nominis interpretatio.

2 AMBROSIVS in epistola octogesimaprima ad Syriciũ Papã: Credatur symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit & seruat.

Symbolum Apostolicũ Rom. ecclesia intemeratum seruat.

3 IDEM sermone trigesimooctauo: Arbitror Apostolicã fidẽ duodecim artificũ operatione conflatam. Duodecim enim Apostolorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

symbolo fides sancta cõcepta est, qui velut periti artifices in vnum cõuenientes, clauẽ suo cõsilio conflauerunt. Clauẽ enim quandam ipsum symbolũ dixerim, per quod reserãtur diaboli tenebræ, vt lux Christi adueniat: aperiũtur cõscientiæ clausa peccata, vt iustitiæ fulgeãt opa manifesta. Igitur hęc clauis ostẽdẽda est fratribꝰ nostris, vt & ipsi tãq; discipuli Petri, inferna sibi reserare, cęlos apire cõsueścãt.

Clauis est.

Matth. 16.

4 AVGVSTINVS sermone cẽtesimo octogesimoprimo de tẽpore, qui est sermo primus in vigilia Pentecostes in pfatione: Sancti Apostoli certã regulã fidei tradiderũt, quã secundùm numerũ Apostolicũ duodecim sentẽtijs cõpræhensam, symbolũ vocauerũt, per quã credentes Catholicã tenerẽt vnitatẽ, & p quã hęreticã cõuincerẽt prauitatẽ. Symbolũ ergò tali ratiõe institutũ maiores nostri dixerũt. Tradũt enim, quòd post ascensionem Dñi & Saluatoris nostri ad Patrẽ, cùm p aduentũ Spiritus sancti discipuli eius inflãmati, linguis omniũ loquerẽtur, ad singulas quasq; nationes, vt Dei verbũ pdicarẽt, ituri ac discessuri ab inuicẽm, normã priùs sibi futuræ pdicatiõis in cõmune statuerũt, nè localiter ab inuicẽm discedẽtes, diuersum vel dissonũ pdicarent his q ad fidẽ Christi inuitabãtur. Oẽs igitur in vno positi, & Spiritu sancto repleti, breue suæ pdicationis indiciũ cõferẽdo in vnũ, quod sentiebat vnusquisq; cõputabat, atq; hãc ità credẽtibus dandã esse regulã instituerũt. Symbolũ breue est verbis, sed magnũ est sacramentis: quicquid enim pfiguratum est in Patriarchis, quicquid denũciatũ in scripturis, quicquid pdictum est in Prophetis, vel de Deo ingenito, vel ex Deo in Deum nato, vel de Spiritu sancto, vel de suscipiẽdo omni sacramẽto, vel de morte Dñi, resurrectionisq; eius mysterio, totũ breuiter hoc symbolũ cõtinet, & cõtinẽdo habet & cõtinẽdo. Discat ergò quisq; fidẽ Apostolicã, professus p ora gestãtiũ in baptismo, cũ ad annos intelligibiles venerit, ediscẽdũ est.

Duodecim sentẽtijs apostoli fidei regulã cõpræhenderunt.

Quandò & quõ Apostoli Symbolum cõposuerint.

Magnũ est sacramentis symbolum.

Symbolum quod in baptismo fumus, pfessi p ora gestãtiũ, ediscẽdũ est.

5 RVFFINVS in expositione in symbolũ Apostolorũ: Tradunt maiores nostri, q̃ post ascensionẽ Dñi cùm p aduentũ sancti Spiritus super singulos quosq; Apostolos igneæ linguæ sedissent, vt loquelis diuersis varijsq; loquerẽtur, p quod eis nulla gens extera, nulla linguæ barbaries inaccessa videretur & inuia, p̃ceptum eis à Dño datũ ob pdicãdum Dei verbũ ad singulas quẽq; pficisci nationes. Discessuri itaq; ab inuicẽm, normã pdicationis in cõmune cõstituunt, nè fortè alius ab alio abducti, diuersum aliquid his qui ad fidẽ Christi inuitabãtur, exponerẽt. Oẽs ergò in vno positi, & Spiritu sancto repleti, breue istud futuræ sibi, vt diximus, pdicationis indiciũ, cõferẽdo in vnũ quod sentiebat vnusquisq;, cõponũt, atq; hanc credẽtibus dandam esse regulã statuũt. Symbolũ aũt hoc multis & iustissimis ex causis appellare voluerũt. Symbolũ enim Grẽcè, indiciũ dici potest & collatio, hoc est, quod plures in vnũ cõferũt. Id enim fecerũt Apostoli in his sermonibus, in vnũ cõferẽdo vnusquisq; quod sensit. Indiciũ aũt vel signũ idcircò dicitur, quia illo tẽpore, sicut & Paulus Apostolꝰ dicit, & in Actis Apostolorũ multi ex circũcisis Iudæis simulabãt se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius vel ventris gratia ad p̃dicandum, pficiscebantur, nominãtes quidẽ Christũ, sed nõ integris traditionũ lineis nũciantes. Idcircò ergò istud indicium posuẽre, p ẽjd agnoscerentur is, qui Christũ verè secundũ Apostolicas regulas p̃dicaret. Deniq; & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt: quoniã & armorũ habitꝰ par, & sonꝰ vocis idẽ, & mos vnus est, atq; eadẽ instituta bellandi, nè qua doli subreptio fiat, symbola discreta vnusquisq; dux suis militibus tradit, q̃ Latinè vel signa, vel indicia nominãtur: vt si fortè occurreret qs, de quo dubitetur, interrogatus symbolũ prodat, si sit hostis, an socius. Idcircò deniq; hęc non scribi chartulis atq; mẽbranis, sed retineri cordibus tradiderũt, vt certum esset, neminẽ hac ex lectiõe q̃ interdùm puenire etiã ad infideles solet, sed ex Apostolorũ traditiõe didicisse sufficeret. Discessuri ergò, vt diximꝰ, ad p̃dicandũ, istud vnanimitatis & fidei suę indiciũ Apostoli posuẽre, nõ sicut filij Noẽ discessuri ab alterutrũ, turrẽ ex latere cocto & bitumine cõstruẽtes, cuius cacumẽ ptingeret vsq; ad cælũ, sed muniměta fidei, q̃ starẽt aduersùm faciẽ inimici, ex lapidibus viuis & margaritis dñicis ædificãtes, q̃ neq; vẽti impellerẽt, neq; flumina subuerterẽt, neq; tẽpestatũ ac procellarũ turbines pmouerẽt. Meritò ergò illi ab inuicẽ separãdi, turrẽ superbię ędificantes, linguarum confusione damnati sunt, vti nè vnusquisq; posset aduertere, pximi sui loquelã. Isti verò q turrẽ fidei construebãt, oĩm linguarũ sciẽtia & agnitiõe donati sunt, vt illud peccati, hoc fidei, pbaretur indiciũ.

Cur & quõ Apostoli Symbolũ cõdiderunt.

Appellationis ratio.

6 IRENAEVS aduersùs hęreses Valẽtini & similiũ, lib. 1. cap. 2. Ecclesia p vniuersum orbẽ vsq; ad fines terrę seminata, & ab Apostolis, & à discipulis eorũ accepit eã fidẽ, q̃ est in vnũ Deũ, patrẽ omnipotentẽ, qui fecit cęlum & terram, mare & omnia q̃ in eis sunt, &c.

Ab Apostolis symboli capita prosecta sunt.

7 IDEM lib. 3. cap. 4. Quid aũt si neq; Apostoli quidẽ scripturas reliquissent nobis, nõne oportebat ordinẽ sequi traditiõis, quã tradiderũt ijs, qbus cõmittebãt ecclesias? cui ordinatiõi assentiũt multæ gentes Barbarorũ, eorũ q in Christũ credũt, sine charactere vel atramẽto scriptã habẽtes per spiritũ in cordibus suis salutẽ, & veterem traditionẽ diligenter custodientes, in vnũ Deũ credẽtes fabricatorẽ cęli & terrę, & omniũ quæ in eis sunt, per Christũ IESVM Dei filiũ.

Traditiones Apostolicæ non scriptæ.

8 HIE-

Symbolũ non est ab Apostolis scripto traditum.

Gene. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 HIERONYMVS ad Pammachiũ aduersùs errores Ioannis Hierosolymitani, epistola sexagesimaprima: In Symbolo fidei & spei nostrę, quod ab Apostolis traditũ nõ scribitur in charta & atramento, sed in tabulis cordis carnalibus, post confessionem Trinitatis & vnitatem Ecclesiæ, omne Christiani dogmatis sacramentum carnis resurrectione concluditur.

Apostolicæ institutionis est.

9 LEO Magnus sermone vndecimo de Passione Domini: Hac fidei regula, dilectissimi, quam in ipso exordio symboli per authoritatem Apostolicæ institutionis accepimus, Dominum nostrũ Iesum Christum, quem filium Dei Patris omnipotentis vnicum dicimus, eundem quoq; de Spiritu sancto natũ ex Maria virgine confitemur.

Duodecim Apostolis duodecim articuli respondent. Symboli perfectio.

10 IDEM in epistola decimatertia ad Pulcheriã Augustam: Ipsius Catholici symboli breuis & perfecta confessio, duodecim Apostolorum totidem est signata Sententijs tanquàm instructa sit munitione cælesti, vt omnes hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio detrũcari. Cuius symboli plenitudinem si Eutyches puro & simplici voluisset corde concipere, in nullo à decretis sacratissimi Niceni Concilij deuiaret, & hoc à sanctis Patribus intelligeret constitutum, vt contra Apostolicam fidem, quæ non nisi vna est, nullum se ingenium, nullum eleuaret eloquium.

Apostolica fides non nisi vna est.

11 IDEM in sermone seu tractatu contra Eutychetem: Fraterna vos & paterna solicitudine commonemus, vt inimicos Catholicæ fidei, hostes Ecclesiæ, incarnationis Dominicæ negatores, & instituto à sanctis Apostolis Symbolo repugnantes, in nullum recipiatis consensionis affectum.

Symbolũ cur ab Apostolis compositum. 1 dic. 12.

12 MAXIMVS Taurinẽsis Ecclesiæ Episcopus in homilia de traditione symboli & expositione eiusdem: Cùm apud Patres nostros, sicut liber Iudicum refert, quædã Israeliticæ tribus ciuili aduersùm se prælio decertarent, nec propter consimilem populi vnius habitũ inter bellãtes posset esse discretio: tribus illa, cuius iustior erat causa pugnandi, quia meritò per Dei auxilium victoriam præsumebat, signum sibi certo in sermone constituit, vt quos vna armorum facies confundebat, secretioris verbi distingueret sacramentũ. Quod beati Apostoli, vt ego reor, exemplum sequẽtes, Ecclesiæ Dei, quam aduersùm militiam diabolici furoris armabant, mysteriũ symboli tradiderunt, vt quia sub vno Christi nomine credentium erat futura diuersitas, signaculum symboli inter fideles perfidosq; secerneret, & alienus à fide atque hostis appareret Ecclesiæ, aut tanquàm baptizatus nescisset, aut tanquàm hæreticus corrupisset.

VI

VI

Qui sunt Symboli huius articuli?

Symbolũ explicarunt Cyrillus in Catechetibus: Illum. Chrysost. ho. 1 & 2 in Sym. Ruffin. in symb. Aug. in Enchiridio ad Laur. Itẽ in libris 4 de symb ad catech. In lib. de fide & symb. Serm. 115. 119. 123. 125 131. 181. 192. 193. 194. de temp.

CREDO in Deum patrem omnipotentem, creatorem cęli & terræ.

II. Et in Iesum Christum filium eius vnicũ, Dominum nostrum.

III. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

IIII. Passus sub Põtio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.

V. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

VI. Ascẽdit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

VII. Indè vẽturus est iudicare viuos & mortuos.

VIII. Credo in Spiritum sanctum.

IX. Sanctam Ecclesiam Catholicã, Sanctorum communionem.

X. Remissionem peccatorum.

XI. Carnis resurrectionem, &

XII. Vitam æternam. Amen.

VII

Quò maximè spectant hæc Symboli verba?

Hiere. 9 f Ioan. 17 a 1 Cor. 2 a 1 Pet. 1 b Sap. 13.

A. Eò certè, vt verã Dei diuinarumq; rerũ cognitionem, q̃ ad bene beateq; viuendum est cuiq; ne-

C cessa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessaria, succinctè comprehensam habeamus.

B. Vbi primũ & principuum habet locũ agnitio & cõfessio sanctissimę Trinitatis, nè vllo modo dubitet, Deum, quo nihil aut [a] maius, aut melius, aut sapientius potest excogitari, in essentia quidẽ seu natura diuina vnum & simplicẽ, in [b] personis verò tribus esse distinctum, vt alius [c] Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus esse, ante omnia certò credatur. Pater est, qui suum ab [d] æterno filium generat, fons & opifex rerum: Filius ex Patris genitus substantia, mundi redemptor est ac Saluator: Spiritus sanctus, qui & [e] Paracletus dicit, ecclesiæ seu Christi fidelium est administrator. Iam [f] hi tres vnum sunt: hoc est, vnus, verus, æternus, immẽsus & incomprehensibilis Deus.

a Aug. cõfes. lib. 1. cap 4.
b Aug. lib. de fide & symb. cap. 9.
c Matth. 28 d Athã. in sym.
d Psal. 109. a Hebr. 1. a 1. Ioan. 4. c
e Ioan. 15. d & 16. b 14. b d
f. 1 Ioan. 5. b 1. Tim. 1. d 6. d Hiere. 32. c d

C. Pulchrè igitur huic sanctissimæ simul & indiuiduæ Trinitati partes Symboli tres præcipuæ respondẽt: Prima nimirùm de creatione, secunda de redemptione, tertia de sanctificatione.

SCRIPTVRAE.

HIEREMIAE nono capite: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me.

IOANNIS decimoseptimo: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.

PRIORIS ad Corinthios capite secundo: Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi IESVM Christum, & hunc crucifixum: & quæ sequuntur.

PRIORIS Petri primo capite: In quẽ nũc quoq; nõ vidẽtes creditis: credẽtes aũt exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportãtes finem fidei vestrę salutẽ animarum.

SAPIENTIAE decimotertio capite: Vani autem sunt oẽs homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex.

MATTHAEI vigesimooctauo: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

PSALMO centesimonono: Tecũ principiũ in die virtutis tuæ in splẽdoribus sanctorũ: ex vtero ante luciferũ genui te.

AD Hebræos primo: Nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quẽ cõstituit hęredẽ vniuersorũ, p quẽ fecit & secula. Qui cùm sit splẽdor gloriæ & figura substãtię eius, portãsq; oĩa verbo virtutis suę, purgationẽ peccatorũ faciẽs, sedet ad dexterã maiestatis in excelsis: tãtò melior angelis effectus, quãtò differẽtius p illis nomẽ hęreditauit. Cui em̃ dixit aliquandò angelorũ, Filius meus ex tu, ego hodiè genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum oẽs Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammã ignis. Ad filiũ aũt, Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, &c.

PRIMAE Ioannis quarto: Pater misit filium suum Saluatorem mundi. Et paulò antè: Ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

IOANNIS decimoquinto: Cùm autem venerit paracle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus, quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum veritatis, qui à Patre procedit, &c.

ET capite decimoſexto: Si enim non abiero, paracletus nō veniet ad vos.

ITEM capite decimoquarto: Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcū inęternum.

ET paulò pòſt. Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.

PRIMAE Ioānis quinto: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbū, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnū ſunt.

PRIORIS ad Timotheū primo: Regi aūt ſeculorū immortali, inuiſibili, ſoli DEO honor & gloria in ſecula ſeculorum.

ET capite ſexto: Quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, rex regum & dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, cui honor & imperium ſempiternum, Amen.

HIEREMIAE trigeſimoſecundo: Eccè tu feciſti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum. Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrū in ſinum filiorum eorum poſt eos. Fortiſſime, magne, & potēs, DOMINUS exercituum nomen tibi. Magnus conſilio, & incompręhenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuiq; ſecundùm vias ſuas, & ſecūdùm fructū adinuentionū eius. Qui poſuiſti ſigna & portēta in terra AEGYPTI vſq; ad diem hanc, & in Iſrael, & in hominibus: & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies hęc &c. Et factū eſt verbū DNI ad Hieremiam, dicens: Eccè ego DNS DEUS vniuerſę carnis, nunquid mihi difficile erit omne verbum?

PA-

PATRES

1 B. AVGVSTINVS libro primo Cōfeſsionum, capite quarto: Quid es ergò Deus meus? Quid, rogo, niſi Dns Deus? Quis enim Dns p̄ter Dnm? aut quis Deus præter Deū noſtrū? Summe, optime, potentiſsime, omnipotentiſsime, miſericordiſsime, & iuſtiſsime, ſecretiſsime, & præſentiſsime, pulcherrime & fortiſsime, ſtabilis & incompræhenſibilis, immutabilis mutans omnia, nūquàm nouus, nunquàm vetus, innouans omnia, & in vetuſtatem perducens ſuperbos, & neſciunt. Sēper agens, ſemper quietus, colligens & nō egens, portans & implens & protegens, creans & nutriens & perficiens, q̄rens cùm nihil deſit tibi, amas nec æſtuas, zelas & ſecurus es, pœnitet te & non doles, iraſceris & tranquillus es, opera mutas, nec mutas conſilium, recipis quod inuenis, & nūquàm amiſiſti. Nunquàm inops & gaudes lucris, nunquàm auarus & vſuras exigis. Supererogatur tibi vt debeas, & quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. Et quid dicimus Deus meus, vita mea, dulcedo mea ſancta, aut quid dicit aliquis, cùm de te dicit? & væ tacentibus de te, quoniam loquaces muti ſunt. Dei maieſtas.

2 IDEM Auguſtinus libro de fide & ſymbolo, capite nono: Iſta Trinitas vnus eſt Deus: nō vt idem ſit Pater, qui eſt filius & ſpiritus ſanctus, ſed vt Pater ſit Pater, & Filius ſit Filius, & Spiritꝰ ſanctus ſit Spiritus ſanctus: ſed hęc Trinitas vnus Deus, ſicut ſcriptū eſt, Audi Iſrael, Dns Deus tuus, Deus vnus eſt. Tamen ſi interrogemur de ſingulis, & dicatur nobis, Deus eſt Pater? reſpōdebimus, Deus. Si q̄ratur, vtrùm Deus ſit Filius, hoc reſpōdebimus. Nec ſi fuerit de Spiritu ſancto talis interrogatio, aliud eſſe eum debemus reſpōdere, q̄ Deū, vehemēter cauētes ſic accipere, quō de hominibus dictum eſt, Dij eſtis. Nō enim ſunt naturaliter dij, qcunq; ſunt facti atq; cōditi ex Patre p Filiū dono Spiritꝰ ſancti. Ipſa enim ſignificatur Trinitas, cùm Apoſtolus dicit, Quoniā ex ipſo, & in ipſo, & p ipſum ſunt oīa. Quodcunq; ergò de ſingulis interrogati, reſpondeamus Deū eſſe de quo quæritur, ſiue Patrem, ſiue Filiū, ſiue Spiritum ſanctum, vt tamen nō tres doceri à nobis coli quiſquā exiſtimauerit. Nec mirū, ꝙ hæc de ineffabili natura dicūtur, cū in ijs etiā rebus, quas corporeis oculis cernimus, & corporeo ſenſu dijudicamus, tale aliquid accidat. Nam cùm de fonte &c. Perſonarū diſtinctio in Sanctiſs. Trinitate. Deut. 6. Pſal. 81. 1 Cor. 8. Rom. 11.

3 ATHANASIVS in ſymbolo ſuo: Fides aūt Catholica hæc eſt, vt vnū Deū in Trinitate, & Trinitatē in vnitate veneremur: Neq; confundētes pſonas, neq; ſubſtantiā ſeparātes. Alia eſt enim perſona Patris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Personarũ distinctio & earundẽ cõuenientia.

tris,alia Filij,alia Spiritus sancti: sed Patris & Filij & Spiritus sancti vna est Diuinitas,æqualis gloria,& coæterna maiestas:Qualis Pater, talis Filius,talis Spiritus sanctus.Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Immensus Pater, immensus filius, immensus Spiritus sanctus.Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus : & tamen non tres æterni, sed vnus æternus : sicut non tres increati,nec tres immensi, sed vnus increatus, & vnus immensus.Similiter omnipotens Pater,omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus:& tamẽ non tres omnipotẽtes,sed vnus omnipotens.ità Deus Pater,Deus Filius,Deus Spiritus sanctus:& tamen nõ tres Dij,sed vnus est Deus:ità Dominus Pater,Dominus Filius,Dominus Spiritus sanctus:& tamen non tres Domini,sed vnus est Dominus. Quia sicut singulatim vnamquanque personam Deum aut Dominum confiteri Christiana veritate compellimur, ità tres Deos aut Dominos dicere Catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus:Filius à Patre solo est,non factus,nec creatus,sed genitus:Spiritus sanctus à Patre & Filio,non factus,nec creatus,nec genitus,sed procedens. Vnus ergò Pater,nõ tres Patres:vnus Filius, nõ tres Filij: vnus Spiritus sanctus,non tres Spiritus sancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales. Ità vt per omnia,sicut iam suprà dictum est,& vnitas in Trinitate,& Trinitas in vnitate veneranda sit. Qui vult ergò saluus esse,ità de Trinitate sentiat.

VIII

Quid sibi vult primus Symboli articulus,Credo in Deum Patrem?

Deut.6.a
Matth.6.b
1.Timoth.1.d
Genes.1.a
Esaiæ 53.a
Iob 37.a.d
Eccles.3.b
Luc.1.c
Hiere.32.c
a. Sap.16.b
1.Reg.2.b

A. OSTENDIT nobis primùm,deũ vnũ,& in Deitate primã personã esse Patrẽ cęlestem,ęternum,potentia maiestateq; summũ, cui nihil factu impossibile sit vel difficile:qui vitæ ac mortis[a] potestatem omnem obtinet.

B. IS

B. IS ipse Pater Filium[b] ex omni æternitate genuit, & nos hoc tempore gratiæ in filios sibi adoptauit. Eius tanta vis est, vt verbo[c] solo tam visibilia quàm inuisibilia produxerit ex nihilo, producta verò vsque conseruet atque gubernet summa cum bonitate ac sapientia, à quo & ad quem omnia. Ipse[d] Pater luminum,apud quem non est transmutatio, Pater misericordiarum,& DEVS totius consolationis : talis demùm ac tantus, vt ad [e] nutum illius supera, terrestria, infera subitò pareant: quo duce ac protectore,nos in summis etiàm malis atque periculis illæsi ac tuti conseruamur.

b. Psal.2.b
Hebr.1.b
Rom.8.c d
c. Psal.32.b
Colo.1.c
Matth.6.d
Hebr.13.b
1.Tim.4.c &
6.d
Rom.11.d
d. Iacob 1.c
2.Cor.1.a
Act.14.c
e. Luc.12.a
Gen.17.a b
Psal.26.a 90.a
124.a
Iob 41.a
1.Cor.10.c
Eccles.33.a

SCRIPTVRAE.

DEVTERONOMII sexto:Audi Israel,Dominus Deus noster Deus vnus est.

MATTHAEI sexto:Pater noster qui es in cælis.

PRIORIS ad Timotheum primo:Regi aũt seculorum immortali,inuisibili,soli Deo honor & gloria in secula seculorum.

GENESIS primo: In principio creauit Deus cælum & terram.

ESAIAE quinquagesimotertio:Quis credidit auditui nostro,& brachium Domini cui reuelatum est?

IOB trigesimoseptimo:Subter omnes cælos ipse cõsiderat, & lumen illius super terminos terræ. Post eum rugiet sonitus,tonabit voce magnitudinis suæ,& non inuestigabitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, cùm audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, q facit magna & inscrutabilia. Qui præcepit niui vt descendat in terram, & hyemis plùuijs & imbri fortitudinis suæ. Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.

Ibidem: Dignè eum inuenire non possumus: magnus fortitudine & iudicio & iustitia, & enarrari nō potest. Ideò timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes.

Ecclesiastis tertio: Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsq; ad finem.

Lvcae primo: Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Hieremiae trigesimosecūdo: Nō erit tibi difficile oīne verbum. Ibidèm: Eccè ego Dominus Deus vniuersæ carnis, nunquid mihi difficile erit omne verbum?

Sapientiae decimosexto: Tu es Domine qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis.

Primo Regū, secundo capite: dñs mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. dñi sunt cardines tērræ, & posuit super eos orbem.

Psalmo secūdo: dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodiè genui te.

Ad Hebręos primo: Cui eṁ dixit aliquādò angelorū, Filius meus es tu, ego hodiè genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium?

Ad Romanos octauo: Quicunque spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non eṁ accepistis spiritum seruitutis iterùm in ti-

more: sed accepistis spiritum adoptiōis filiorum, in quo clamamus, Abba (Pater). Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij, & hęredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tñ cōpatimur, vt & cōglorificemur. et nos ipsi primitias spiritus habētes intra nos gemimus, adoptionē filiorū Dei expectātes.

Psalmo trigesimosecundo: Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius oīnis virtus eorum. Quoniā ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Ad Colossenses primo: In ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates: oīnia p ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante oēs, & oīnia in ipso constant.

Matthaei sexto: Respicite volatilia cæli, quoniam nō serunt, neque metunt, neque congregāt in horrea, & pater vester cælestis pascit illa. Cōsiderate lilia agri, quomodò crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniā nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex illis. Si autem fœnum agri, quod hodiè est, & crās in clibanū mittitur, Deus sic vestit, quāto magìs vos minimę fidei?

Ad Hebræos decimotertio: Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Ipse enim dixit, Non te deseram, neq; derelinquam, ità vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

Prioris ad Timotheum quarto: Speramus in Deū viuum, qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium.

Et capite sexto eiusdem epistolæ: Quem (Iesvm Christvm) suis temporibus ostendet beatus & solus potens, rex regum, & dñs dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: quē nullus hoīm vidit, sed nec videre potest, cui honor & imperiū sempiternū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Romanos vndecimo: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Iacobi primo capite: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum, apud quẽ non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Posterioris ad Corinthios primo: Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesv Christi, pater misericordiarum & devs totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Actorvm decimoquarto: Annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem nõ sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cælo, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra.

Lvcae duodecimo: Ostendam vobis quem timeatis: timete eum, qui postquàm occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.

Genesis decimoseptimo capite: Ego Dominus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. daboque tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terrã Chanaan in possessionem æternam, eroque devs eorum.

Psalmo vigesimosexto: Dominus illuminatio mea & salus mea. quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

Psalmo nonagesimo: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus, sperabo in eum. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venãtium &

& à verbo aspero. Scapulis suis obũbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, &c.

Psalmo centesimo vigesimoquarto: Qui confidunt in Domino sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalẽ. Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Iob quadragesimoprimo: Quis resistere potest vultui meo? Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? Omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt.

Prioris ad Corinthios decimo capite: Fidelis DEVS est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiàm cum tentatiõe prouentũ, vt possitis sustinere.

Ecclesiastici trigesimotertio capite: Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione devs illum conseruabit, & liberabit à malo.

IX

Quid habet secundus Articulus, Credo in Iesum Christum?

A. Commonstrat secundam in Deitate personam Iesum Christum verum Deum, & verum hominem: dictum quidem Iesum, hoc est, saluatorem populi sui: & Christum, id est, vnctum Spiritu sancto, ac [a] plenum omni gratia & veritate, Messiam, Regẽ, & Pontificẽ nostrum, qui primatũ tenet in omnibus, & in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis.

t. Ioann. 5. d
Luc. 1. c 2. b c
Matt. 1. d
Esa. 9. a 61. a
Luc. 4. c
Psal. 44. b 88. c e
Act. 4. c & 10. f
1. Reg. 10. 16. a c
a Ioan. 1. b f
Apoc. 17. d 19. c
Heb. 3. a 5. b
1. Pet. 2. d
Coloss. 1. c 2. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

b Ephe.1.a d Ioann. 10.c Heb. 1.a Apoc.1.d Matth. 28.d Dan.7.d Phil. 2.a b

B. Ostendit eundē [b] esse filiū DEI vnicū à Patre natū, ab æterno genitum, naturalē, consubstantialē, & ei prorsus ęqualem secundùm diuinitatem: Dñm verò nostrum, & omnium ipsum credentium, vt quos ipse [c] ꝑditos ex seruitute Satanæ vltrò liberauit, quosq; iugo peccati & damnatiōis obnoxios liberalissimè redemit.

c Luc.15.b f & 11.c.Rom. 8.a 1.Cor. 6.d 1.Pet.1.c

d Psal.8.b Rom. 14. b e Apo.19. c 17.d

C. IS impijs quoq; dominatur: omnia enim [d] pedibus eius subiecta sunt. Tum verò maximè Dominum [e] dominantium, & Regem regum se improbis ac [f] vniuerso mūdo palàm declarabit, cùm hostes ad vnum omnes, quanuis inuitos, suæ subijciet potestati, ac velutì [a] paleā igne comburet inextinguibili. Hic dilectus filius, hic noster Emmanuel, & audiendus Pręceptor: nec aliud nomen est sub cælo [b] datum hominibus, in quo nos saluos fieri oporteat.

f Matt.25.c 1.Cor. 15 d Psalm 109.a

a Luc.3.d e Matth. 3.c d Luc. 20.b Matt.17.a1 d Esa.7.c

b Act 4.b

SCRIPTVRAE.

PRIMAE Ioannis quinto capite: Et scimus quoniā filius Dei venit, & dedit nobis sēnsum, vt cognoscamus verū Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna.

LVCAE primo capite: Eccè concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et paulò pòst: Ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.

ET capite secundo: Eccè enim euangelizo vobis gaudiū magnum quod erit omni populo: quia natus est vobis hodiè Saluator, q̄ est Christus DOMINUS, in ciuitate Dauid. Et paulò pòst: Vocatum est nomen eius IESVS, quod vocatum est ab angelo priusquàm in vtero conciperetur.

MATTHAEI primo capite: Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM, ipse enim saluum faciet populum suū à peccatis eorum.

ESAIAE nono capite: Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerū eius: & vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, DEUS, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.

ET capite sexagesimoprimo: Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit DOMINUS me: ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde &c.

LVCAE quarto capite: Spiritus DOMINI super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, &c.

PSALMO quadragesimoquarto: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te DEUS DEUS tuus oleo lętitiæ prę consortibus tuis.

PSALMO octogesimooctauo: Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in ęternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in ęternum, & testis in cælo fidelis.

ACTORVM quarto capite: Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersùs sanctum puerum tuum IESVM, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri.

ET capite decimo: Vos scitis &c. IESVM à Nazareth quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modò vnxit eum DEVS Spiritu ſancto & virtute, qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam DEVS erat cum illo.

PRIMI Regum decimo capite: Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saulis, & deoſculatus eſt eum, & ait: Eccè, vnxit te Dominus ſuper hęreditatem ſuam in principem, & liberabis populum ſuũ de manibus inimicorum eius qui in circuitu eius ſunt, ET hoc tibi ſignum, quia vnxit te DEVS in principem.

ET capite decimoſexto: Tulit ergò Samuel cornu olei, & vnxit Dauid in medio fratrum eius: & directus eſt ſpiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps.

IOANNIS primo capite: Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre) plenum gratię & veritatis. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

IBIDEM: Inuenimus Meſsiam, quod eſt interpretatum, CHRISTVS.

APOCALYPSIS decimoſeptimo capite: Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum eſt, & rex regum.

ET decimonono capite: Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum & Dominus dominantium.

AD Hebræos tertio capite: Conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſsionis noſtræ IESVM, qui fidelis eſt ei qui fecit illum, ſicut & Moyſes in omni domo eius.

ET capite quinto: CHRISTVS non ſeipſum clarificauit vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu: ego hodiè genui te. Quemadmodùm & in alio loco

loco dicit, Tu es ſacerdos in ęternum, ſecundùm ordinem Melchiſedec. Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationesque ad eum, qui poſsit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et quidem cùm eſſet filius DEI, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, appellatus à DEO Pontifex iuxta ordinem Melchiſedec.

PRIORIS Petri ſecundo capite: Eratis ſicut oues errantes: ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum.

AD Coloſſenſes primo capite: Et ipſe eſt caput corporis Eccleſię, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quę in cęlis ſunt.

ET ſecundo capite: In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.

AD Epheſios primo capite: Benedictus DEVS & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali &c. in laudem glorię gratię ſuę, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo &c. Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtrî faciens in orationibus meis, vt DEVS, Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater, gloriæ, det vobis Spiritum ſapientię & reuelationis &c. ſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexterã ſuam in cęleſtibus, ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem & dominationem &c.

IOANNIS decimo capite: Ego & pater vnum ſumus. Quę

pater

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemas, quia dixi, Filius DEI sum? Pater in me est, & ego in patre.

AD Hebræos primo capite: Multifariàm multisque modis olim DEVS loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quê fecit & secula. Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. & quæ sequuntur.

APOCALYPSIS primo capite: EGO sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & eccè sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni.

MATTHAEI vigesimooctauo capite: DATA est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

DANIELIS septimo capite: Aspiciebam in visione noctis, & eccè cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. ET dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient: potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

AD Philippenses secundo capite: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo IESV, qui cùm in forma DEI esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualê DEO, sed semetipsum exinaniuit &c. propter quod & DEVS exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia DOMINUS IESVS Christus in gloria est DEI Patris.

LVCAE decimoquinto: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat, &c. Ibidem: Dixit autem pater ad seruos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum,

illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum saginatũ, & occidite: & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et paulò pòst: Frater tuus hic, mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

LVCAE vndecimo capite: Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.

AD Romanos octauo: Nihil ergò nunc damnationis est ijs qui sunt in Christo IESV, qui non secundùm carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo IESV, liberauit me à lege peccati & mortis.

PRIORIS ad Corinthios sexto: Empti estis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro.

PRIORIS Petri primo capite: Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati.

PSALMO octauo: Omnia subiecisti sub pedibus eius.

AD Romanos decimoquarto: In hoc Christus mortuus est & resurrexit, vt & mortuorum & viuorum dominetur.

APOCALYPSIS decimonono: Rex regum & Dominus dominantium.

ITEM capite decimoseptimo: Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est & Rex regum.

MATTHAEI vigesimoquinto: Cùm autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem &c.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Deindè finis, cùm tradiderit regnum DEO & Patri, cùm euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem. Oportet autem illum regnare, donèc ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissima autem, inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cùm autem dicat, Omnia subiecta sunt ei: sine dubio, pręter eum, qui subiecit ei omnia. Cùm autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, vt sit DEVS omnia in omnibus.

PSALMO centesimonono: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: donèc ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.

LVCAE tertio capite: Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et paulò pòst: Et vox de cęlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacuit mihi.

MATTHAEI tertio: Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et post pauca: Et eccè vox de cęlis, dicęs: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

LVCAE vigesimo: Dixit autem Dominus vineæ, Quid faciam? Mittam filium meum dilectum: Forsitan, cùm hunc viderint, verebuntur.

MATTHAEI decimoseptimo: Et eccè vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.

MAT-

MATTHAEI primo: Eccè virgo in vtero habebit & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.

ESAIAE septimo: Et vocabitur nomen eius Emmanuel.

ACTORVM quarto: Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli. Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

X.

Quid credendum proponit tertius articulus, Conceptus est de Spiritu sancto?

A. Eundem testatur Dominum, qui iam indè ab ęterno genitus à DEO Patre sine matre fuit, propter nos de cælis descendisse, & humanam assumpsisse [a] naturam, qua temporaliter & conceptus sit in Nazareth, & sub Cęsare Augusto in Bethleem natus sine patre ex illibata Virgine, operante scilicet in illa sic Spiritus sancti virtute, vt (quod admirationem omnem excedit) VERBVM [b] caro & DEVS homo fieret, atque MARIA simul DEI mater & [c] virgo esset.

Mich. 5. a
Ioan. 1. a 16. f
Esai. 53. c
Ioan. 6. f
a Galat. 4. a
Rom. 1. a
Matth. 1. c d
Luc 1. c d a. a
Esa 7 c
Hiere 31. d
b Concil. Ephes. canon. 13.
c Hiero in Helui dium.
Ambr. in epist. 81.
Ezechiel. 44 a

B. HAEC Filij Dei temporalis conceptio & generatio, humanæ salutis ac redęptionis [a] primordia continet, nostręq; est forma regenerationis.

a Ioan. 3. a
1. Petr. 2 a 3 d
Hebr. 2. a 7. d
Tit. 3. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qua fit, vt maledicti Adę filij de immundo semine
b Ioh. 14. a Ephes. 2. a Rom. 6. a 8. a
bconcepti, & irę filij nati, purificemur, tum vt è carnalibus spirituales ac planè filij Dei efficiamur in Christo, cui Pater ęternus conformes fieri voluit
c Rom. 8 f
electos, vt sit ipse, quemadmodùm c Paulus ait, in multis fratribus primogenitus.

SCRIPTVRAE.

MICHEAE quinto capite: Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus ęternitatis.

IOANNIS primo capite: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Hoc erat in principio apud DEVM.

ITEM capite decimosexto: Exiui à patre, & veni in mundum: iterùm relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli &c In hoc credimus quia à DEO existi.

ESAIAE quinquagesimotertio capite: Generationem eius quis enarrabit?

IOANNIS sexto: Hæc est voluntas patris mei qui misit me. Item, Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à DEO, hic vidit patrem. Item, Ego sum panis viuus qui de cęlo descendi.

AD Galatas quarto: Vbi venit plenitudo temporis, misit DEVS filium suum factum ex muliere, factum sub lege.

AD Romanos primo: Quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnem.

MATTHAI primo: Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequàm conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto &c. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomẽ eius IESVM.

LVCAE primo: Missus est angelus Gabriel à DEO in ciuitatem Galilęæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomẽ virginis Maria. Et ait angelus ei: Nè timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud DEVM: Eccè concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM &c.

ET capite secundo: Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis &c. Ascẽdit autem & Ioseph à Galilęa de ciuitate Nazareth, in Iudæam ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethleem, eò quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factum est autem cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. & peperit filium suum primogenitum.

ESAIAE septimo: Eccè virgo concipiet & pariet filium.

IEREMIAE trigesimoprimo: Creauit Dominus nouum super terram, Fœmina circundabit virum.

EZECHIELIS quadragesimoquarto capite: Dixit dñs ad me, Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam DOMINVS DEVS Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi.

IOANNIS tertio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum DEI.

PRIORIS Petri secundo capite: Deponentes igitur omnẽ malitiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et capite tertio eiusdem epistolæ: Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma.

Ad Hebræos secundo capite: Quomodò nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ cùm initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audiêrunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundùm suam voluntatem.

Et capite septimo: Saluare in perpetuum potest accedẽs per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellãdum pro nobis.

Ad Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per IESVM CHRISTVM Saluatorem nostrum.

Iob decimoquartò capite: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nónne tu qui solus es?

Ad Ephesios secundo: Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri: Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis, & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesv.

Ad Romanos sexto: Quicunque baptizati sumus in Christo Iesv, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ità & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Et capite octauo: Nihil ergò nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesv, qui non secundùm carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesv, liberauit me

me à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, DEVS filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis implerctur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm Spiritum. Et paulò pòst: Ergò fratres debitores sumus, non carni, vt secundùm carnem viuamus: si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu DEI aguntur, ij sunt filij DEI &c. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem CHRISTI, si tamen compatimur, vt & conglorificemur.

Ibidem: Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt ipse sit primogenitus in multis fratribus.

PATRES.

1 A CONCILIVM Ephesinum canone decimotertio: Non dicimus, quòd DEI natura conuersa vel immutata facta sit caro: nec quòd in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit: sed illud magis, quòd carnem animatam anima rationali sibi copulauerit Verbum substantialiter, & ineffabiliter & indeprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodò voluntate, sed nec assumptione sola personæ, sed quòd diuersæ quidem naturæ in vnum conuenerint. Vnus tamen ex ambabus Christus & filius, non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt vnum Dominum & CHRISTVM & filium, id est, diuinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemq; copulationem ad vnitatem.

2 HIERONYMVS in libello aduersùs Heluidium, ex professo egregiè defendit virginitatem perpetuam beatæ MARIAE.

3 AMBROSIVS epistola octogesimaprima ad Syriciũ Papam.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Mariæ virginitate perpetua.

Sed de via peruersitatis produntur dicere: Virgo concepit, sed non virgo generauit. Quæ potuit ergò virgo concipere, potuit virgo generare, cùm semper conceptus præcedat, partus sequatur. Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis angelorum dicentium: Quia non est impossibile DEO omne verbum. Credatur symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratũ semper custodit & seruat. Audiuit Maria vocẽ Angeli, & quæ antè dixerat: Quomodò fiet istud? nõ de fide generationis interrogans, respondit posteà: Eccè ancilla Domini, contingat mihi secundùm verbum tuum. Hæc est virgo, quæ in vtero concepit, virgo quæ peperit filium. Sic enim scriptum est: Eccè virgo in vtero accipiet & pariet filium. Non enim concepturam tãtummodò virginem, sed & parituram virginem dixit. Quæ autem est illa porta sanctuarij, illa exterior ad Orientem, quæ manet clausa, & nemo, inquit, ꝑtransibit per eam, nisi solus Deus Israel? Nónne est hęc porta Maria, per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc porta iustitiæ, sicut ipse dixit: Sine nos implere omnem iustitiam. Hæc porta est beata Maria: de qua scriptum est, quia Dominus pertransibit per eam, & erit clausa post partum, quia virgo concepit & genuit. Quid autem incredibile, si cõtra vsum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet, quandò contra vsum naturæ mare vidit, & fugit, atque in fontem suum Iordanis fluenta remeârunt? Non ergò excedit fidem, quòd virgo peperit, quandò legimus, ꝙ petra vomuit aquas, & in montis speciem maris vnda solidata est. Non ergò excedit fidem, ꝙ homo exiuit de virgine, quandò petra ꝙ fonte flumen scaturiuit, ferrum super aquas natauit, ambulauit homo super aquas. Ergò si hominem vnda portauit, nõ potuit hominem virginem generare: atq; hominem de quo legimus, Et mittet illis Dominus hominem qui saluos faciet eos, & notus erit Dominus Aegyptijs?

Esa. 7.

Ezech. 44.

Matth. 3.

Psalm. 113.

Num. 20. Exod. 14. 4 Reg. 6. Matth. 14. Esa. 19.

XI

Quid continet articulus quartus, Passus sub Pontio Pilato?

Act. 10. f Matth. 27. f Marc. 15. c

A. Ostendit CHRISTVM, cùm præclarè docendi & miracula patrandi finem fecisset, suum pro

pro nobis, qui perieramus, redimendis agonem tandèm absoluisse. Itaq; licèt Agnus esset absq; macula innocentissimus, immò & Deus simul immortalis, tamen vt charitatem erga nos suam maximam declararet, passus est ille [a] volẽs à scelestissimis extrema & acerbissima quæque: vndè nec iudicium impij Iudicis Pilati, quanuis iniquissimum, neque crucem [b] probrosissimum supplicij genus defugit, mortem pro nobis crudelissimam adiens, & sepulturam in alieno etiàm monumento delatam non recusans, totum vt se viuens moriens donaret atque impenderet mortalibus.

Esa. 50. c 53. a b c Ioan. 1. d Heb. 7. d 1. Pet. 1. e 2. d Apoc. 1. d 1 Tim. 6. c d Rom. 5. b Ios. 15. b

[a] Ioan. 18. a 19. b Ioan. 3. b 12. c

Matt. 27. Mar 15. Luc. 23. Ioan. 19. Act. 13. d

[b] Sap. 2. d Heb. 12. a Phil. 2. b Rom. 5 b

B. Quæ CHRISTI passio, [c] sanguis, crux, vulnera & mors, peccatoribus consolationẽ, sanitatẽ, virtutem & vitam continuè exhibent, si tñ paremus & [d] cõpatimur capiti, vt ità simul & cõglorificemur. [e] *Consummatus enim factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.*

Matt. 27. g Tit. 2. d Gal. 1. a Esa. 53. d

[c] 1. Pet. 1. e 1. Ioann. 1. c Apoc. 1. b Ephe. 1. b

[d] Rom. 8. c 2. Cor. 1. b 2 Tim. 2. b

[e] Heb. 5. c

SCRIPTVRAE.

ACTORVM decimo capite ait beatus Petrus: Vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam: incipiens enim à Galilæa, post baptismum quod prædicauit Ioannes, IESVM à Nazareth, quomodò vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo: quem occiderunt suspendentes in ligno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MATTHAEI vigesimoseptimo: Iesvs autem iterùm clamans voce magna, emisit spiritum.

MARCI decimoquinto: Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, &c.

ESAIAE quinquagesimo: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus Dominus Deus auxiliator meus, ideò non sum confusus: ideò posui faciē meam vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar.

ITEM Esaiæ quinquagesimotertio: Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultū coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: Despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vndè nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrūm. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Tradidit

didit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit.

IOANNIS primo: Altera die vidit Ioannes IESVM venientem ad se, & ait: Ecce agnus DEI, ecce qui tollit peccata mundi.

AD Hebræos septimo: Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus: qui nō habet necessitatem quotidiè (quemadmodùm sacerdotes) priùs pro suis delictis hostias offerre, deindè pro populi.

PRIORIS Petri primo capite: Redempti estis precioso sanguine quasi agni immaculati CHRISTI & incontaminati.

ET secundo capite: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniustè: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis.

APOCALYPSIS primo: Ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni.

PRIORIS ad Timotheum sexto: Præcipio tibi coram DEO, qui viuificat omnia, & CHRISTO IESV, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem: vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsq; in aduentum Domini nostri IESV CHRISTI: quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex regum & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Romanos quinto: Vt quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundùm tempus pro impijs mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus, CHRISTVS pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.

Ioannis decimoquinto: Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

Ioannis decimooctauo: Iesvs itaque sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei, Iesvm Nazarenum &c.

Et decimonono capite: Non haberes potestatem aduersùm me vllam, nisi tibi datum esset desuper.

Ioannis tertio: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ità exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit DEVS filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Matth'aei vigesimoseptimo: Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Et dimisit illis Barrabam: Iesvm autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.

Marci decimoquinto: Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit IESVM flagellis

gellis cæsum, vt crucifigeretur.

Lvcae vigesimotertio: Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesvm verò tradidit voluntati eorum.

Ioannis decimonono. Tunc ergò tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

Actorvm decimotertio: Nullam causam mortis (inquit Paulus) inuenientes in eo, petierunt à Pilato, vt interficerent eum. Cumque consummâssent omnia quę de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt in monumento.

Sapientiae secundo: Dixerunt impij, cogitantes apud se non rectè: Circunueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostrę. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiàm ad videndum: quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatę sunt viæ eius. Tanquàm nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquàm ab immunditijs, & prętert nouissima iustorũ, & gloriatur Patrem se habere Deum. Videamus ergò si sermones illius veri sint, & tentemus quę ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hęc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD Hebræos duodecimo: Aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem IESVM, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate enim eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduersùm ſemetipſum contradictionem: vt nè fatigemini animis veſtris deficientes. Nondùm enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduersùs peccatum repugnantes.

AD Philippenſes ſecundo: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.

AD Romanos quinto, vt ſuprà.

MATTHAEI vigeſimoſeptimo: Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda: & poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra.

AD Titum ſecundo: Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.

AD Galatas primo: Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de preſenti ſeculo nequã, ſecundùm voluntatem Dei & patris noſtri.

ESAIAE quinquageſimotertio: Ipſe peccata multorum tulit.

PRIORIS Petri primo: Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternę traditionis: ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.

PRIMAE Ioannis primo: Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus adinuicèm, & ſanguis IESV Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.

APOCALYPSIS primo: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

AD Epheſios primo: In quo habemus redemptionem per ſangui-

ſanguinem eius (remiſsionem peccatorum) ſecundùm diuitias gratiæ eius.

AD Romanos octauo: Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hęredes: hęredes quidem DEI, cohęredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur. Exiſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiones &c.

POSTERIORIS ad Corinthios primo: Scientes quòd ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.

POSTERIORIS ad Timotheum ſecundo: Ideò omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequãtur, quę eſt in Chriſto IESV cum gloria cęleſti. Fidelis ſermo: Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.

AD Hebræos quinto: Et quidem cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs quę paſſus eſt, obedientiã: & cõſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis ęternę.

XII.

Quis vſus & fructus in eo eſt, quòd crucem Chriſti digitis efformamus, & ea frontem conſignamus?

A. Hunc ſanè ritum & [a] veterũ pietas & conſtans Eccleſię conſuetudo nobis cõmendat. Ac primùm hinc excitamur ad gratã memoriã ſummi myſterij atq; beneficij, quod nobis in cruce peractum ac ampliſſimè donatũ fuit.

B. Deindè prouocamur ad veram ſanctamq; gloriam & totius ſalutis noſtræ ancoram in cruce Domini noſtri defigendam.

C. Eſt

[a] Tertul. de coron militis. Baſil. de Spiritu ſancto, cap. 27. Aug. de Catech. rud. ca 20 & tract in Ioã. 118. Nazia. orat. 1 in Iulia. Hier. ad Euſto. de cuſt. virg. & ad Fabiol. de veſte ſacerd. & i ca 9. Eze. Chryſo. in 1. Co. ho. 12. & 55. i Mat. Trip. hiſt. lib. 6. ca. 1. Effræm in ſer. de S. cruce. Orig. hó. 8 in diuerſ. euãg. Ruffi. 2. eccleſ. hiſ. c. 29. Nicep. lib. 18. ca. 20. Cy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rill. cate. 4. & 13. illū. Chryſoſt. i demōſt. aduersùs Gētiles, quòd Chriſtus ſit Deus.

C. Eſt hoc prętereà teſtimonium, nos cum inimicis crucis Chriſti Iudęis ac Ethnicis nihil habere commune, ſed cōtra hos omnes liberè profiteri quem colimus, Dominum Ieſum & hunc crucifixum.

D. Hoc etiam ſignaculo ad patiētiæ ſtudium incitamur, vt ſi ęternę glorię cupidi ſumus, (eſſe verò debemus omnes) crucem quam colimus, & viā crucis[a] duce Chriſto non grauatìm amplectamur.

a Matth. 16. d Lucæ 9. c 1 Petr. 3. c 2. d

b Athan in vita B. Antonij. Hiero. in vita B. Hilarionis. Ignat. ad Philipp.

E. Neq; minùs arma hinc victricia petimus [b] aduersùs Satanam olim crucis virtute proſtratū, immò & contra omnes noſtrę ſalutis aduerſarios ità communimur.

c Amb ſer. 43.

F. Demùm, vt auſpicatiùs[c] ordiamur, & maiorem in rebus gerendis ſucceſſum experiamur, hoc crucis illuſtre trophęum arripimus, & in hoc ſigno [d] victuri, ſępè dicere non dubitamus: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſanĉti.*

d Euſeb. lib. 1. & 2. de vita Conſtantini. Niceph. li. 8. cap. 3. & li. 7. cap. 47. & 49.

SCRIPTVRAE.

MATTHAEI decimoſexto: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

LVCAE nono: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidiè, & ſequatur me.

PRIORIS Petri tertio. Si quid patimini propter iuſtitiam, beati. Melius eſt enim vt benefacientes (ſi voluntas DEI velit) pati, quàm malefacientes: quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

ET ſecundo capite eiuſdem epiſtolę: Hęc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè. Quę enim eſt gratia, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefaciētes patiēter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis: quia & CHRISTVS paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

PATRES.

1 A. TERTVLLIANVS de Corona militis traditiones non ſcriptas enumerans: Ad omnem, inquit, progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos conuerſatio exerceat, frontem crucis ſignaculo terimus.

Ex tradit. nō ſcripta, Crucis ſignaculo frontem terebant antiqui Chriſtiani ad oēm actionē.

2 BASILIVS Magnus in libro de ſpiritu ſanĉto, capite vigeſimoſeptimo, Traditiones Apoſtolicas non ſcriptas in medium adducturus, Quod genus eſt, (inquit) vt eius quod primum eſt & vulgatiſsimum, primo loco commemorem: vt ſigno crucis eos, qui ipſum collocārūt in CHRISTVM, ſignemus, quis ſcripto docuit?

Crucis ſigno conſignantur Chriſtiani ex tradit. Apoſt.

3 AVGVSTINVS in libro de Catechizandis rudibus, capite vigeſimo: CHRISTI Paſsionis & crucis ſigno in fronte hodiè tā quam in poſte ſignandus es, omnesq; Chriſtiani ſignantur.

4 ET tractatu centeſimo decimooctauo in Euangelium Ioannis: Quid eſt quod omnes nouerūt, ſignum CHRISTI, nisì crux Chriſti? Quod ſignum nisì adhibeatur ſiue frontibus, ſiue ipſi aquæ qua regenerantur, ſiue oleo quo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur.

Sine Crucis ſigno Sacramenta ritè nō perficiuntur

5 GREGORIVS Nazianzenus in oratione prima contra Iulianum Imperatorem apoſtatam: Sanè & ille, quèadmodùm à multis refertur, nec à fide eſt alienum, in adytum quendam multis inacceſſum & horrendum deſcendit. Aderat & multis adytis dignus, in his peritus quidam, aut potiùs ſophiſta. Cùm autem generoſum in progreſſione pauor inuaſiſſet, ac aſsiduè augeretur fieretq; terribilior, ſonitus quoſdam iniucundos eum audiuiſſe aiunt, nec non odores ſenſiſſe immundos, ac ignea vidiſſe phantaſmata, & neſcio quas nugas & deliria. Re igitur inexpectata perculſus, (erat enim in

Iulianus Apoſtata territus à dæmōibus, Crucis ſigno eos ꝓfligat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

talibus nondùm valdè expertus) ad crucem & vetus cõfugit remedium, hacq; ob timorem signatur, adiutoremq; facit quem persequebatur. At reliqua terribiliora etiàm prætulit signaculum, supantur dæmones, soluũtur timores. Quid inde? respirat malũ, animatur rursùs, iterùm impetus & timores priores, denuoq; signaculum, & compescuntur dæmones. In dubio igitur mystes, iuxtà verò mystagogus, exponens veritatem, abominationi, inquiens, illis fuimus, & nequaquàm timori. Vincit, quod deterius est. Hæc dixit, simul & persuasit: persuadensq; discipulum ad perditionis deduxit barathrum.

Ad omnem actum manus pingat crucẽ

6 HIERONYMVS ad Eustochiũ de custodia virginitatis, epistola vigesimasecunda: Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat crucem.

Exod 28. Signum crucis olim præfiguratum. Ezech. 9. Psal. 4.

7 IDEM ad Fabiolam de veste Sacerdotali, epistola centesima vicesimaoctaua: Quod olim in lamina monstrabatur, in signo ostenditur Crucis. Tunc signum, iuxta Ezechielis vocem, gementibus signebatur in fronte: nunc portantes Crucem, dicimus: Signatum est super nos &c.

Thau Hebræum formam crucis habet.

8 IDEM Hieronymus in caput nonum Ezechielis, super ea verba: Omnem autem super quem videritis Thau, nè occidatis: Antiquis (inquit) Hebræorum literis, quibus vsque hodiè vtũtur Samaritani, extrema Thau litera, crucis habet similitudinẽ, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur.

9 CHRYSOSTOMVS in priorem ad Corinthios homilia duodecima: Verùm quòd apud eos qui crucem adorant, & arcana mysteria communicant &c.

Per crucẽ cõsummantur omnia, quæ ad salutẽ cõducunt.

10 IDEM homilia quinquagesimaquinta in Matthæum: Sed veluti coronam, sic læto animo crucem CHRISTI circunferamus. Omnia enim quæ ad salutem nostram conducunt, per ipsam consummantur. Nam cùm regeneramur, crux Domini adest: cùm sacratissimo alimur cibo, cùm in ordine cõsecrandi statuimur, vbiq; ac semper id victoriæ insigne nobis assistit: quapropter & in penetralibus, & in parietibus, & in fenestris, & in fronte quoquè ac mente magno studio crucem inseramus. Id enim salutis nostræ, id communis libertatis, id mãsuetudinis atque humilitatis Domini signũ est. Quandò igitur cruce te signas, vniuersam tecum crucis causam verte, & iræ ac reliquarum passionum incendia extingue: quandò te cruce signas, magna tuam frontem arma fiditia, libertate animũ mu-

Fronti, parietibus, & fenestris imprimitur.

In formatione crucis qd cogitandum.

munias: nec enim latet vos quænã sint, quibus libertate donati sumus. Paulus enim cùm ad capessendam verã hanc libertatẽ nos hortaretur, ad crucis & sanguinis Dãici memoriã reduxit, dicens: Precio empti estis, nõ sitis serui hominũ. Preciũ aũt hic crucem appellauit, quã non simpliciter digito in corpore, sed magna profectò fide in mente priùs formare oportet. Nam si hoc modo eam faciei tuæ impresseris, nullus sceleratorum dæmonum, cùm hastam videat, qua letale vulnus susceperit, congredi tecum audebit. Nam si cùm solummodò loca, in quibus capite damnati pœnas persoluũt, videmus, ingenti horrore concutimur: quid passurum putas diabolũ, si mucronẽ tenere te viderit, quo vires eius CHRISTVS dissoluit, & quo caput draconis magno ictu rotauit? Noli ergò tanto tu bono verecũdari, nè, quandò in maiestate sua veniet Christus, de te verecundetur. Tunc enim signum hoc super radios solis coruscans, ante Christũ videbis. Hoc signũ & priscis & nostris tẽporibus, clausas ianuas reserauit, hoc venenorũ vires extinxit, hoc feroces bestias repressit, hoc letales serpentũ morsus curauit. Etenim si portas inferni perfregit, si cælorũ ostia reclusit, si paradisi renouauit ingressum, si diaboli neruos recidit: quid mirum, si pestifera venena, atroces bestias, aliaq; huiusmodi superauit? Hoc igitur in mente tua insculpe, & animarum amplectere salutem &c.

1. Cor. 6.

Dæmones signum Crucis timent.

De Cruce nõ verecũdãdũ.

Crucis signũ in cælo apparebit.

Virtus signi Crucis

11 HISTORIAE Tripartitæ libro sexto, capite primo: ex historia Ecclesiastica Theodoreti, lib. tertio, capite tertio: Cœpit igitur Iulianus Imperialia sceptra desiderare. Quamobrem discurrens per vniuersam Hellada, vates quærebat responsa reddentes, consulens an ad suum imperium perueniret: inuenitq; virũ qui illi desiderata se dicere fateretur. Is eum perducens ad quendã idolorum locum, & introducens in adytum, seductores dæmones euocauit. Quibus solenniter apparentibus, terrore compellitur Iulianus in fronte sua crucis formare signaculum. Tunc dæmones trophæi dominici figuram respicientes, & suæ recordati deuictionis, repentè disparuerut. Quod cognoscens Magus, cœpit inculpare Iulianum. At ille & terrorem significauit, & de crucis se dixit obstupuisse virtute, eõ quòd videntes hoc signum dæmones euanuissent. Porrò Magus: Non hoc suspiceris, inqt, ô bone vir, eos timuisse sicut ais, sed abominati hoc signum potiùs, abscesserunt. Et ità capiens miserum, odio repleuit Christiani signaculi Iulianum.

Iulianus apostata Crucis signo dæmones fugat.

12 EPHRAEM Syrus in sermõe de sancta & viuifica cruce: Nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Postes Cruce coronandi.

Christiani à Gentilibus ac Iudęis declinemus, postesq; nostros preciosa ac viuifica Cruce coronemus, dicentes cum Apostolo Paulo:

Gal.6.

Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri IESV CHRISTI.

Signum crucis in omnibus membris pingendum.

Pingamus in ianuis, atque in frontibus nostris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum signum. Armemur insuperabili hac Christianorũ armatura. Ea enim victrix est mortis, fidelium spes, lux orbis terræ, paradisi reseratrix, ꝓfligatrix hæresum,

Crucis commendatio.

monachorũ adminiculũ, firmamentum fidei, magna salutarisq; custodia, & gloria perpetua Orthodoxorum in æternũ. Hãc ô Christiane armaturam diebus singulis & noctibus, horis atque momentis

Armatura.

in omni loco circũferre non desinas, nihilq; sine ipsa perficias: sed siue dormias, siue iter agas, siue euigiles, siue operi insistas, siue mãduces, siue bibas, siue maria nauiges, siue trãsmittas flumina, hac te lorica circuntege, membraq; tua omnia salutari signo exorna, atque

Fugat dæmones.

circunsepi, & non accedent ad te mala. Hoc enim signo conspecto, aduersariæ potestates conterritę, trementesq; recedunt. Crux ipsa CHRISTI veraciter sanctificauit orbẽ, fugauit tenebras, lucemq; reuexit. Hæc eliminauit errores, viamq; monstrauit. Hęc ab Ortu solis & Occasu, à Septentrione & Meridie, collegit gentes, atque in vnam Ecclesiam, in vna fide, sub vno capite in charitate connexuit. Hæc Orthodoxorum inexpugnabilis murus est.

12 ORIGENES homilia octaua in diuersos euãgelij locos: Filij Dei humilitas, nostra sublimitas est: illius crux, nostra victoria est: illius patibulũ, noster triũphus. Gaudentes leuemus hoc signum, in humeris nostris victoriarũ vexilla portemus. Immortale lauacrum portemus in frõtibus nostris. cùm dæmões viderint, cõtremiscent.

Dæmões crucẽ timẽt frontibus impressam.

Qui aurata capitolia nõ timẽt, crucẽ timẽt. Qui contemnũt sceptra regalia, & purpuras Cęsarũ & dapes, Christiani sordes & ieiunia p timescũt. Deniq; in Ezechiele Propheta cùm oẽs q missus fuerat Angelus occidisset, & interfectio cœpisset à sanctis, illi tantũmodò sospites reseruãtur, quos T tau literę, id est, crucis pictura signauerat.

Ezech.9.

Thau crucis figurã refert.

Exultemus itaq; fratres charissimi, & ad crucis similitudinẽ sanctas in cęlũ leuemus manus: cũ sic nos Dęmones armatos viderint, opprimẽtur. Quãdò Moyses erectas habebat manus, vincebatur Amalech. Si paululũ illæ conciderãt, inualescebat. Anténæ nauiũ, velorũ

Exod.17.

Crucis figurã homines, naues & aues repsentant.

cornua, sub figura nostrę crucis volitant. Aues quoq; ipsę qñ in sublimiora obuoluũtur, & pẽdent p aẽra extẽsis alis, imitãtur crucem. Sed & trophęa ipsa & victorię triumphorũ ornatę, cruces sunt: quas non solùm in frontibus, sed & in animabus quoquè nostris habere de-

debemus: vt cùm sic fuerimus armati, calcemus super aspidẽ & basiliscum in CHRISTO IESV.

Psalm.90.

13 RVFFINVS libro secundo Ecclesiasticæ historiæ, capite vigesimonono: Sed & illud apud Alexandriam gestum est, quod etiàm Thoraces Serapis, qui per singulas quasque domos in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam ac fenestris erant, ità abscissi sunt oẽs & abrasi, vt ne vestigium quidem vsquàm, vel nominis appellatio, aut ipsius, aut cuiuslibet alterius dæmonis remaneret: sed pro his crucis Dominicæ signum vnusquisque in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, columnisq; depingeret. Quod cùm factum esse hi qui superfuerant ex Paganis, viderent, in recordationem rei magnæ ex traditione sibimet antiquitùs commendata veniisse perhibentur. Signum hoc nostrum Dominicæ Crucis inter illas quas dicunt ἱερατικὰς, id est, sacerdotales literas habere Aegyptij dicuntur, velut vnum ex cæteris literarum quæ apud illos sunt, elementis. Cuius literæ seu vocabuli hanc esse asserunt interpretationem, VITA VENTVRA. Dicebant ergò hi, qui tunc admiratione rerũ gestarum conuertebantur ad fidem, ità sibi ab antiquis traditum, quòd hæc quæ nunc coluntur, tam diù starent, quàm diù viderent signum istud venisse in quo esset vita. Vndè accidit, vt magìs hi qui erant ex Sacerdotibus vel ministris templorum, ad fidem cõuerterentur, quàm illi quos errorum præstigiæ & deceptionum machinę delectabant.

Crucis dominicæ signũ in postibus, fenestris, parietibus & columnis.

Signũ hoc inter Sacerdotales literas habebant Aegyptij.

14 NICEPHORVS libro decimooctauo historię Ecclesiasticę, capite vigesimo: Turcos quos Chosroës Cõstantinopolim miserat stigmaticos, liquato atramẽto cruces in frontibus impressas Imperator habere videns, interrogauit, quánam gratia quę non colerẽt, circunferrent signa? Illi grauem ante plures annos in Perside & patria sua pestem coortam esse dixerunt, à qua quum multi mortales infecti interirent, Christianos quosdam qui ibi fuêre, hominibus, si hoc fecissent, saluti suę cõsulturos esse, regionemq; eã à lue tali intactam liberatamq; fore persuasisse: Idq; ità esse ab eis factum.

Pestis in Persia signo crucis frõti Turcorũ impressio repellitur.

15 CYRILLVS Archiepiscopus Hierosolymitanꝰ Catecheſi quarta illuminatorũ: Multi quidẽ aliâs quoq; crucifixi, sed cuius alterius crucifixi inuocatio dæmones expulit? Nõ pudeat itaq; nos crucis Christi. Quòd si aliqs id occultet, tu manifestè signa te cruce in frõte, vt dæmones signũ regis videntes, tremẽtes procùl fugiãt. Fac aũt hoc signum, & mãducans, & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans: in summa, in omni tuo negocio.

Dæmones fugiũt signũ Crucis.

In omni negocio, eo vtẽdum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

16 IDEM in catechesi decimatertia illuminatorũ: Insitum igitur est lignũ vitæ in terra, vt maledicta terra deinceps frui posset benedictione, & vt liberentur, viuificenturq; mortui. Non pudeat igitur nos, crucifixũ confiteri, sed in fronte cõfidenter signaculũ crucis diligitis imprimatur, & in alijs omnibus crux fiat: In panibus comedẽdis & in poculis bibẽdis, & in egressu & ingressu, ante somnũ, recũbendo & surgendo, eundo & quiescendo. Magna hæc est custodia, & ppter pauperes gratis datur: sine labore, ppter infirmos, cũ à Deo sit hæc gratia, signũ fideliũ, & timor dæmonum: Triumphauit enim de illis in hoc signo. Ostenta illud audacter. Quãdò enim viderint crucẽ, recordantur crucifixi. Metuũt eum, qui cõtriuit capita draconis. Neq; ppterea quòd est gratuitũ, contemnas hoc signaculũ: sed ideò magis venerare benefactorem.

Fronti crux imprimenda, eaq; in omni actiõe vtẽdũ.

Signum fideliũ & timor Dæmonum.

17 CHRYSOSTOMVS in demonstratione aduersùs Gentiles, quòd Christus sit Deus: Veruntamen hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi supplicij symbolum, crux, diadematibus & coronis clarius factum est. Neque enim sic regia corona ornatur caput, vt cruce, quæ omni cultu dignior: & quam omnes priùs abhorrebant, eius figuram tantoperè quærunt: atque adeò vbiquè est inuenitur apud principes, apud subditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud seruos, apud liberos: subindè omnes ea se signant, inscribendo in nobilissimum membrum nostrum. In fronte enim nostra, quasi in columna quotidiè figuratur. Sic in sacra mẽsa, sic in sacerdotum ordinationibus, sic iterùm cum corpore Christi, in mysticis cœnis fulget. Hanc vbiquè celebrari videre licet, in domibus, in foro, in solitudine, in vijs, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari, in nauigijs & insulis, in lectis, in vestibus, in armis, in thalamis, in sympolijs, in vasis argenteis, in aureis, in margaritis, in murorũ picturis, in corporibus brutis malè affectis, in corporibus à dæmonibus obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorũ choreis, in monachorũ ordinibus: adeò certatim donũ hoc mirabile rapiunt oẽs. Mira est hęc gratia, nullis cõfunditur, nullus erubescit, cogitãs q; maledictę mortis symbolũ fuerit: sed oẽs ipso magis ornãtur, q̃ diadematũ coronis, vel multis gẽmatis monilibus & torquibus. Et nõ solùm nõ fugitur, sed & desideratur & adamatur, & oẽs de ea soliciti sunt, & vbiq; fulget, & ipsa est in parietibus domorũ, in culminibus, in libris, in ciuitatibus, in vicis, in locis q̃ habitãtur, & q̃ nõ habitãtur. Et paulò pòst: Ipsum ergò hoc lignũ, in q̃ positũ sanctũ corpus Dñi & crucifixũ, quare non habere

Figura Crucis q̃ frequẽs apud Christianos.

Particulat ligni Crucis quantopere desiderabant olim Christiani.

habere totus orbis ità cõtendit, vt q paruũ quiddã ex illo habẽt, hoc auro includant, tam viri q̃ mulieres, & ceruicibus suis aptent, hinc valdè honestati & magnifici, & muniti & protecti, licèt condemnationis fuerit lignum?

Auro inclusas de collo protectionis causa suspendebant.

1 E. ATHANASIVS in vita beati Antonij, ità refert Antoniũ ad dęmones dixisse: Si quid valetis, si vobis in me potestatẽ Dñs dedit, eccè pstò sum, deuorate cõcessum. Si verò nõ potestis, cur fustrà nimini? Signũ enim crucis & fides ad Dñm, inexpugnabilis nobis murus est. Itẽ in cõcione quã ad fratres suos habuit: Solent nocte veniẽtes dæmones, angelos Dei se fingere, laudare studiũ, mirari perseuerantiam, futura pmia polliceri. Quos cùm videritis, tam vos q̃ domos vestras crucis armate signaculo, & cõfestim soluentur in nihilum: quia metuunt illud trophæum, in quo Saluator aëreas expolians potestates, eas fecit ostentui.

Murus aduersùs Dæmones inexpugnabilis, fides est & signum Crucis.

2 HIERONYMVS in vita beati Hilarionis: Quadã nocte cœpit infantũ audire vagitus, balatus pecorũ, mugitus boum, planctũ quasi mulierũ, leonũ rugitus, murmur exercitus, & rursùs variarũ portenta vocũ, vt antè sonitu, q̃ aspectu territus cederet. Intellexit dęmonũ ludibria: & ,puolutus genib⁹, Christi crucẽ signauit in frõte. Taliq; armatus casside, & lorica fidei circundatus, iacens fortiùs ꝑliabatur, amodò videre desiderans, q̃s horrebat audire. & solicitis oculis huc illucq; circũspiciẽs. Cùm interim ex im, puiso, splendẽte luna, cernit rhedã feruẽtibus equis super se irruere: cumq; inclamãsset IESVM, ante oculos eius repentino terræ hiatu pompa oĩs absorpta est. Ibidèm: Ea tẽpestate terrę motu totius orbis, q̃ post Iuliani mortẽ accidit, maria egressa sunt terminos suos, & quasi rursum Deus diluuiũ minaretur, vel in antiquũ chaos redirent oĩa, nadauritani, fremẽtes scilicet fluctus, & vndarũ moles, & montes gurgitũ littoribus inferri, verẽtes quod iã euenisse cernebãt, nè oppidũ funditus subuerteretur, ingressi sunt ad senẽ, & quasi ad ꝑlium, ꝑsiscentes, posuerunt eũ in littore. Qui cùm tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusq; cõtrà tẽderet, incredibile dictu est, in quãtam altitudinẽ intumescẽs mare ante eũ steterit, ac diù fremens, & quasi ad obicẽ indignãs, paulatim in semetipsum relapsum sit. Hoc Epidaurus, & omnis illa regio vsq; hodiè prædicat, matresq; docent liberos suos, ad memoriam in posteros transmittendam.

Armatura cõtra Dæmones.

Crucis Christi signũ fróti imprimit Hilarion cõtra Diaboli ssti-gias.

Miraculum

3 IGNATIVS in epistola ad Philippẽses: Crucis signũ trophęũ est cõtra pricipis mũdi virtutẽ: q̃d videẽs expauescit, & audiẽs timet.

Princeps mũdi expauescit Crucis signũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 F. AMBROSIVS sermone quadragesimotertio: Debemus ergò surgẽtes gratias Christo agere,& omne diei opus in signo facere Saluatoris. Nónne cùm adhuc gẽtilis esses, solebas signa pquirere? Quę signa quibus rebus essent prospera, magna inquisitiõe colligere? Iam nũc nolo erres in numero, scito quia in vno signo Christi omniũ rerũ est tuta ꝓsperitas. Qui in hoc signo seminare cœperit, vitę fructum consequetur æternæ. Qui in hoc signo iter aggreditur, ad cælum vsque perueniet.

In vno signo Christi, omnium rerũ tuta prosperitas.

2 EVSEBIVS Cęsareẽsis libro primo, de vita Cõstãtini Magni, capite vigesimosecũdo: Imperatori precãti visio q̃dã diuina, & inprimis admirabilis apparuit: quã, si qs fortè alius dixisset, nõ tam facilè hominibus potuisset ꝓsuaderi: verùm cùm Impator ipse victor, nobis ipsis, q̃ hanc historiã iam literis ꝓsequimur, lõgo tẽpore post, cùm notitia eramus & familiari colloquio ab eo dignati, narraret, & sermonẽ iureiurando confirmaret, cui dubiũ esse poterit, quin lit rei ità cõmemoratę fides omninò adhibẽda: p̃sertim cùm tẽpus posteà consequutũ, ratũ orationi testimoniũ dederit? Cùm iam sol ad mediũ cęlũ ascenderat, die in pomeridianũ tempus paulatim inclinante, dixit se crucis signũ ex lucis splendore figuratũ, in ipso cælo soli imminẽs manifestò oculis aspexisse, inq; eo inscriptionem cõsignatã, q̃ hęc verba cõplectebatur, IN HOC VINCES. Admiratio ingẽs ipsum & totũ exercitũ, q eum quopiã iter facientẽ comitabatur, atq; adeò huius ꝓdigij spectator factus erat, incessit. ET capite vigesimotertio: Se dubitatiõe admodùm intra se distrahi, qd tãdem illud ostẽsum sibi vellet, asseruit. Atq; eũ diù multumq; de eo cogitantẽ oppressit nox. Ibi ei dormiẽti Christum Dei cum signo in cęlo mõstrato visum esse, p̃cepisseq;, vt exẽplari ad imitationẽ illi⁹ signi, q̃d in cęlo apparuerat fabricato, eo tanq̃ p̃sidio in p̃liꝭ cũ hostibus cõmittẽdis vteretur. ITEM capite vigesimoquarto: Ille, simulatq; dies illuxit, surgẽs, primùm arcanum illud visum amicis exponit: deindè artificibus, qui aurum & lapides precioſos affabrè sculpere nõrant, accersitis, medio inter illos loco asidet, verbis signi describit effigiem, eam auro & lapidibus precioſis imitatione adumbrare mandat. Quam quidem effigiem, contigit, vt nos oculis olim contemplaremur: Ipse enim Imperator, Deo illud largiente, eam nobis ostẽdere dignat⁹ est. Deindè capite vigesimoqnto ponitur descriptio vexilli instàr crucis fabricati, q̃d nũc Romani LABARVM appellant. Ac deindè: Isto igitur salutari signo (inqt) Impator tanq̃ hostilis cuiusq; & infestę violẽtię ꝓpugnaculo semp vsus est. Cui⁹ expressissimi-

Cõstantinus videt in cælo crucis signũ.

In Crucis signo victoria Constantini.

Christus iubet signũ crucis fabricari, in p̃sidiũ cõtra hostes.

Crucis effigies auro & lapidibus precioſis adumbrata.

Labarum.

Propugnaculum.

similitudines mãdauit, vt vniuersum exercitũ ꝓpetuò anteceder̃et.

ET eiusdem libri capite trigesimotertio: In vrbe media, quæ præ cæteris principem locum facilè obtinet, (Romam intelligit) ingẽs istud trophæum contra hostes erexit: & hoc salutare signum characteribus, qui nullo modo deleri poterant, in eo insculptis, Romanorum, aliorumq; omnium imperio subiectorũ propugnaculũ esse demonstrauit, palamq; omnibus proposuit ad intuendum. Ac statim vbi erectum hastile, ad formam crucis in manum propriæ imaginis in statua expressæ insertum, Romæ in loco celebri ac multùm à populo frequentato, locatum fuit, hanc inscriptionem Latino sermone in eo mandat incidere: *Hoc salutari signo, vero fortitudinis indicio, ciuitatem vestram tyrannidis iugo liberaui, & S.P.Q.R. in libertatem vindicans, pristinæ amplitudini & splendori restitui.*

Propugnaculum Romani imperij.

Romæ signũ crucis erectũ.

3 IDEM EVSEBIVS libro secundo de vita eiusdem Constantini, capite septimo: Atque adeò iam salutari Seruatoris vexillo exercitum suum antecedente, præclariora victoriæ trophæa consecutus est. Nam in qua parte istud crucis vexillũ visum fuit, hostes fugam capere, victores persequi. Qua re intellecta Imperator, sicubì partem aliquam sui exercitus languentem cernebat, ibì salutare illud vexillum tanquàm quoddam subsidium ad victoriam obtinẽdam locari mandauit. Cuius adiumentis extemplò parta est victoria: quippe dimicantium vires Diuina quadam potentia fuêre admodùm confirmatæ. DEINDE capite octauo refert quinquaginta viros ad portandum Crucem delectos. CAPITE nono verò, quòd de cruciferis quidam cùm fugisset, interfectus sit: qui verò fideliter permanserat, seruatus sit illæsus. Atque istud (inquit) omnẽ planè superat admirationẽ, tum quòd tela ab hostibus iacta sic intra exiguum illum & angustum hastilis ambitum prouolabant, vt in eodem fixa hæresc̃erent: tum quòd ille qui illud ipsum gestabat, mortem effugeret. Immò verò vt qui hoc ministerium obibant, nihil damni incommodíve aliquandò acciperent. Neque certè hæc nostra est oratio, sed ipsius Imperatoris, qui præter alias res, hanc etiam nobis coràm memorauit.

Vexillũ Crucis in exercitu quid effecerit.

Nota de Cruciferis.

4 NICEPHORVS Callistus Ecclesiasticæ historiæ libró octauo, capite tertio, refert idẽ quod Eusebius de signo crucis in cęlo à Constãtino Impatore viso, cùm bellũ gereret aduersùs Maxentiũ.

5 ET libro septimo, capite quadragesimoseptimo narrat Constãtinum denuò vidisse signũ crucis in cęlo cum eadem inscriptione: *In hoc ipsò signo hostes omnes vinces*: idq; in bello aduersùs Byzãtios gesto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertiò signũ Crucis vidit Constãtinus.

6 ET capite quadragesimonono, tertiò crucẽ Constãtino appa-
ruisse, cùm aduersùs Scythas bellum gereret.

XIII.

Quid credendum profert quintus articulus, Descendit ad inferos, & resurrexit?

Pſa 15 b Zach. 9 c 1. Pet. 3. d Col 2. c Eccleſiaſtic. 24 d Act 2. d Oſee 13 d Iren. lib. 5. in fine. Aug. ep 99. & 57. & lib. 20. de ciui. Dei, cap. 15. Item ſer. 137. de temp. Hiero. in c. 3. ad Eph. & in Oſe 13. Mat 12. c Heb. 2. d Mar. 16. b c Apoc. 1. b d Ioã. 2. d Col. 1. c 1. Cor. 15. a e

A. Chriſtum docet, poſtquã mortuũs eſſet in cruce, ſecundùm animã quidem ad inferos vſq; penetrâſſe, tum vt mortis ac ſatanę deuictorem, tum vt Patrum in limbo ſedẽtium liberatorem ſeſe declararet: ſecundùm corpus autem, quo ia-cuerat in ſepulcro, tertio pòſt die, cùm Trium-phator ex inferis redire vellet, eundem ad vitam ſua vi immortalem ac glorioſum, primogenitũ ex mortuis reſurrexiſſe.

B. Quo admirabili opere conſolatur ac docet, electos de poteſtate ſatanę, mortis & inferni li-berari, eamq; reſurgẽdi gratiam omnibus offert atque commẽdat, vt verè credentes in Chriſtũ, de vitijs [a] ad virtutem, à morte peccati ad vitam gratię, in fine [b] porrò ſeculorũ omnium de mor-te corporis ad vitam immortalem reſurgant.

a Rom. 6. a Col. 3. a b Phil. 3. d Eph. 4. e 1. Petr. 1. a b 1. Cor. 15. c

c 2. Corinth. 4. d 1. Theſſ. 4. c d

Nam q[c] ſuſcitauit IESVM, *& nos cũ* IESV *ſuſcitabit.*

SCRIPTVRAE.

PSALMO decimoquinto: Inſupèr & caro mea requieſcet in ſpe: quoniã non derelinques animam meã in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

ZACHA-

ZACHARIAE nono: Tu quoq; in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.

PRIORIS Petri tertio: Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, morti-ficatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. In quo & his qui in carcere erant, ſpiritu *veniẽs prędicauit: qui increduli fuerant aliquandò, quandò expectabant Dei patientiam in diebus Noë cùm fabricaretur arca.

*(aliâs ſpi-ritibus)

AD Coloſſenſes ſecundo: Delens quod aduersùs nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipſum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians prin-cipatus & poteſtates, traduxit confidenter, palàm triumphãs illos in ſemetipſo.

ECCLESIASTICI vigeſimoquarto: Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.

ACTORVM ſecundo: Quem Deus ſuſcitauit ſolutis dolo-ribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebam Dominum in cõſpe-ctu meo ſemper, quoniam &c. Dauid prouidens locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in infer-no, neque caro eius vidit corruptionem.

OSEAE decimotertio: De manu mortis liberabo eos, de mor te redimã eos: ero morſ tua ô mors, morſus tuꝰ ero inferne.

MATTHAEI duodecimo: Quomodò poteſt quiſquã in-trare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs alliga-uerit fortem, & tunc domum illius diripiet?

AD Hebręos ſecundo: Vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperiũ, id eſt, diabolum, & liberaret eos, q timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti.

MARCI decimoſexto: Surrexit, non eſt hic. Surgens au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem manè prima ſabbati, apparuit primò Marię Magdalenæ, &c.

APOCALYPSIS primo capite: A IESV Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorũ. Ibidèm: Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & eccè ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni.

IOANNIS ſecundo: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis ſui.

AD Coloſſenſes primo: Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quę in terris, ſiue quę in cęlis ſunt.

PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecũdùm ſcripturas: & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die, ſecundùm ſcripturas: & quia viſus eſt Cephę, & poſt hoc vndecim, deindè viſus eſt plus quã quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſq; adhuc, quidam aũt dormiêrũt. Deindè viſus eſt Iacobo, deindè Apoſtolis omnibus. Nouiſſimè autem omnium tanquàm abortiuo viſus eſt & mihi. Si reſurrectio mortuorũ non eſt, neq; Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt ergò prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. Inuenimur aũt & falſi teſtes Dei: quoniã teſtimoniũ diximus aduersùs Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtũ quem nõ ſuſcitauit, ſi mortui nõ reſurgũt. Nam ſi mortui nõ reſurgũt, neq; Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſtus nõ reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc eẽ eſtis in peccatis veſtris. Ergò & q̃ dormierunt

mièrunt in Chriſto, periêrũt. Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.

AD Romanos ſexto: Conſepulti enim ſumus cum illo p̃ baptiſmum in mortẽ, vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ità & nos in nouitate vitę ambulem⁹. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectiõis erimus. Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Sî autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiàm viuemus cum Chriſto: ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà nõ dominabitur. Quòd enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel: quòd autem viuit, viuit DEO. Ità & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autẽ Deo in Chriſto IESV Domino noſtro. Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquàm ex mortuis viuentes: & membra veſtra arma iuſtitiæ DEO.

AD Coloſſenſes tertio: Igitur ſi conſurrexiſtis cũ Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera DEI ſedens: quæ ſurſùm ſunt ſapite, non quæ ſuper terrã. Mortificate ergò membra veſtra quę ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam &c. Nunc autem & deponite vos oẽia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicèm, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uum eum qui renouatur in agnitionem, secundùm imaginem eius qui creauit illum. Induite vos ergò sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ &c.

Ad Philippenses tertio: Nostra autem conuersatio in cęlis est: vndè etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrũ Iesvm Christvm, q reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundùm operationem qua etiàm possit subijcere sibi omnia.

Ad Ephesios quarto: Deponite vos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundùm Devm creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem &c. Estote autem inuicèm benigni &c.

Prioris Petri primo: Benedictus DEVS & Pater Domini nostri IESV CHRISTI, qui secundùm misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem IESV CHRISTI ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incõtaminatam & immarcescibilem, conseruatam in cælis &c.

Prioris ad Corinthios decimoquinto: Sicut in Adam omnes moriuntur, ità & in CHRISTO omnes viuificabuntur. Vnusquisq; autem in suo ordine, primitiæ CHRISTVS: deindè ij qui sunt CHRISTI, qui in aduentum eius crediderunt.

Posterioris ad Corinthios quarto: Scientes quoniam qui suscitauit IESVM, & nos cum IESV suscitabit.

Prioris ad Thessalonicẽses quarto: Si credimus quòd Iesvs mortuus est, & resurrexit: ità & Deus eos qui dormiẽrũt p Iesvm, adducet cum eo. Hoc eñ vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormiẽrũt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui Christo sunt, resurgent primi. Deindè nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiàm Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.

PATRES.

1 A. IRENAEVS libro qnto aduersùs hæreses in fine: Ipse Dominus tribus diebus conuersatus est vbi erant mortui, quemadmodum Propheta ait de eo: Commemoratus est Dominus sanctorum mortuorum suorum, eorum qui antè dormiẽrunt in terram stipulationis, & descendit ad eos, extrahere eos, & saluare eos. Et ipse autem Dominus: Quemadmodùm, ait, Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes mansit, sic erit filius hominis in corde terræ. Sed & Apostolus ait: Ascendit autem, quid est, nisì quia & descendit in inferiora terrę? Hoc & Dauid in eum prophetãs, dixit: Et eripuisti animam meam ex inferno inferiori. Resurgẽs autem tertia die, & Mariæ quæ se prima vidit & adorauit, dicebat: Noli me tangere, nondùm enim ascendi ad patrem meum: sed vade ad discipulos, & dices eis, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum. Si ergò Dominus legem mortuorum seruauit, vt fierer primogenitus à mortuis, & commoratus vsque ad tertiam diem in inferioribus terræ, pòst deindè surgens in carne, vt etiàm figuras clauorum ostenderet discipulis, sic ascendit ad patrem: quomodò non confundentur, q dicunt inferos quidem esse hunc mundum qui sit secundùm nos, interiorem autem hominem ipsorum, derelinquẽtem hìc corpus, in supercælestem ascendere locum? Cùm enim Dominus in medio vmbræ mortis abierit, vbi animæ mortuorum erant, pòst deindè corporaliter resurrexit, &c.

Christus apud mortuos commoratus est vsque ad diem tertium. Matth. 12.
Ephe. 4.
Psalm. 85. Ioann. 20.
Ioann. 20.

2 AVGVSTINVS epistola nonagesimanona ad Euodium: Et Dominum quidem carne mortificatum venisse in infernum satis constat. Neque enim contradici potest vel prophetiæ, quæ dixit: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Quod nè aliter quisquam sapere auderet, in Actibus Apostolorũ idem Petrus exponit: vel eiusdem Petri illis verbis, quibus eum asserit soluisse inferni dolores, in quibus impossibile erat eum teneri. Quis ergò nisì

Christum in infernum descendisse cõstat. Psalm. 15. Actor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nemo nisi infidelis negat Christum apud inferos fuisse.

nisi infidelis negauerit fuisse apud inferos Christum? Quòd si mouet aliquem, quemadmodùm accipiendum sit inferni ab illo solutos dolores. Neque enim cœperat in ijs esse tanquàm in vinculis: & sic eos soluit, tanquàm si catenas soluisset quibus fuerat alligatus, facile est intelligere sic eos solutos, quemadmodùm solui possunt laquei venantium nè teneant, non quia tenuerũt. Potest & sic, vt eos dolores eum soluisse credamus, quibus teneri ipse non poterat, sed quibus alij tenebantur, quos ille nouerat liberandos. Et paulò pòst: Si causa quæritur, cur voluerit venire in infernum, vbi dolores illi essent, quibus teneri omninò non poterat, quia erat, vt scriptum est, inter mortuos liber, in quo princeps & præpositus mortis non inueuit aliquid quod supplicio deberetur, hoc scilicet quod scriptum est: Solutis doloribus inferni, nõ in omnibus, sed in quibusdam accipi potest, quos ille dignos ipsa liberatiõe iudicabat. Et de illo quidem primo homine patre generis humani, quòd eum ibidẽ soluerit, Ecclesia ferè tota cõsentit: quod eam nõ inaniter credidisse credendum est, vndecunq; hoc traditũ sit, etiàm si canonicarum scripturarum hinc expressa non proferatur authóritas.

Dolores inferni quõ soluti dicãtur.

Psalm. 87.

Adamum ex inferno liberatum credit Ecclesia.

3 IDEM Augustinus in epistola quinquagesimaseptima ad Dardanum, exponens illud, Hodiè mecum eris in Paradiso: Non ex his verbis in cælo existimandus est esse Paradisus. Neq; enim ipso die in cælo futurus erat homo Christus IESVS, sed in inferno secundùm animam, in sepulcro autem secũdùm carnem. Et de carne quidem quòd eo die in sepulcro sit posita, manifestissimum est Euãgelium. Quòd verò illa anima in infernum descenderit, Apostolica doctrina p̃dicat: quandoquidem B. Petrus ad hanc rem testimõium de Psalmis adhibet, vbi de ipso p̃dictum esse demõstrat: Quoniã non derelinques animã meã in inferno, neq; dabis Sanctum tuũ videre corruptionem. Illud de anima dictũ est, quia non ibi est derelicta, vnde tam citò remeauit. Istud de corpore, quod in sepulcro corrumpi etleri resurrectione non potuit. Sed in sepulcro Paradisum nullus intelligit. Restat igitur vt si secundùm hominẽ dictum est: Hodiè mecum eris in Paradiso, in inferno intelligatur esse paradisus, vbi erat eo die futurus secundùm humanam animam Christus.

Christus secundùm animam in inferno, secundùm corpus in sepulcro. Actor. 2. Psalm. 15.

Paradisus in quo cũ Christo latro futurus erat.

4 IDEM Augustinus libro vigesimo de ciuitate Dei, capite decimoquinto: Si enim nõ absurdè credi videtur, antiquos etiã sanctos, qui venturi Christi tenuerũt fidẽ, locis quidẽ à tormẽtis impiorũ remotissimis, sed apud inferos fuisse, donèc eos indè sanguis Christi, & ad ea loca descẽsus erueret: p̃fectò deinceps boni fideles effuso illo pretio iam redempti, prorsùs inferos nesciũt, donèc etiàm receptis corporibus, bona recipiant quæ merentur.

Animæ piorum ex inferno per Christi descensum liberatæ.

5 ITEM sermone centesimo trigesimoseptimo de tẽpore: Nulla necessitate, sed propria voluntate in ligno se suspendi permisit, clauis corpus suum perforari non renuit, animam ponendo mortem sustinuit, carnem in sepulcro posuit, & comitante secum anima, ad inferna descendit. Per hanc electi, qui quamuis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur, ad Paradisi amœna reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua Dominus impleuit: Si exaltatus fuero, inquit, à terra, omnia trahã ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, vtiquè electa. Neque enim infideles quosq; & pro suis criminibus æternis supplicijs deditos, ad veniã Dominus resurgendo reparauit: sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide & actib⁹ recognouit. Vndè rectè etiam per Osee dicitur: Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne. Id nanque quod occidimus, agimus vt penitùs non sit. Ex eo autẽ quod mordemus, partem abstrahimus, partemq; relinquimus. Quia ergò in electis suis funditùs occidit mortem, mors mortis extitit. Quia verò ex inferno partem abstulit, & partem reliquit, non occidit funditùs, sed mordit infernum. Ait ergò, Ero mors tua ô mors: ãc si apertè dicat, Quia in electis meis te funditùs perimo: Ero morsus tuus inferne, quia sublatis meis, te in parte transfigo. Tunc etenim Dominus noster IESVS CHRISTVS illum tenebrarũ & mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portarum inferni vectes fregit, omnes iustos qui originali peccato adstricti tenebantur, absoluit, captiuos in libertatem pristinam reuocauit, peccatorum tenebris obcęcatos splẽdida luce perfudit. Eccè audistis, q. defensor noster vltionis Dominus liberè egisse describitur. Postquàm enim exaltatus, id est, à Iudæis in cruce suspensus est, vt hęc breuiter cuncta perstringam, mox vt spiritum reddidit, vnita suæ diuinitati anima, ad inferorum profunda descẽdit. Cumq; tenebrarũ terminum quasi deprædator splendidus ac terribilis attigisset, aspicientes eum impiæ ac tartaricæ legiones, territæ ac trementes inquirere cœperunt, dicentes: Quisnam est iste terribilis, & niueo splendore coruscus? Nunquam noster talem excepit tartarus, nunquàm in nostram cauernam talem euomuit mundus. Inuasor iste, non debitor, exactor est, non peccator: iudicẽ videmus, non supplicẽ: venit iubere, nõ succũbere: eripere, nõ manere, &c. ad longũ pulcherrimè.

Anima Christi ad inferos descendit & electos indè liberauit.

Ioan. 12.

Impios nõ liberauit ab inferis.

Osee 13.

Mortus inferni.

Principẽ tenebrarũ alligauit.

Vectes ferreos confregit. Psal. 106. Psal. 39.

Vnita diuinitati anima ad inferos statim descẽdit.

Terror & querimonia Dæmonum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ephes 4.

6 HIERONYMVS in caput quartum ad Ephesios: Inferiora terræ infernus accipitur: ad quem Dominus noster Saluator descendit, vt sanctorum animas quę ibi tenebantur inclusæ, secum ad cælos victor abduceret. Vndè & post resurrectionem eius, plurima corpora iustorum in sancta ciuitate visa sunt. Quòd autem infernus in inferiori parte terrę sit, & Psalmista testatur, dicés: Aperta est terra, & deuorauit Dathan, & operuit super congregationem Abyron. Et ipsum in Numerorum libro pleniùs explicatur. Alio quoquè loco legimus: Veniat mors super eos, & descendãt in infernũ viuẽtes.

Animas ex inferno Christus abduxit. Matth 27.
Infernus est in inferiori parte terræ. Psal. 105. Num. 16. Psal. 54.

7 IDEM in caput decimumtertium Oseæ: Liberauit omnes Dominus, & redemit in passione crucis, & effusione sanguinis sui: quãdò anima eius descendit in infernum, & caro eius non vidit corruptionem: & ad ipsam mortem atque infernũ locutus est: Ero mors tua ô mors. Idcircò enim mortuus sum, vt tu mea morte moriaris. Ero morsus tuus inferne, qui omnes tuis faucibus deuorabas.

Anima Christi in infernũ descendẽs, pios liberauit. Oseæ 13.

XIIII

Quid adfert sextus Articulus, Ascendit ad cælos?

A. Absoluto humanæ redẽptionis opere, Dominum IESVM ostendit, postquàm rediuiuus ille suis apparuisset, multisque argumentis resurrectionis suæ veritatem confirmâsset, demùm quadragesimo die in cælum ascendisse, vt secundùm naturam humanam super omnia exaltaretur, & vnus omnium maximè ab omnibus celebraretur. [b] Sedet igitur Dominus IESVS in cælis ad dexteram virtutis Dei, parem cum Patre potestatem exercens, gubernãs omnia, diuinaque maiestate resplendẽs penitùs: quod[c] est nimirũ ad Patris sedere dexterã.

Pſal. 67. c. d 46. a 8. a Mar. 16. d Ioan. 3. b Act. 1. b Ep. 4. b 2. b 1. e Col 3. a Heb. 1. b 1. Pet 2. a 1. Ioan. 2. a Ioan 20. d

b Pſal. 109. a Act 7 g. Luc. 22. g 2. Cor. 15. d

Ephe. 1. d Matt 28 d

c Aug. lib. de fide & ſymb. cap. 7.

B. Hęc lęta CHRISTI ascensio, nostræ fidei ac Spei certitudo est, vt quò caput pręcessit, [d] pstratis semel

semel hostibus, eodèm mẽbra etiàm, si capiti [d] modò pareant & inhæreant suo, peruentura esse maximè confidamus. *Vado*, [e] inquit, *parare vobis locum*.

d Heb. 5. e Rom 8. e 2. Tim. 2. b Ioan. 15 a

e Ioan. 14 a

SCRIPTVRAE.

PSALMO sexagesimoseptimo: Regna terræ cantate Deo: psallite Domino, psallite Deo, qui ascendit super cęlum cęli ad Oriẽtem. Ibidèm, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum.

PSALMO quadragesimosexto: Ascendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.

PSALMO octauo: Eleuata est magnificẽtia tua sup cælos.

MARCI decimosexto: Et Dominus quidem IESVS postq̃ locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.

IOANNIS tertio: Nemo ascendit in cælũ, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cęlo

ACTORVM primo: Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quę cœpit IESVS facere & docere, vsque in diẽ qua pręcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

AD Ephesios quarto: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. Quòd autem ascẽdit, quid est, nisi qa & descẽdit primùm in inferiores partes terrę? Qui descendit, ipse est & qui ascẽdit supra omnes cælos, vt impleret omnia.

AD Ephesios secundo: Cùm essemus mortui peccatis, cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuificauit nos in CHRISTO, (cuius gratia estis saluati) & cōresuscitauit, & consedere fecit in cęlestibus in Christo IESV.

ET capite primo: Suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus supra oñem principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiàm in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra oñem ecclesiam, quę est corpus ipsius, plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.

AD Colossenses tertio: Igitur si consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera DEI sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

AD Hebræos primo: Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit, &c. Ad quem autem angelorum dixit aliquandò, Sede à dextris meis?

PRIORIS Petri secundo: Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autē electum & honorificatum.

PRIMAE epistolę Ioannis secundo: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem IESVM CHRISTVM iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.

IOANNIS vigesimo: Vade ad fratres meos, & dic eis, Ascēdo ad patrē meū & patrē vestrū, DEUM meū & DEŪ vestrum.

PSALMO centesimo nono: DIXIT DOMINUS DOMINO meo, sede à dextris meis, donèc ponam inimicos &c.

ACTORVM septimo: Cùm autem Stephanus esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam DEI, & IESVM stantem à dextris DEI. Et ait, Ecce video cęlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei.

LVCAE

LVCAE vigesimo secundo: Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.

PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Oportet autem illum regnare, donèc ponat oñes inimicos sub pedibus eius.

AD Ephesios primo: Suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus, &c. vt suprà.

MATTHAEI vigesimo octauo: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

AD Hebræos quinto: Et quidem cùm esset filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obediētiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.

AD Romanos octauo: Ipse eñ Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij, & hęredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamē compatimur, vt & conglorificemur.

POSTERIORIS ad Timotheum secundo: Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus.

IOANNIS decimoquinto: Si quis in me non manserit, mittetur foràs sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.

IOANNIS decimoquarto: In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minùs, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.

PATRES

AVGVSTINVS in libro de fide & symbolo, capite septimo: Credimus, q̄ sedet ad dexterā Dei Patris: nec ideò tñ, quasi humana forma circunscriptū esse Deū Patrē, arbitrandum est, vt de illo cogitātibus dextrū aut sinistrum latus animo occurrat: aut id ipsum, quòd sedere Pater dicitur, flexis poplitibus fieri putandum est, nè illud incidamus sacrilegium, quo execratur Apostolus eos, qui cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom 1. mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulacrum Deo nefas est Christiano in templo collocare: multo magis in corde nefarium est, vbi verè est templum Dei, si à terrena cupiditate atque errore mundetur. Ad

Sedere ad dexterã qd sit. Matth. 25. dexteram ergò intelligendum est, dictum esse in summa beatitudine, vbi iustitia & pax & gaudiũ est: sicut ad sinistrã hœdi constituuntur, id est, in miseria, propter iniquitates & labores atque cruciatus. Sedere ergò quòd dicitur Deus, non membrorum positionem, sed iudiciariam significat potestatem, qua illa maiestas nunquàm caret, semper digna dignis tribuendo: quanuis in extremo iudicio multò manifestius inter homines vnigeniti filij Dei iudicis viuorum atq; mortuorum claritas indubitata fulsura sit.

XV

Quid credendum exhibet septimus articulus, Indè venturus est iudicare?

Psal 96.a Esa.3.c 66.d Ioann.5.d.e Sophon.1.c Malac.4.a.b Ioel.3.a.e

A. PROPONIT extremum iudicij diem, quãdò CHRISTVS in humana carne rursùs à summo cœlo descendet, ac tremendum aget iudicẽ totius orbis, & palàm vnicuique reddet secundùm opera sua. Iudicabit [a] igitur in sede Maiestatis suæ ad vnum omnes probos ac improbos, siue quos iudicij dies illa viuos adhuc in carne, vel anteà mortuos offendet.

a Matt.25.c 24.b.c.d Luc.21.e Act.10.f 1.The.4.d 5.a 1 Cor.15.g 2.Thess 2.a.b 2.Pet.3.c

B. VNDÈ admonemur eo cautiùs rectiusque nobis viuendum esse, quo certiùs persuasum habemus, nostras actiones, [b] cogitationes, & vitæ rationes omnes ob oculos cuncta cernentis & æquissimè iudicantis DEI vsque versari. Etenim æquus & iustus est scrutator [c] ille cordium & vindex iniquitatum, ante cuius tribunal manifestari nos oẽs oportet, vt vnusquisque prout gessit suo in corpore, siue bonum, siue malum, ab illo recipiat. Qui nec boni [d] quicquam in hac vita gestum, suo præmio defraudabit, nec perperàm facta vlla impunè sinet abire.

b Matt.12.c. Sap.1.c Esa.66.f Eccle.12.d Rom.2.c Apoc.20.d Basil.epist.ad virginem elapsam. c Hier.17.b

Heb.4.d Gal.6.b 1.Thes.4.b Eccle.12.d 2.Cor.5.b Rom.14.b d Mat.10.d Iob 24.b

SCRIPTVRAE.

PSALMO nonagesimo sexto: Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudiciũ correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est terra. Mõtes sicut cera fluxerũt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Annunciauerunt cæli iustitiam eius, & viderunt oẽs populi gloriam eius.

ESAIAE tertio: Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. Stat ad iudicãdum Dominus, & stat ad iudicandos populos.

ESAIAE sexagesimo sexto: Eccè Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigę eius: reddere in indignatione furorẽ suum, & increpationem suam in flamma ignis: quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino.

IOANNIS quinto: Neque enim pater iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificẽt filium, sicut honorificant patrem. Et paulò pòst: Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso: & potestatem dedit ei etiàm iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei.

SOPHO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOPHONIAE primo: Iuxtà est dies Domini magnus, iuxtà est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulę & turbinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora: sed & argentum eorum; & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

MALACHIAE quarto: Eccè enim dies veniet succensa, quasi caminus: & erunt omnes superbi & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pēnis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israël præcepta & iudicia. Eccè ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, nè forte veniam & percutiam terram anathemate.

IOELIS tertio: Eccè in diebus illis & in tēpore illo, cùm conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo & hæreditate mea Israel, quos dispersérunt in nationibus, & terram meam diuiserunt.

runt. Et paulò pòst: Consurgant & ascendant gentes in vallē Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicē oēs gētes in circuitu.

MATTHAEI vigesimoquinto: Cùm autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedē maiestatis suę, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicèm, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tūc dicet rex his qui à dextris eius erūt, Venite benedicti patris mei. &c.

MATTHAEI vigesimoquarto: Et multi pseudoprophetæ surgent &c. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet cōsummatio. Surgent pseudochristi, & pseudoprophętę, & dabunt signa magna & prodigia, ità vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiàm electi. Eccè prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis, Eccè in deserto est: nolite exire. eccè in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & pāret vsque in Occidentem: ità erit & aduentus filij hominis. Vbicūquè fuerit corpus, illic congregabūtur & aquilę. Statìm autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cęlo, & virtutes cælorum commouebuntur, & tunc parebit signum filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cū tuba & voce magna. & congregabunt electos eius à quatuor vētis, à summis cælorum vsque ad terminos eorū. De die aūt illa & hora nemo scit, neque angeli cælorū, nisi solus pater. Sicut aūt in diebus Noë: ità erit & aduētus filij hominis. sicut enim erāt in diebus ante diluuiū comedentes & bibētes, nubentes & nuptui tradentes, vsq; ad eum diē, quo intrauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Noë in arcam, & non cognouerunt donèc venit diluuium, & tulit omnes: ità erit et aduentus filij hominis, etc.

LVCAE vigesimoprimo: Et erunt signa in sole et luna et stellis: et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris et fluctuũ, arescentibus hominibus prę timore et expectatione, q̃ superueniẽt vniuerso orbi. nam virtutes cælorũ mouebuntur: et tunc videbunt filiũ hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate. Amẽ dico vobis, q̃ non præteribit generatio hæc, donèc omnia fiant. Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Attendite autem vobis, nè fortè grauentur corda vestra in crapula et ebrietate, et curis huius vitæ: et superueniat in vos repentina dies illa. Tãquàm laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciẽ omnis terrę. Vigilate itaq; oñi tẽpore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, et stare ante filium hominis.

ACTORVM decimo: Et præcepit nobis prędicare populo et testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum et mortuorum.

PRIORIS ad Thessalonicenses quarto: Nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non p̃ueniemus eos qui dormiẽrunt: Quoniam ipse Dominus in iussu et in voce Archangeli et in tuba Dei descendet de cęlo: et mortui qui in CHRISTO sunt, resurgent primi. Deindè nos qui viuimus, q̃ relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiàm CHRISTO in aëra, et sic semper cum Domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.

ET capite quinto: Dies Domini sicut fur in nocte, ità veniet. Cùm enim dixerint, Pax et securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habẽti, et non effugient. Vos autem fratres, non estis in tenebris, vt vos dies illa tanquàm fur compræhendat.

PRIO-

PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Ecce mysteriũ vobis dico. Omnes quidẽ resurgemus, sed non oẽs immutabimur. In momẽto, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet eñ tuba) et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur.

POSTERIORIS ad Thessalonicenses secundo: Non citò moueamini à vestro sensu, neq; terreamini, neq; p̃ spiritum, neq; p̃ sermonẽ, neq; p̃ epistolã tanquã per nos missam, quasi instet dies dñi. Nè quis vos seducat vllo modo, qm̃ nisi venerit discessio primũ, et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ità vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquàm sit Deus. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem DOMINUS IESVS interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundùm operationem Satanę in omni virtute, et signis et p̃digijs mendacibus, et in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt, eô quòd charitatẽ veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credãt mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

POSTERIORIS Petri tertio: Hoc primùm scientes, quòd venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est, promissio aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormiẽrunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant priùs, et terra, de aqua et per aquã, consistens Dei verbo: per quæ, ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Cęli autem qui nũc sunt, et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij et perditionis impiorum hominum. Vnum verò hoc non lateat vos, charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille

Universidad de Deusto
Biblioteca

anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissionem suam sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitẽtiam reuerti Aduenietautem dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluẽtur: terra autem et quę in ipsa sunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus et pietatibus, expectantes et properantes in aduentũ diei Domini, per quem cæli ardentes soluentur, et elementa ignis ardore tabescent? Nouos verò cælos et nouã terrã secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.

MATTHAEI duodecimo: Dico autem vobis, quoniam omne verbũ ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. EX verbis eñ tuis iustificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.

SAPIENTIAE primo: Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latére, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad DEũ veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Sermo obscurus in vacuum non ibit.

ESAIAE sexagesimosexto: Ego autem opera eorũ et cogitationes eorum venio vt congregem cum omnibus gẽtibus et linguis: et venient, et videbunt gloriam meam.

ECCLESIASTIS duodecimo: Cuncta quæ fiunt, adducet DEUS in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.

AD Romanos secũdo: Cùm enim gentes quæ legem non habẽt, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendũt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se inuicèm cogitationum accusantium aut

aut etiàm defendentium, in die cùm iudicabit Deus occulta hominum.

APOCALYPSIS vigesimo: Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus nõ est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stãtes in cõspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundùm opera ipsorum. Et dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundùm opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. & qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

IEREMIAE decimoseptimo: Prauum est cor hominis & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor et probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam, et iuxta fructum adinuentionum suarum.

AD Hebrẽos quarto: Viuus est sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoquè ac medullarum, et discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius.

AD Galatas sexto: Vnusquisq; onus suum portabit. Quę seminauerit homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonũ autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes.

PRIORIS ad Thessalonicenses quarto: Nè quis supergredia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

grediatur, neque circunueniat in negocio fratrẽ suum, quoniam vindex est Dominus de his omnibus.

ECCLESIASTIS duodecimo: Cuncta quæ fiunt etc. vt suprà.

POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal CHRISTI, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

AD Romanos decimoquarto: Omnes stabimus ante tribunal CHRISTI, et vnusquisque nostrûm pro se rationem reddet Deo.

MATTHAEI decimo: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicũque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tãtùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

IOB vigesimoquarto: DEVS inultum abire non patitur.

PATRES

B. BASILIVS Magnus in Epistola ad virginem elapsam:
Dan.7. Reuoca in memoriam diuinam Danielis visionem: Fluuius ignis decurrebat ante ipsum, mille millia ministrabant ipsi, centena millia astabant ipsi, iudicij locum constituit, & libri aperti sunt. Bona, mala, manifesta, occulta, res, verba, cogitatus, omnia aceruatim, vt ab omnibus angelis ac hominibus exaudiri possint, manifestè reuelãbuntur. Ad hæc quales necesse est esse eos qui malè vixerunt?

XVI

XVI

Quæ summa est articulorum de secunda in Deitate persona?

A. HAEC summa est, CHRISTVM verum DEVM & hominem esse, qui mirificum Redemptionis humanę opus sit aggressus atque perfecerit, vt idem sit ipse nobis[a] Via, Veritas & Vita, per quem vnum, cùm perijssemus omnes, saluati & liberati, DEOque Patri reconciliati sumus. Ioan.1.a b 1.Ioan.5.d Ephe.1.b a Ioan.14.a Rom.5.b Apoc.1.b 1.Tim.2.b Rom.3.d

B. De cuius quidem Redemptionis beneficio ac vero vsu ità scriptum est:[b] *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri IESV CHRISTI: qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* b Titi.2.d

Sic Apostolus Paulus. Et[c] alibi: *Ipsius (Dei) sumus factura, creati in CHRISTO IESV in operibus bonis, quæ præparauit DEVS, vt in illis ambulemus.* c Ephe.2.b

Atque iterùm,[d] *Pro omnibus mortuus est CHRISTVS*, inquit, *vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* d 2.Cor.5.e

C. Qua-

C. Quarè cauendus illorum est error maximè, qui CHRISTVM non integrè, sed velutì mutilatum confitentur, dum solùm [e] Mediatorem illum & Redemptorem cui fidamus, agnoscunt: nec simul recipiunt eum & [f] legislatorem, cuius iussis obtemperemus, & virtutum exemplar omnium, quod imitemur, & iustum iudicem, qui debitũ cuiusque [g] operi præmium aut supplicium certò rependat.

e 1. Tim. 2. b Rom. 3. d

f Esa. 33. d Iacob. 4. c Ioan. 13. b d 1. Ioan. 2. b 1 Pet. 2. d

g 2 Tim. 4. b Rom. 2. b

SCRIPTVRAE.

IOANNIS primo: In principio erat verbum, et verbum erat apud DEVM, et DEVS erat verbum. Et verbum caro factum est, et habitauit in nobis. Et paulò pòst: ET ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

PRIMAE epistolæ Ioannis quinto capite: Scimus quoniam filius Dei venit: et dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, et simus in vero filio eius. Hic est verus Deus, et vita æterna.

AD Ephesios primo: Gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundùm diuitias gratiæ eius.

IOANNIS decimoquarto: Ego sum Via, Veritas, et Vita: nemo venit ad patrem nisì per me.

AD

AD Romanos quinto: Vt quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundùm tempus pro impijs mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magìs nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus DEO per mortem filij eius: multo magìs reconciliati, salui erimus in vita ipsius.

APOCALYPSIS primo: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

PRIORIS ad Timotheum secundo: Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus IESVS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.

AD Romanos tertio: Iustificati gratìs per gratiã ipsius, per redemptionem quæ est in Christo IESV: quẽ proposuit Deus propitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius, ad ostensionẽ iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum.

AD Titum secundo: Apparuit gratia DEI Saluatoris &c, vt in textu.

AD Ephesios secũdo: Ipsi[us] emꝰ sumus factura &c. vt in tex.

POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Pro oĩbus mortuus est Christus &c. vt in tex.

PRIORIS ad Timotheũ secũdo: Vn[us] emꝰ Deus &c. vt sup.

AD Romanos tertio, vt sup.

ESAIAE trigesimotertio: Dominus iudex noster, dominꝰ legifer noster, dominus rex noster: ipse saluabit nos.

IACOBI quarto: Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare.

IOANNIS decimotertio: Exemplum dedi vobis, vt quem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodùm ego feci vobis ità & vos faciatis. Ibidē:Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicèm ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicèm.

Primæ Ioannis ſecundo: Qui dicit ſe in ipſo manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Chariſſimi, non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio.

Prioris Petri ſecundo: Quæ eſt enim gloria, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benè facientes, patienter ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud DEVM. In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt ſequamini veſtigia eius: qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſup lignū: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus.

Poſterioris ad Timotheum quarto: Bonum certamē certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi DOMINUS in illa die iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

Ad Romanos ſecundo: Secundùm duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij DEI: qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius: Ijs quidem qui ſecundùm patiētiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam: ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio: Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malū, Iudæi primùm & Græci: Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco.

XVII.

Quid docet octauus Articulus, Credo in Spiritum ſanctū?

A. Subiungit tertiam in Deitate perſonam, Spiritum ſanctum: qui ex Patre filioque procedens, verus, vtriq; coæternus, coæqualis, conſubſtantialis Deus exiſtit, & eadem fide pariq́ue cultu & honore colendus eſt.

B. Hic ille Paracletus & Doctor veritatis, qui corda credentium gratia ſua ſuisque donis illuſtrat, purificat, ſanctificat, & in omni ſanctitate cōfirmat. Hic eſt [a] pignus hæreditatis noſtræ, q adiuuat infirmitatem noſtram, & ſingulis, put vult, varias donatiōes ſuas diſtribuit impertitq;.

Symb Cōſtantinop. & Concil. Florentin.
Geneſ. 1.a
Pſal. 103.d
Iob 24.b
Matt.28.d
Ioan.1.e 14.b.d 16.c 1.Ioan.5.b
Rom. 8.b.c
2.Cor. 3.d
1.Cor.6.d & 3.c
Pſalm.50.c
Eſa.11.a Gal.5.d
Rom. 5.a

[a] Ephe. 1.e Rom.8.c 1.Cor.12.b

SCRIPTVRAE.

GENESIS primo: Terra autem erat inanis & vacua, & tenebrę erant ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.

PSALMO centeſimotertio: Emittes ſpiritum tuū, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

IOB vigeſimoquarto: Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſciērunt vias eius.

MATTHAEI vigeſimooctauo: Baptizātes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

IOANNIS primo: Vidi ſpiritū deſcendentē quaſi columbam de cælo, & māſit ſuper eum. Ibidèm: Hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.

IOANNIS decimoquarto: Ego rogabo Patrem, & alium paracletū dabit vobis, vt maneat vobiſcū in æternū, ſpiritum veritatis, quē mundus non poteſt accipere. Apud vos manebit, & in vobis erit. Et paucis interpoſitis, Paracletus autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis oĩa, quęcunq; dixero vobis.

Ioannis decimoſexto: Si nõ abiero, paracletus non veniet ad vos: Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Cũ venerit ſpiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ, & q̃ vẽtura ſunt, annũciabit vobis. Ille me clarificabit, qa de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Primae Ioãnis quinto: Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnũ ſunt.

Ad Romanos octauo: Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tñ ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti nõ habet, hic nõ eſt eius. Quòd ſi ſpiritus eius, q̃ ſuſcitauit Iesvm à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, ꝓpter inhabitantẽ ſpiritũ eius in vobis. Quicunq; ſpiritu Dei agũtur, ij ſunt filij Dei. Nõ enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei.

Posterioris ad Corinthios tertio: Dominus autem ſpiritus eſt: vbì autem ſpiritus Domini, ibì libertas.

Prioris ad Corinthios ſexto: An neſcitis, qm̃ mẽbra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

Et capite tertio: Neſcitis quia templũ dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis aũt templũ Dei violauerit, diſperdet illum deus. Templum enim dei ſanctũ eſt: quod eſtis vos.

Psalmo quinquageſimo: Cor mundũ crea in me Deus, & ſpiritũ rectũ innoua in viſceribus meis. Nè ꝓijcias me à facie tua, & ſpiritũ ſanctũ tuũ nè auferas à me. Redde mihi lætitiã ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

Eſa-

Esaiae vndecimo: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis. Et replebit eum Spiritus timoris Domini.

Ad Galatas quinto: Fructus autem Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.

Ad Romanos quinto: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

Ad Epheſios primo: In Chriſto credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſiõis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtrę, in redemptionem acquiſitionis, in laudem glorię ipſius.

Ad Romanos octauo: Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram.

Prioris ad Corinthios duodecimo: Nemo poteſt dicere, Dominvs Iesvs, nisì in Spiritu ſancto. Diuiſiones verò gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operationũ ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientię, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem ſpiritum: alteri fides in eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatũ in vno ſpiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hęc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.

PATRES.

1 A. SYMBOLVM Cõcilij Conſtãtinopolitani, quod eſt ſecũdum generale: Credimus in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& conglorificandum: qui locutus est per prophetas.

2 CONCILIVM Florentinũ in literis vnionis: Definimus vt hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur: sicq; omnes profiteãtur, quia Spiritus sanctus ex Patre & Filio ęternaliter est, & essentiam suam, suumq; esse subsistens habet ex Patre simul & filio, & ex vtroque æternaliter, tanquàm ab vno principio & vnica spiratione procedit. Definimus insuper explicatiõem verborum illorum, FILIOQVE, veritatis declarandæ gratia & imminente tunc necessitate, licitè ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

XVIII.

Quid addit articulus nonus, Credo Ecclesiam sanctam Catholicam?

A. Ostendit Ecclesiam, id est, cunctorum Christi fidelium [a] visibilem congregationem, pro qua DEI Filius hominis naturã suscepta, cuncta & fecit, & pertulit.

B. Eamque docet primùm [b] vnam esse & consentientem in fide fideiq; doctrina, & administratione Sacramentorum, quæque sub vno capite suo Christo, vnoque vices eius in terris gerente [c] Pontifice Maximo regitur, ac in vnitate conseruatur.

C. Deindè hanc sanctam [d] esse prędicat, qã per Spiritũ sanctum à Christo vsquè sanctificat, vt sancti homines, & sanctæ leges nunquã in illa desint. Nec vllus extra huius cõsortium, sanctitatis particeps esse potest.

D. Ter-

a Mat.5.b Esa 60.a c& 2.a Psal.18 a Aug. tract. 1. in epist. Ioann. & de vnitat. eccl.cap.14. & in Psal.30. conc.2. Chrys. hom. 4. de verbis Esaiæ.

b Ioã.11.g 10.c 17.b Cãt. 6.c 1.Cor.1.b 12.b d Eph. 4.a Cypr. de simp. prælat. Iren.lib.1. cap 3. Hier. ad Ageruch. epist. 11. Chrys. hom. in 1. Cor.

c Cypr. de simp. & li.1. ep 3. & l.4. ep.9. Iré. li.3. ca.3. Hier. ad Damas. epi.57. & 58. l.eo. ep.89. ad Vienn

d Eph 5.e Cant 4.b 1.Pet. 2 b Aug. in ench. c.56. & in Psal.85. Ber. ser.3. in vigilia nat. Greg. l. 35. mor. c.6. Iren. l.3. cap. 40.

D. Tertiò esse [e] Catholicã, id est, vniuersalem, adeò, vt per orbem longè lateq; diffusa, omnes omnium temporum, locorum ac nationum homines, qui modò in Christi fide ac doctrina conueniunt, vno quasi materno sinu excipiat, concludat ac saluet.

E. Quartò esse in eadem Ecclesia sanctorum cõmunionem, vt qui [f] in Ecclesia, velutì domo Dei familiaq; versantur, societatẽ quãdam inter se & vnionem seruent indiuiduam, & sicutì vnius corporis membra, mutuis officijs, meritis & orationibus se inuicèm iuuẽt. Apud hos est vnitas fidei, doctrina consentiens, conformis vsus Sacramentorum: qui etiam, [g] qualescunq; demũ quorundam errores aut dissensiones incidant, soliciti * sunt seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. In qua quidem communione non modò sancti Ecclesiæ militantis in terra peregrinantes, verùm etiam beati omnes Ecclesię cum CHRISTO in [h] cælis felicissimè triumphantis, ac insuper piorum animæ, quę ex hac vita egressę, nõdùm [a] tamen illam beatorũ felicitatem sunt consecutę, simul comprehenduntur.

F. Extra hãc Sanctorum communionem (sicut

e Act.1.b Gen.22.d Marc.16.d Luc 24.g Matth 28.d 16.c Aug ep. 170 & 166. Cont. epist. fund. cap. 4 libr. de vera religione cap. 7. Vincẽt. Lirin. Hier. cont. Lucif. Beda in 6.c Cant.

f Eph.4.c d Psal.118.h Coloss 1.b Philip.1.a 2.Cor.8.c 1.Ioan 1.b Rom.12.b 1.Cor.12.b Aug. tract. 32. in Ioan.

g Eusseb. eccl. hist. libr.7. cap.19. Aug.2. cont. Donat. cap 6 & epist. 19. Item de vera relig c.6.

* Ephes.4.a

h Aug. de temp ser. 181. cap.13. In Ench. cap.56.

a Aug. lib.20. de ciuitat. Dei, cap 9. Grego. lib.4. dial. cap.39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

(sicut extra [b] Noë arcam) certum quidem exitium, nulla verò salus mortalibus: non Iudęis aut Ethnicis, qui fidem Ecclesię nũquàm receperunt: non hęreticis, qui receptam deseruërunt vel corruperunt: non schismaticis, qui pacem & vnitatem Ecclesiæ reliquerunt: postremò neque [c] excommunicatis, qui qualibet alia graui de causa id meruerunt, vt ab Ecclesię corpore ceu pernicioſa quędam membra prędscinderentur ac separarentur. Atq; istiusmodi omnes, quoniam ad Ecclesiam eiusq; sanctam cõmunionem non pertinent, Diuinę gratiæ [d] & salutis ętern ę non possunt esse participes, nisi Ecclesię, à qua suo illi vitio sunt semel auulsi, primùm reconcilientur atque restituantur. Certa est enim [e] Cypriani & Augustini [f] regula: Non habebit Deũ Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrẽ.

b Gen.7.d 1.Pet.3.d Esa.60.b Aug ep.50.& 152 Item de vnit.eccl.ca.4.& 16.Aug.vel Fulgẽt. de fide ad Petrũ ca.37.38.& 39. Iren.l.4.ca.43. Greg.14. mor.cap.2. Chryſ. ho.11. in ep.ad Eph Con.Later. can.1. 1.Ioan.2.c Ioan.6. g 13.e Iudæ c

c 1.Cor 5.a 1.Tim.1.d Num.12.d Matth 18.b 2.Ioan.c d 2. Theſſ.3.b d Cypr.lib.1.epiſt.11. Aug.lib.1.contra aduerſ. leg.& proph. cap.17.

d Aug ſer. 181. de temp. ca.12.& in Pſal.88. cõc.1. Item epiſt.204 Cyp.lib. 2.epiſt.1.& lib.4.epiſt.2.

e De ſimplic. prælatorũ.

f lib.4.de Symb.ad catec. cap.10.

SCRIPTVRAE.

A. MATTHAEI quinto: Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neq; accendũt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cęlis est.

ESAIAE

ESAIAE sexagesimo: Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebrę operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui, &c. Et aperientur portę tuæ iugiter: die ac nocte nõ claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur. Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabũt te ciuitatẽ Domini, Sion Sancti Israel. Pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam seculorũ &c.

ESAIAE secundo: Et erit in nouissimis diebus pręparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum DEI Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbũ Domini de Hierusalem.

PSALMO decimooctauo: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquàm sponsus procedens de thalamo suo.

B IOANNIS vndecimo: Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit quòd IESVS moriturus erat pro gente: & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum.

IOANNIS decimo: Et alias oues habeo quę non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor.

IOANNIS decimoseptimo: Pater sancte, serua eos in no-

mine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos.

CANTICORVM sexto: Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suę, electa genitrici suę.

PRIORIS ad Corinthios primo: Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij eius IESV CHRISTI Domini nostri. Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri IESV CHRISTI, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.

PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Sicut corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamẽ corpus sunt: ità & CHRISTVS. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudęi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & oẽs in vno spiritu potati sumus. Et paulò pòst: Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abũdantiorem tribuendo honorem, vt non sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicẽm solicita sint membra. Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos &c.

AD Ephesios quarto: Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrũm data est gratia secundùm mensuram donationis CHRISTI.

C AD Ephesios qnto: Viri, diligite vxores vestras, sicut & CHRISTVS dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam

illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habẽtem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.

CANTICORVM quarto: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

PRIORIS Petri secundo: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquandò non populus, nunc autem populus Dei: qui non cõsecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

D ACTORVM primo: Et eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudęa & Samaria, & vsq; ad vltimum terrę.

GENESIS vigesimosecundo: Benedicam tibi, & multiplicabo semẽ tuum sicut stellas cęli, & velut arenam quę est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorũ suorum, & BENEDICENTVR in semine tuo omnes gẽtes terrę, quia obedisti voci meæ.

MARCI decimosexto: Euntes in mundum vniuersum, pdicate Euangelium omni creaturę. Illi autem profecti, prædicauerunt vbiquè, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

LVCAE vigesimoquarto: Sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prędicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma.

MATTHAEI vigesimooctauo: Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad cõsummationem seculi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MATTHAEI decimosexto: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã, & portę inferi nõ ꝓualebunt aduersùs eam.

E AD Ephesios quarto: Et ipse dedit quosdã quidẽ Apostolos, &c. ad cõsummationem sanctorum, in opus ministerij, in ędificationem corporis Christi &c. vt crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ędificationem suî in charitate.

PSALMO centesimo decimooctauo: Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

AD Colossenses primo: Gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij dilectionis suę, in quo habemus redemptionem.

AD Philippenses primo: Gratias ago Deo meo in omni memoria vestrî, (semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens) super communicatione vestra in Euãgelio CHRISTI, à prima die vsque nunc.

POSTERIORIS ad Corinthios octauo: Non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex ęqualitate. In prę-
senti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt & illorum abundantia vestrę inopię sit supplementum,
Exodi 16. vt fiat ęqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

PRIMAE Ioannis primo capite: Vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre & cum Filio eius IESV CHRISTO.

AD Romanos duodecimo: Sicut in vno corpore multa mem-

mẽbra habemus, omnia autem membra non eundẽ actũ habent: ità multi vnũ corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes, secundùm gratiam quæ data est nobis, differẽtes, siue prophetiam secundùm rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, &c.

PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Sicut corpus vnum est & membra habet multa, &c. Et si quid patitur vnũ membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autẽ estis corpus Christi, & membra de membro.

AD Ephesios quarto: Obsecro vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum oñi humilitate & mãsuetudine, cum patientia, supportantes inuicẽm in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

GENESIS septimo: Deleuit omnem substantiam quę erat super terram ab homine vsque ad pecus, tam reptile, quàm volucres cæli: & deleta sunt de terra: remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca.

PRIORIS Petri tertio: In diebus Noë cùm fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animę saluæ factæ sunt per aquã.

ESAIAE sexagesimo: Gens & regnum quod non seruierit tibi, peribit.

PRIMAE Ioannis secundo: Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt: vndẽ scimus, quia nouissima hora est. Ex nobis prodiẽrunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtiquè nobiscum: sed vt manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis.

IOANNIS sexto: Ex hoc multi discipulorum eius abiẽrũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

retrò, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergò IESVS ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?

IOANNIS decimotertio: Cùm ergò accepisset Iudas buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox.

IVDAS Apostolus in epistola Canonica: In nouissimis temporibus venient illusores, secundùm desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregãt semetipsos, animales, spiritum non habentes.

PRIORIS ad Corinthios quinto: Omninò auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ità vt vxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati estis: & nõ magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrûm qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri IESV Christi, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri IESV CHRISTI. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermẽtum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermẽtum. Auferte malum ex vobisipsis.

PRIORIS ad Timotheum primo: Habens fidem & bonã conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus est Hymenæus & Alexander: quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.

NVMERORVM duodecimo: Respondit Dominus Moysi Separetur septem diebus extra castra, & posteà reuocabitur. Excluſa est itaque Maria extra castra septẽ diebus: & populus non est motus de loco illo, donèc reuocata est Maria.

MATTHAEI decimooctauo: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit,

rit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel triũ testium stet õmne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.

IN secunda epistola Ioannis. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis.

POSTERIORIS ad Thessalonicenses tertio: Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri IESV Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem quam acceperunt à nobis. Quòd si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate: & nè commisceamini cum illo, vt cõfundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem.

PATRES.

1 A. Augustinus tractatu primo in epistolam Ioannis: Nónne ille lapis (de quo apud Danielem) creuit, & factus est mons magnus, & impleuit vniuersum orbem terrarum? Nunquid digito ostendimus istum montem, quomodò ostenditur hominibus noua luna? Verbi gratia, quandò volunt homines videre lunam nouã, dicũt: Eccè luna, eccè vbi est: Et si sunt ibi qui non valeant intendere aciem, & dicant, vbi? Intenditur illis digitus vt videant: aliquandò, dum erubescunt, nè cæci putentur, dicunt se vidisse quod non viderũt. Nunquid sic ostendimus Ecclesiam fratres mei? nónne aperta est? nónne obtinuit omnes gentes? nónne impletur quod ante tot annos promissum est Abrahæ, in semine eius benedici omnes gentes? Vni fideli promissum est, in millibus fidelium mundus impletus est. Eccè mons implens vniuersam faciem terræ: eccè ciuitas de qua dictum est, Non potest ciuitas abscondi super montem cõstituta. Illi offendunt in montem: & cùm eis dicitur, Ascẽdite: non est mons, dicũt, & fa-

Dan. 2.

Ecclesia apta est & manifesta.

Gen. 22.

Matt. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& faciliùs illuc faciem impingunt, quàm illic habitaculum quærũt.

Esa. 2.a

Erit (inquit Esaias) in nouissimis diebus, manifestus mons domus Domini, paratus in cacumine mõtium. Quid tam manifestũ, quàm mons? Sed sunt & montes ignoti, quia in vna parte terrarum positi sunt. Quis vestrûm nouit Olympum montem? Quomodò ibi qui habitant, Giddabam nostrum non nouerunt. In partibus sunt isti montes. Ille autem mons non sic, quia impleuit vniuersam faciem terræ: & de illo dicit, Paratus in cacumine montium. Mons est super cacumina omnium montium. Et congregabuntur, inquit, ad eum omnes gentes. Quis errat in hoc monte? qui frãgit faciem offendẽdo in illum, qui ignorat ciuitatem super montem constitutam. Sed nolite mirari, quia ignoratur ab istis qui oderunt fratres, quia in tenebris ambulant, & nesciunt quò eunt, quia tenebræ excæcauerunt oculos eorum.

Ecclesia ab hæreticis ignoratur.

2 IDEM in libro de vnitate Ecclesiæ contra epistolam Petiliani Donatistæ, capite decimoquarto: Non est Ecclesia operta, quia non est sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et de illa dictum est, Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Sed Donatistis velut operta est, quia audiunt tam lucida & manifesta testimonia, quę illam toto orbe esse demõstrant, & mâlunt clausis oculis offendere in montem, quàm in eum ascendere, qui cùm esset lapis præcisus de mõte sine manibus, creuit, & factus est mons ingens, & impleuit vniuersam terram.

Matt. 5. Ecclesia apta est & tamen hæreticis est velut operta. Matt. 5.

Dan 2.

3 IDEM in Psalmum trigesimum concione secunda, super illum versum, Qui videbant me, foràs fugerunt à me: Illud est magìs gemendum, illud omninò intolerabile, quia multi qui cognouerunt quid esset Ecclesia, exiẽrunt foràs, & hæreses & schismata contra ecclesiam fecerunt. Qui videbant me, id est, qui nouerant quid sit Ecclesia, qui eam in scripturis intuebantur, foràs fugerunt à me. Obscuriùs dixerunt Prophetæ de Christo, quàm de Ecclesia: puto propterea, quia videbant in spiritu contra Ecclesiam homines facturos esse particulas, & de Christo non tantam litem habituros, de Ecclesia magnas contentiones excitaturos. Ideò illud vndè maiores lites futuræ erant, planiùs prædictum & apertiùs prophetatum est, vt ad iudicium illis valeat, qui viderunt & foràs fugerunt. Et paulò pòst: Et penè vbiq; Christus in aliquo inuoluto sacramento prædicatus est à Prophetis: Ecclesia apertè, vt viderent illam, & qui futuri erãt contra illam, & impleretur in ijs ista nequitia, quam prædixit Psalmus: Qui videbant me, foràs fugerunt à me. Ex nobis exiẽrunt, sed non

Prophetæ cur apertiùs de Ecclesia, quã de Christo prophetárũt.

Psalm. 30. 1. Ioan. 2.

non erant ex nobis. Hoc Apostolus Ioannes de illis dixit.

4. CHRYSOSTOMVS homilia quarta de verbis Esaiæ, Vidi Dominũ: Ecclesia radices in cælo fixas habet potiùs quàm in terra. Verûm fortassis ethnicus meam despicit arrogantiam, sed maneat donèc harum rerum probationem attulero, discatq; vim veritatis, quo modo facilius est solem extingui, quàm Ecclesiam obscurari.

Facilius est solem extingui, quàm Ecclesiam obscurari.

1. B. Cyprianus in tractatu de simplicitate prælatorũ, siue de vnitate Ecclesiæ: Vnam esse Ecclesiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus sanctus ex psona Domini designat, & dicit: Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? qui Ecclesię renititur & resistit, qui Cathedrã Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit? quandò & beatus Apostolus Paulus hoc idem doceat, & sacramentum vnitatis ostendat, dicens: Vnum corpus & vnus Spiritus, vna spes vocationis nostræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus? Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maximè Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, vt Episcopatum quoq; ipsum vnum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrumpat. Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia vna est, quæ in multitudinem latiùs incremento fœcunditatis extẽditur: quo modo solis multi radij, sed lumen vnum: & rami arboris multi, sed robur vnum, tenaci radice fundatum: & cùm de fonte vno riui pluri- mi defluunt, numerositas licèt diffusa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine. Auelle radium Solis à corpore: diuisionem lucis, vnitas non capit: ab arbore frange ramũ, fractus germinare nõ poterit: à fonte præcide riuum, præcisus arescet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per orbẽ totum radios suos porrigit: vnum tamen lumẽ est, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis separatur: ramos suos in vniuersam terrã copia vbertatis extendit, profluẽtes largiter riuos latiùs expandit: vnum tamẽ caput est, & origo vna, & vna mater, fœcunditatis successibus copiosa. Illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica: vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos Deo seruat &c.

Can. 6.

Vnitas Ecclesiæ.

2. IRENAEVS libro primo aduersùs hæreses, capite tertio: Hãc

Ephe. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicationem cùm acceperit, & hanc fidem, quemadmodùm p̃diximus, Ecclesia, & quidem in vniuersum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi vnam domum inhabitãs, & similiter credit ijs, videlicet quasi vnam animam habens & vnum cor, & consonanter hæc prædicat & docet & tradit quasi vnum possidens os. Nam etsi in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis vna & eadem est. Et neq; hæ quę in Germania sunt fundatæ Ecclesiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt: neq; hæ quæ in Hiberis sunt, neque hæ quæ in Celtis, neq; hæ quæ in Oriẽte, neq; hæ quæ in Aegypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio mundi sunt constitutæ: sed sicut sol creaturæ Dei in vniuersõ mundo vnus & idem est, sic & lumẽ prædicatio veritatis vbiquè lucet, & illuminat omnes homines, q̃ volũt ad cognitionẽ veritatis venire. Et neq; qui valdè p̃ualet in sermone ex ijs qui præsunt Ecclesijs, alia quàm hæc sunt, dicet. Nemo enim supra magistrum est: neque infimus in dicendo, deminorabit traditionem. Cùm enim vna & eadem fides sit, neque is qui multum de ea potest dicere, amplius: neque is qui minus, deminorat.

Vt Ecclesia, ità & eius fides per vniuersum mũdum vna est.

Ecclesiæ Germaniæ non aliter credũt quàm Hispaniæ &c.

3. HIERONYMVS ad Ageruchiam siue Gerontiam de Monogamia, epistola vndecima: Erunt duo in carnem vnam, non in duas nec in tres. Propter quod relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ: certè non vxoribus. Quod testimonium Paulus edisserens, ad Christum refert & ad Ecclesiam: vt primus Adam in carne, secundus in spiritu monogamus sit. Sit vna Eua, mater cũctorum viuentium: & vna Ecclesia, parens omniũ Christianorum. Sicut illam maledictus Lamech in duas diuisit vxores: sic hanc hęretici in plures Ecclesias lacerant: quæ iuxta Apocalypsim Ioannis, synagogæ magis diaboli appellãdæ sunt, quàm Christi conciliabula.

Matt. 19.

Ephè. 5.

Ecclesiã vnã in plures lacerant hæretici.

Gen 4.

Apoca. 2.

Hæreticorũ Ecclesiæ sunt synagogæ diaboli.

4. CHRYSOSTOMVS homilia prima in priorem epistolã ad Corinthios: Ecclesiã Dei appellat Apostolus, vt ostendat in vnũ eam redigi oportere. Nam si Dei est, vna est, non Corinthi solũ, sed vniuersi orbis. Nam Ecclesiæ nomen non separationem, sed vniõem & consonantiam significat.

Ecclesia si Dei est, vna est.

5. CYPRIANVS in tractatu de simplicitate Prælatorũ, siue de vnitate Ecclesiæ: Videns inimicus idola derelicta, & per nimiũ credẽtium populum sedes suas ac templa deserta, excogitauit nouam fraudem, vt sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos. Hæreses inuenit & schismata, quibus subuerteret fidem, veritatẽ corrumperet, scinderet vnitatẽ. Rapit de ipsa Ecclesia homines, & dum sibi appropinquãsse iam lumini, atque euasisse seculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursus infundit: &c. Hoc eò fit, fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem nõ reditur, nec caput quæritur, nec magistri cælestis doctrina seruatur. Quæ si quis consideret & examinet, tractatu longo atq; argumentis opùs non est. Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Tibi dabo claues regni cælorum: & quæ ligaueris super terrã, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Et eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas. Super illum vnum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mãdat oues suas. Et quanuis Apostolis omnibus post resurrectionẽ suã parem potestatem tribuat & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum: Si cui remiseritis peccata, remittentur illi: si cui tenueritis, tenebuntur: tamen vt vnitatem manifestaret, vnam cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua authoritate dispositi. Hoc erant vtiq; & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur. Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia & cathedra vna monstretur: & pastores sunt omnes, sed grex vnus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus vnanimi consensione pascatur. Quam vnã Ecclesiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat, & dicit: Vna est columba mea, &c. vt suprà B. 1.

Facilis ratio dijudicandi vbi sit vera fides & vera Ecclesia.

Matt. 16.

Ioan. 21.

Ioann. 20.

Petrus caput & princeps Apostolorũ, licèt omnes in Apostolatu pares fuerint.

Cant. 6.

IDEM libro primo, epistola tertia ad Cornelium: Neque enim aliundè hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm indè quòd sacerdoti Dei nõ obtemperatur: nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. cui si secundùm magisteria diuina obtẽperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersùm sacerdotum collegiũ quicquã moueret: nemo post Diuinũ iudicium, post populi suffragium, post coẽpiscoporum cõsensum, iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret: nemo discidio vnitatis Christi Ecclesiã scinderet, nemo sibi placens ac rumens seorsum foris hæresim nouam conderet. Ibidẽ: Christi aduersarius & Ecclesię eius inimicus ad hoc Ecclesiæ præpositum sua infestatione p̃sequitur, vt gubernatore sublato, atrocius atq; violentiùs circa Ecclesiæ naufragia grassetur. Et paulò pòst: Petrus tamen super quem

Hæreses ortæ ex summi Põtificis & Christi vicarij cõtemptu.

Cur Hæretici Ecclesiæ præpositum potissimùm oppugnent.

 ædificata

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædificata Ecclesia.

ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait: Domine, ad quem ibimus?

Ioan. 6.

Verbum vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui: significans scilicet & ostendens eos qui à Christo recesserint, culpa sua perire: Ecclesiam tamen quæ in Christum credat, & quæ semel id quod cognouerit teneat, nunquàm omninò ab eo discedere, & eos esse Ecclesiam, qui in domo DEI permanent. Et multis interiectis: Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab hæreticis cõstituto, nauigare audent, & ad Petri cathedram atq; ad Ecclesiam principalem, vndè vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, (quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est) ad quos perfidia habere non possit accessum.

Ecclesia nũq; à Christo recedit.

Romanæ Ecclesiæ primatus & in fide constantia.

Rom. 1.

7. IDEM libro quarto epistola nona ad Florentium siue Puppianum: Nec hæc iacto, sed dolens profero, cùm te iudicem Dei cõstituas & Christi, qui dicit ad Apostolos, ac per hoc ad omnes præpositos, qui Apostolis vicaria ordinatione succedũt: Qui audit vos, me audit: & qui me audit, audit eũ qui me misit. Et qui reijcit vos, me reijcit, & eum qui me misit. Indè enim schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, dum Episcopus qui vnus est, & Ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur. Et paulò pòst: Dominus quoquè in Euãgelio, cùm eum loquentem discipuli derelinquerent, conuersus ad duodecim, dixit: Nũquìd & vos vultis ire? Respõdit ei Petrus, dicens: Domine, ad quem imus? verbum vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui. Loquitur illic Petrus, super quem ædificata fuerat Ecclesia, Ecclesiæ nomine, docens & ostendens, quia etsi contumax ac superbà obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamẽ à Christo non recedit: & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Vndè scire debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo: & si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse: & fruſtrà sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latẽter apud quosdam cõmunicare se credunt: quandò Ecclesia quæ Catholica vna est, scissa non sit, neque diuisa, sed sit vtiquè connexa, & cohærentium sibi inuicèm sacerdotum glutino copulata.

Luc. 10.

Hæreses ex summi Sacerdotis contẽptu oriũtur.

Ioan. 6.

Super Petrũ ædificata Ecclesia.

Qui eũ Episcopo non sunt, in Ecclesia non sunt.

Sacerdotũ sibi inuicẽ cohærẽtiũ glutino copulata Ecclesia.

8. IRENAEVS libro tertio aduersùs hæreses, capite tertio: Ad hãc Ecclesiã (Romanã), ppter potentiorem principalitatem, necessè est omnem

Rom. Eccle-

omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndiquè fideles, in qua semper ab his qui sunt vndiquè, conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio.

siæ principatus.

9. HIERONYMVS ad Damasum epistola qnquagesimaseptima: Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri, communione consocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunq; extra hanc domũ agnũ comederit, prophanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnãte diluuio. Quicunque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.

Hieronymus Romano Põtifici adhæret

Matth. 16.

Exod. 12.

Gen. 7.

Extra Ecclesiam Romanũ est salus.

10. ITEM ad eundem Damasum epistola quinquagesimaoctaua: Ego interim clamito, si quis cathedræ Petri iungitur, meus est.

11. LEO MAGNVS epistola octogesimanona ad Episcopos per Viennẽsem prouinciam constitutos: Diuinæ cultum religionis quẽ in omnes gentes omnesq; nationes, Dei voluit gratia coruscare, ità Dominus noster Iesus Christus humani generis Saluator instituit, vt veritas quæ anteà legis & Prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris sacramentum ità Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium indiuiduę vnitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: vt æterni ædificatio templi, mirabili munere gratię Dei in Petri soliditate consisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi præualerent. Cui Petro cùm præ cæteris soluendi & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ouium cura specialiùs mãdata est. Cui quisquis principatum æstimat denegãdum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbiæ suæ, semetipsum in inferna demergit.

Pfal. 18.

Petrus à Christo caput Ecclesiæ constitutus est.

Matth. 16.

Petri præ cæteris Apostolis priuilegiũ

Matth. 16.

Ioan. 21.

Principatui D. Petri detrahentes quò se demergant.

1. C. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentiũ capite quinquagesimosexto: Rectus confessionis ordo poscebat, vt Trinitati subiungeretur Ecclesia, tanquàm habitatori domus sua, & Deo tẽplum suum, & conditori ciuitas sua.

Ecclesia domus est, templũ & ciuitas S. Trinitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesia quo modo sancta.

2 IDEM in psalmum octogesimumquintum super ea verba, Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: Audeat & corpus Christi, audeat & vnus ille homo clamãs à finibus terræ, cum capite suo & sub capite suo dicere, sanctus sum. Accepit enim gratiam sanctitatis, gratiam baptismi & remissionis peccatorum. Dicat & vnusquisque fidelium, sanctus sum. Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Dic Deo tuo, sanctus sum, quia sanctificâsti me. Si enim Christiani omnes & fideles & baptizati in illo, ipsum induerunt, ficut Apostolus dicit, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: si membra sunt facti corporis eius, & dicunt se sanctos non esse, capiti ipsi faciunt iniuriam, cuius membra sancta sunt.

Rom 6.

Exodi 16.

Ecclesia in terris secũ habet cõsilium & Spiritum sponsi.

Cant. 1.

Cant. 4.

3 BERNARDVS sermone tertio in vigilia Natiuitatis Domini: Hodiè scietis, quia veniet Dominus. Verba hęc quidem suo loco & tempore in scriptura posita sunt, sed non incongruè illa vigiliæ Dominicæ natiuitatis Ecclesia mater aptauit. Ecclesia, inquam, illa quæ secum habet consilium & Spiritum sponsi & Dei sui, cui dilectus inter vbera commoratur, ipsam cordis sui sedem principaliter possidens & conseruans. Nimirũm ipsa est quę vulnerauit cor eius, & in ipsam abyssum secretorum Dei, oculum contemplationis immersit, vt & illi in suo, & sibi in eius corde, perennem faciat mansionem.

Sacrificiũ Ecclesiæ Catholicæ tantũm Deo acceptũ.

Exodi 12.

Opus bonum fructuosè tãtùm in Ecclesia peragitur.

Genes. 7.

Exod 33.

Veritas ex so-

4 GREGORIVS libro trigesimoquinto Moralium, capite sexto: Sola Ecclesia Catholica est, per quam sacrificium Dominus libenter accipiat, sola quæ pro errantibus fidutialiter intercedat. Vndè etiàm de agni hostia Dominus præcepit, dicés: In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foràs. In vna nanq; domo agnus comeditur: quia in vna Catholica Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex efferri foràs prohibet: quia dari sanctũ canibus vetat. Sola est, in qua opus bonum fructuosè peragitur, vndè & mercedem denarij nõ nisi qui intrà vineam laborauerant, acceperunt. Sola est, quæ intrà se positos valida charitatis compage custodit. Vndè & aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. Sola est, in qua superna mysteria veraciter contemplemur. Vndè & ad Moysen Dominus dicit: Est locus apud me, & stabis supra petram. Et paulò pòst: Tollam manum meam, & videbis posteriora mea. Quia enim ex sola catholica Ecclesia veritas conspicitur,

tur, apud se esse locum Dominus perhibet, de quo videatur.

In Cathol. Ecclesia conspicitur.

5. IRENAEVS libro tertio aduersùs hæreses, capite quadragesimo: In Ecclesia posuit Deus Apostolos, prophetas, Doctores, & vniuersam reliquam operationem spiritus: cuius non sunt participes omnes, qui non concurrunt ad Ecclesiam. Vbi Ecclesia, ibi & spiritus: & vbi spiritus Dei, illic Ecclesia & omnis gratia: Spiritus autem veritas. Quapropter qui non participant eum, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore Christi procedentem nitidissimum fontem: sed effodiunt sibi lacus detritos de fossis terrenis, & de cœno putridam bibũt aquam, effugientes fidem Ecclesiæ, nè traducantur, reijcientes verò Spiritum, vt non erudiantur. Alienati verò à veritate, dignè in omni volutantur errore &c.

In Ecclesia Spiritus sanctus & veritas.

Hiere. 2.

1. D. AVGVSTINVS epistola centesima septuagesima ad Seuerinum consanguineum suum: Perspicis quàm sit dolendũ, vt qui secundùm carnem fratres sumus, in Christi corpore non vna societate viuamus: præsertim quia facile tibi est, attendere & videre ciuitatem supra montem constitutam, de qua Dominus ait in Euangelio, quòd abscondi non possit. Ipsa est enim Ecclesia Catholica: Vndè καθολικὴ Græcè appellatur, quod per totum orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet, ideò secundùm verbum Domini nostri Iesu Christi, abscondi non potest.

Ecclesia facilè videri potest.

Matth. 5.

Catholica cur dicatur.

Nulli licet ignorare Ecclesiam.

2. IDEM in epistola centesima sexagesimasexta ad Donatistas: In scripturis didicimus Christum, in scripturis didicimus Ecclesiam. Has scripturas cõmuniter habemus: quarè non in eis & Christum & Ecclesiam communiter retinemus? Nos vbi agnouimus eum, de quo dicit Apostolus: Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius: non dicit, & seminibus tanquàm in multis, sed tanquàm in vno, & semini tuo quod est Christus: ibi agnouimus Ecclesiam, de qua dicit Deus ad Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Vbi agnouimus Christum in Psalmo de se prophetantem: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodiè genui te: ibi agnouimus Ecclesiam in eo quod sequitur, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Vbi agnouimus CHRISTVM in eo quod scriptum est, Et ipse tanquàm sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendum viam: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo, quod paulò superiùs dicitur: In omnem terram exiuit

In scripturis vt Christus, ità & Ecclesia demõstratur.

Galat. 3.

Genes. 22.

Psalm. 2.

Psalm. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesia in sole posita.

exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum: Ipsa est Ecclesia in sole posita, hoc est, in manifestatione omnibus nota vsq; ad terminos terræ. Adfert deindè plura ex scripturis testimonia,velutì ex psalmo vigesimoprimo, Conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ &c. Ex psalmo centesimosexto, Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua. Ex psalmo septuagesimoprimo,Et dominabitur à mari vsque ad mare,&c.Item ex Danielis secundo capite, Lapidem creuisse,& factum montem magnum,& repleuisse omnem terram.Ex Abacuc tertio,Et laudis eius plena est terra. Ex Esaiæ quinquagesimoquarto capite,Lætare sterilis quæ non paris &c.Ex psalmo quadragesimonono,Et vocauit terram à solis ortu vsq; ad occasum. Et ex Sophoniæ secundo capite, Adorabunt eum viri de loco suo, oēs insulæ gentium.

Augustinum quæ in Ecclesia Cathol. teneant.

Ioan.21.

3. IDEM Augustinus contra epistolā Manichæi,quam vocāt fundamenti,capite quarto:Vt omittam syncerissimam sapientiā,multa sunt alia quæ in Catholicæ Ecclesię gremio me iustissimè teneāt. Tenet consensio populorum atq; gentium,tenet authoritas miraculis inchoata,spe nutrita,charitate aucta,vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli,cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit,vsq; ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum. Tenet postremò ipsum Catholicę nomen,quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit,vt cùm omnes hæretici se Catholicos dici velint: quærenti tamē peregrino alicui,vbi ad Catholicam conueniatur,nullus hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.

4. IDEM libro de vera religione,capite septimo:Tenēda est nobis Christiana religio,& eius Ecclesiæ cōmunicatio quę Catholica est, & Catholica nominatur,nō solùm à suis,verùm etiam ab omnibus inimicis.Velint enim nolint ve ipsi quoq; hęretici, & schismatum alumni,quandò non cum suis,sed cum extraneis loquūtur,Catholicam nihil aliud quàm Catholicam vocant. Non enim possunt intelligi,nisì hoc eam nomine discernant,quo ab vniuerso orbe nuncupatur.

Catholica nominatur ab vniuerso orbe.

Verus Catholicus quis sit.

5. VINCENTIVS Lirinensis in libello aduersùs profanas omnium hæreseon nouationes:Ille est verus & germanus Catholicus,qui veritatem Dei,qui Ecclesiā, qui Christi corpus diligit, qui diuinæ religioni,q Catholicæ fidei nihil pponit,non hominis cuiuspiā authoritatē,nō amorē,nō ingeniū,nō eloquentiā,nō philosophiā:sed hęc cuncta

cuncta despiciens,& in fide fixus & stabilis pmanens, quicquid vniuersaliter antiquitùs Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit,id solùm sibi tenēdum credendumq; decernit.Quicqd verò ab aliquo deincèps vno,præter omnes, vel contra omnes sanctos,nouum & inauditum subinduci senserit,id non ad religionem,sed ad tentationem potiùs intelligat pertinere. Et sub libri principiū: In ipsa Catholica Ecclesia magnoperè curandum est, vt id teneamus, quod vbiq;,quod semper,quod ab omnibus creditum:hoc est etenim verè proprieq; catholicum, quod ipsa vis nominis ratioq; declarat, quæ omnia verè vniuersaliter compræhendit. Sed hoc ità demùm fit,si sequamur vniuersitatem,antiquitatem,consensionem.Sequemur autem vniuersitatem hoc modo: Si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur.Ecclesia: Antiquitatē verò ità, si ab his nullatenùs sensibus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrâsse manifestum est. Consensionem quoquè itidèm,si in ipsa vetustate,omniū vel certè penè omnium sacerdotum pariter & magistrorum definitiones, sententias q; sectemur.Quid igitur faciet Christianus Catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula ab vniuersalis fidei communiōe præciderit? Quid itaque,nisì vt pestifero corruptoq; mēbro sanitatem vniuersi corporis anteponat?Quid si nouella aliqua contagio non iam portiunculam tantùm,sed totam pariter ecclesiam commaculare conetur? Tūc item prouidebit,vt antiquitati inhæreat, quæ prorsùs iam non potest ab vlla nouitatis fraude seduci.Quid si in ipsa vetustate, duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius,aut etiàm prouinciæ alicuius error depræhendatur? Tunc omninò curabit,vt paucorum temeritati vel insciticæ, si qua sunt vniuersāliter antiquitùs vniuersalis*Concilij decreta pponat.Quid si tale aliquid emergat, vbì nihil eiusmodi reperiatur? Tunc operam dabit, vt collatas inter se Maiorum consulat interrogetq; sententias, eorum duntaxàt,qui diuersis licèt temporibus & locis, in vnius tamen Ecclesiæ Catholicæ communione & fide permanentes, magistri probabiles extiterunt:& quicquid non vnus aut duo tantùm, sed omnes præter vno eodemq; consensu,apertè,frequenter,perseueranter, tenuisse,scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quoquè intelligat absque vlla dubitatione credendum.

Catholicum quid propriè dicatur.

Vniuersitas.

Antiquitas.

Consensus.

*aliàs Ecclesiæ

6. HIERONYMVS in dialogo aduersùs Luciferianos:Breuem tibi apertamq; animi mei sententiam proferam: in illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata, vsque ad diem hanc durat.

In qua Ecclesia permanendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur CHRISTI, non à Domino IESV CHRISTO, sed à quoquam alio nuncupari, vt puta Marcionitas, Valentinianos, Montenses siue Campitas: scito non Ecclesiam CHRISTI, sed Antichristi esse synagogã. Ex hoc enim ipso, quòd posteà instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciauit.

Antichristi synagoga.

1. Tim. 4.

7. BEDA in sextum caput cãticorum: Sicut vnus Dominus, vna fides, vnum baptismum, vnus Deus & pater omnium, ità est vna Catholica electorum omnium multitudo, per omnia & mundi loca, & tempora seculi, eidem vni Deo & patri subiecta.

Catholicum ex personatũ locorum & temporum vniuersitate dicitur.

1. E. AVGVSTINVS tractatu trigesimosecũdo in Euãgelium Ioannis: Ecclesia est corpus CHRISTI, in hoc corpore membrum es: cùm ergò membrum sis eius corporis quod loquitur omnibus linguis, crede te loqui omnibus linguis. Vnitas enim membrorum charitate concordat, & ipsa vnitas loquitur, quomodò tunc vnus homo loquebatur. Datus est spiritus ad manifestationem: quia alij datur per spiritum sermo sapiẽtię &c. sed tu forsitan eorum omnium quę dixi, nihil habes. Si amas, non nihil habes. si enim amas vnitatem, etiàm tibi habet quisquis in illa habet aliquid. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo: tollam inuidiam, & meum est quod habes: liuor separat, charitas iungit. Oculus solus videt in corpore, sed nunquid soli sibi oculus videt? Et manui videt, & pedi videt, & cæteris membris videt: non enim si aliquis ictus in pedem veniat, auertit se oculus indè, vt non præcaueat: &c.

6. Cor. 12.

Communio fidelis cũ membris humani corporis respondet.

2. EVSEBIVS Cæsareẽsis Ecclesiasticę historiæ libro septimo, capite decimonono, vbi agit de Nepote Episcopo & eius schismate, refert ex Dionysio Alexandrino, quemadmodùm ille Presbyteros hæresi Chiliastarum infectos instituerit: eosq; valdè paratos & promptos fuisse ad assentiendum veritati perceptæ, & schismati atque errori abrenunciandum.

3. AVGVSTINVS libro secũdo de baptismo contra Donatistas, capite sexto: Vos itaque Donatistę, quid ad hęc dicitis? Si nostra sententia de baptismo vera est, omnes qui aliter sapiebant Cypriani temporibus, nõ sunt ab ecclesiæ vnitate separati, donèc illud quod aliter saperent, Deus illis reuelaret. Vos ergò quarè separatione sacrilega pacis vinculum dirupistis? Deindè, quantũ crimen sit schisma facere, his verbis explicauit: Tempore illo, quo Dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatũ atque adoratum est, & propheticus liber ira regis

Schisma quã graue peccatum Exod. 32. Ierem. 36.

gis contemptoris incensus, & schisma tentatum & idololatria gladio punita est, exustio libri, bellica cæde & peregrina captiuitate, schisma hiatu terræ sepultis authoribus viuis, & cæteris cælesti igne consumptis: quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum, quod est grauiùs vindicatum?

Num. 16.

4. IDEM Augustinus epistola decimanona ad Hieronymũ scribens, ostendit se salua charitate ab eo dissentire circa repræhensionem, qua aduersùs S. Petrum vsus est B. Paulus.

5. IDEM in libro de vera religiõe, capite sexto de bonis Christianis loquens, ità ait: Sæpè finit diuina prouidentia per nonnullas nimiùm turbulentas carnalium hominum seditiones expelli de congregatione Christiana etiàm bonos viros. Quam contumeliam vel iniuriam suam cùm patientissimè pro Ecclesiæ pace tulerint, neque vllas nouitates vel schismatis vel hæresis moliti fuerint, docebunt homines, quàm vero affectu, & quanta synceritate charitatis DEO seruiendum sit: talium ergò virorum propositum est, aut sedaris remeare turbinibus: aut si id non finantur, vel eadem tempestate perseuerante, vel nè suo reditu talis aut sæuior oriatur, tenẽt voluntatem consulendi etiàm eis ipsis, quorũ motibus perturbationibusq; cesserunt, sine vlla conuẽticulorum segregatione vsque ad mortem defendentes & testimonio iuuantes eam fidẽ, quam in Ecclesia Catholica prędicari sciũt. Hoc coronat in occulto pater in occulto videns. Rarum hoc videtur genus, sed tñ exempla non desunt: immò plura sunt, quàm credi potest. Ità omnibus generibus hominum & exemplorũ ad animarum curationem & ad institutionem spiritalis populi vtitur diuina prouidentia.

Pacem Ecclesiæ quanti faciant boni Christiani.

6. IDEM Augustinus sermone centesimo octogesimoprimo de tempore, capite decimotertio: Sanctorum communionem: id est, cum illis sanctis, qui in hac quam suscepimus fide defuncti sunt, societate & spei cõmunione teneamur. Si igitur cum sanctis in æterna vita communionem habere volumus, de imitatione eorum cogitemus. Debent enim in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, vt pro nobis dignentur Domino supplicare.

Ad sanctorũ communionẽ etiàm defuncti pertinẽt.

Sãcti p nobis in cælo supplicant.

7. ITEM in Enchiridio, capite qnquagesimosexto: Ecclesia tota hìc accipienda est, non solùm ex parte qua peregrinatur in terris, à solis ortu vsque ad occasum laudans nomen Domini, & post vetustatis captiuitatem cantans canticum nouum: verùm etiam ex illa quæ in cælis semper ex quo cõdita est, cohæsit Deo, nec vllum sui casus malum experta est. Hæc in sanctis angelis beata persistit, & suę

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesia triũphans militãti opitulatur.

parti peregrinanti ſicut oportet opitulatur: qa vtraque vna erit conſortio æternitatis, & nunc vna eſt vinculo charitatis, quæ tota inſtituta eſt ad colendum vnum Deum.

Piorũ animæ defunctorum ad Eccleſiam pertinent, & communionem eius.

7. ITEM libro vigeſimo de ciuitate Dei, capite nono: Neq; piorum animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, quæ etiàm nunc eſt regnum CHRISTI. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communione corporis CHRISTI: nec aliquid prodeſſet ad eius in periculis baptiſmum currere, nè ſine illo finiatur hęc vita: nec ad reconciliationẽ, ſi fortè per pœnitentiam malámve conſcientiam quiſque ab eodem corpore ſeparatus eſt. Cur enim fiunt iſta, niſì quia fideles etiam defuncti, membra eius ſunt?

Purgatorius ignis.

8. GREGORIVS libro quarto Dialogorũ, capite trigeſimonono: De quibuſdam leuibus culpis eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt, pro eo quod veritas dicit: Quia ſi quis in ſanctò

Matt. 12.

ſpiritu blaſphemiam dixerit &c. vt infrà de Sacramento Pœnitentiæ, quæſtione nona, litera C.

1. F. AVGVSTINVS epiſtola quinquageſima ad Bonifaciũ Comitem: Multi vnum corpus ſumus in CHRISTO. Ac per hoc

1. Cor. 12.

Extra eccleſiam nemo iuſtus, aut iuſtitiæ ſpiritum tenere poteſt.

nemo poterit eſſe iuſtus, quàm diù fuerit ab vnitate huius corporis ſeparatus. Quemadmodùm enim membrum, ſi præcidatur ab hominis viui corpore, non poteſt tenere ſpiritum vitæ: ſic homo qui præciditur de CHRISTI iuſti corpore, nullo modo poteſt ſpiritum tenere iuſtitiæ, etiam ſi figuram membri teneat quã ſumpſit in corpore. Et ſub finem eiuſdem epiſtolæ: Eccleſia Catholica ſola corpus eſt CHRISTI, cuius ille caput eſt, Saluator corporis ſui. Extra hoc corpus neminẽ viuificat Spiritus ſanctus: quia ſicut ipſe dixit Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Non eſt autem particeps diuinæ charitatis, qui hoſtis eſt vnitatis. Non habent itaque ſpiritum ſanctum, qui ſunt extra Eccleſiam. De illis quippe ſcriptum eſt: Qui ſeipſos ſegregant, animales, ſpiritum non habẽtes. Sed nec ille eum percipit, qui fictus eſt in eccleſia: quoniam & indè ſcriptum eſt: Sanctus enim ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum. Qui ergò vult habere ſpiritum ſanctum, caueat foris ab Eccleſia remanere, caueat in eam ſimulatè intrare: Aut ſi iam talis intrauit, caueat in eadem ſimulatione perſiſtere, vt veraciter coaleſcat arbori vitæ.

Spiritus ſanctus nó viuificat niſi mẽbra Eccleſiæ.

Rom 5.

Vnitatis hoſtis charitatẽ non habet.

Iudas 1 epiſt.

Sap. 1.

2. AVGVSTINVS epiſtola centeſima quinquageſimaſecunda ad Donatiſtas: Quiſquis ergò ab hac Catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantumlibèt laudabiliter ſe viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere

Ira Dei manet ſuper oẽs

lere, quòd à CHRISTI vnitate diſiunctus eſt, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

ab Eccleſia auulſos.

3. IDEM libro de vnitate Eccleſiæ, capite quarto: Quicunque de ipſo capite ſcripturis ſanctis conſentiunt, & vnitati Eccleſiæ non communicant, non ſunt in Eccleſia, quia de CHRISTI corpore quod eſt Eccleſia, ab ipſius CHRISTI teſtificatione diſſentiunt. Et paulò pòſt: Quicunque credunt quidem, quòd CHRISTVS IESVS, ità vt dictum eſt, in carne venerit, & in eadem carne, in qua natus & paſſus eſt, reſurrexerit, & ipſe ſit filius Dei, Deus apud Deũ, &c. ſed tamen ab eius corpore, quod eſt Eccleſia, ità diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto quacunque diffunditur, ſed in aliqua parte ſeparata inueniatur, manifeſtum eſt eos non eſſe in Catholica Eccleſia.

Non ſufficit de Chriſto recte ſentire, niſi etiàm eccleſiæ vnitati communicemus.

4. ET capite decimoſexto eiuſdem libri: Ad ipſam ſalutem ac vitam æternam nemo peruenit, niſi qui habet caput CHRISTVM. Habere autem caput CHRISTVM nemo poterit, niſi qui in eius corpore fuerit, quod eſt Eccleſia.

Extra eccleſiã nulla ſalus.

5. AVGVSTINVS, vel ſecundùm alios Fulgentius, libro de fide ad Petrum Diaconum, capite trigeſimoſeptimo: Firmiſsimè tene, & nullatenùs dubites, omnem extra Eccleſiam Catholicam baptizatum, participem fieri non poſſe vitæ æternæ, ſi ante finem vitæ huius, Catholicæ non fuerit redditus atque incorporatus Eccleſiæ. Quia ſi habeam, inquit Apoſtolus, omnem fidem, & nouerim omnia Sacramenta, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra arcam potuiſſe ſaluari.

Extra eccleſiam nemo poteſt fieri particeps vitæ æternæ.

1. Cor. 13.

Gen. 7.

6. DEINDE, capite trigeſimooctauo eiuſdẽ libri: Firmiſsimè tene, & nullatenùs dubites, non ſolùm omnes Paganos, ſed etiàm omnes Iudæos, Hæreticos, atque Schiſmaticos, qui extra eccleſiam Catholicam præſentem finiũt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

Extra eccleſiam manentes, damnabũtur.

7. ET capite trigeſimonono eiuſdem libri: Firmiſsimè tene, & nullatenùs dubites, quemlibet Hæreticum ſiue Schiſmaticum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptizatum, ſi Eccleſiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quantaſcunque eleemoſynas fecerit, etſi pro CHRISTI nomine etiàm ſanguinem fuderit, nullatenùs poſſe ſaluari. Omni enim homini, qui Eccleſiæ Catholicæ non tenet vnitatem, neque baptiſmus, neque eleemoſyna quamlibèt copioſa, nepue mors pro nomine CHRISTI ſuſcepta proficere poterit

Martyriũ extra eccleſiam non ſaluat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terit ad salutem, quàm diù in eo hæretica vel schismatica prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortem.

8. IRENAEVS libro quarto aduersùs hæreses, capite quadragesimotertio: Eis qui in Ecclesia sunt Presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis, sicut ostẽdimus, qui cum Episcopatus successione charisma veritatis certum, secundùm placitum patris acceperunt. Reliquos verò qui absistunt à principali successione, & quocunque loco colliguntur, suspectos habere, vel quasi hæreticos, & malæ sententiæ, vel quasi scindentes & elatos, & sibi placẽtes, aut rursus vt hypocritas, quęstus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hi decidunt à veritate: Et hæretici quidem alienum ignem afferẽtes ad altare Dei, id est, alienas doctrinas, à cælesti igne comburentur, quêadmodùm Nadab & Abiu. Qui verò exurgunt cõtra veritatem, & alteros adhortantur aduersùs Ecclesiam Dei, remanent apud inferos, voragine terrę absorpti, quemadmodùm qui circa Chore, Dathan, & Abyron. Qui autem scindunt & separant vnitatem Ecclesiæ, eandem quã Ieroboam pœnam percipiunt à Deo.

Hæreticorũ & Schismaticorum pœna & interitus. Leuit. 10.

Num. 16.

3. Reg. 4.

9. GREGORIVS libro decimoquarto Moralium, capite secundo: Sancta vniuersalis ecclesia prędicat, saluari veraciter nisi intra se non posse, asserens quòd omnes qui extra ipsam sunt, minimè saluabuntur.

Extra ecclesiã nemo saluatur.

10. CHRYSOSTOMVS homilia vndecima in Epistolam ad Ephesios: Nihil ità Deũ iritat, sicut Ecclesiæ diuisio. Et si innumera bona operati fuerimus, non minores tamen pœnas dabimus, quàm qui corpus ipsius prosciderunt, si plenitudinem & integritatem Ecclesiasticam discerpserimus. Illud enim lucro quidem factum est totius orbis, tametsi nõ eo animo si reprobos illos respexeris. Istud verò nihil vspiàm commodi habet, sed plurimum nocumenti. Ista mihi non ad Ecclesiæ primores duntaxàt dicuntur, sed & ad subditos. Vir quidam sanctus † quippiam dixit, quod audaciam sapere videtur, attamen dixit. Quid autem est istud? Peccatum videlicet istud ne martyrij quidem sanguine deleri. Dic enim, quæso, quam ob causam martyrium subis? An non propter Christi gloriam? Quo itaq; pacto, qui animam pro Christo exponis, Ecclesiam oppugnas, pro qua animam suam tradidit Christus? Audi Paulum ipsum: Non sum, inquit, dignus, vt vocer Apostolus, quoniã Ecclesiam Dei persecutus sum, ac vastaui illã. Et interiectis qbusdã: Dico & obtestor, Ecclesiã scindere non minus esse peccatum, q̃ in hæresim incidere.

Schismatis peccatum.

Cyprianum intelligit.

Martyrij sanguine nõ deletur peccatũ Schismatis.

1. Cor 15.

11. CON-

11. CONCILIVM LATERANENSE magnum sub Innocentio tertio, canone primo: Vna est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omninò saluatur.

Nemo saluatur extra ecclesiam.

12. CYPRIANVS libro primo, epistola vndecima ad Pomponium: Interfici Deus iussit Sacerdotibus suis non obtemperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes: & tũc quidem gladio occidebantur, quandò adhuc & circuncisio carnalis manebat: nunc autem quia circuncisio spiritalis esse ad fideles seruos Dei cœpit, spiritali gladio superbi & contumaces necantur, dum de ecclesia eijciuntur. Neque enim viuere foris possunt, cùm domus Dei vna sit, & nemini salus esse nisi in Ecclesia possit.

Deut. 17.

Excommunicatio est gladius spiritalis.

Foris viuere nequeant.

13. AVGVSTINVS libro primo contra aduersarium legis & Prophetarum, capite decimoseptimo: Claues regni cęlorum sic dedit CHRISTVS Ecclesiæ, vt non solùm diceret, Quæ solueritis super terram, erunt soluta & in cælis: vbi apertissimè bonum, non malum, pro malo reddit Ecclesia: verùm & adiungeret, Quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælo: quia bona est & vindicandi iustitia. Illud enim quod ait, Si nec Ecclesiam audierit, sit tibi tanquàm ethnicus & publicanus: grauius est, quàm si gladio feriretur, si flammis absumeretur, si feris subigeretur. Nam ibi quoquè subiunxit, Amen dico vobis, quæ ligaueritis super terram, erunt ligata & in cęlis: vt intelligeretur, quanto grauius sit punitus, qui velut relictus est impunitus. Hic dicat iste, si placet, Siccine mandata Saluatoris accipimus iubentis, Nemini reddideritis malum pro malo: sed si quis vos percusserit in vnam maxillam, præbete & alteram, & dimittite iniurias fratribus vestris? Eccè ab hominibus nõ reddentibus malum pro malo, alligatur homo amariùs & infeliciùs ecclesię clauibus, quàm quibuslibet grauissimis & durissimis, ferreis vel adamantinis nexibus.

Matt 16. & 18.

Matt. 18.

Excommunicatio quantũ timenda.

Matth. 5.

Nota pro excommunicatione.

14. IDEM sermone centesimo octogesimoprimo de tempore, capite duodecimo: Quisquis ille est, & qualiscunque est, Christianus non est, qui in CHRISTI ecclesia non est. Sola quippe est per quam sacrificium Dominus libenter accipiat, sola quę pro erranti-bus fidutialiter intercedat. Vndè etiàm de agni hostia Dominus p̃cepit, dicens: In vna domo comedetis, nec efferetis de carnibus eius foràs. In vna nanque domo agnus comeditur, quia in vna Catholica ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina iussio efferri foràs prohibet, quia dari sanctum canibus vetat. Sola est in qua opus bonum fructuosè peragitur: vndè mercedem

Extra ecclesiam Christianus non est, & nihil Deo acceptum est.

Exod. 16.

Matth. 20.

de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

denarij non nisì qui intra vineam laboraverant acceperunt. Sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit, &c. vt Gregorius suprà, litera C.

15. ITEM in Psalmum octogesimumoctauum, cõcione secũda: Amemus Dominũ Deum nostrum, amemus ecclesiam eius: illum sicut patrem, istam sicut matrem: illum sicut Dominum, hanc sicut ancillam eius, quia filij ancillæ ipsius sumus. Sed matrimonium magna charitate compaginatur. Nemo offendit vnum, & promeretur alterum. Nemo dicat, ad idola quidẽ vado, arreptitios quidem & sortilegos consulo, sed tamẽ Dei Ecclesiã non relinquo, Catholicus sum: tenẽs matrem, offendis patrem: alius item dicit, Absit à me, nõ consulo sortilegum, non quæro arreptitium, non quæro diuinationes sacrilegas, nec eo ad adoranda dæmonia, non seruio lapidibus, sed tamẽ in parte Donati sum. Quid tibi prodest nõ offensus pater, qui offensam vindicat matrem? Quid prodest, si Dominum confiteris, Deum honoras, ipsum prædicas, filium eius agnoscis, sedentem ad dexteram patris confiteris, & blasphemas ecclesiam eius? Non te corrigunt exempla humani coniugij? Si haberes aliquem patronũ, cui quotidiè obsequereris, cuius limina seruiendo cõtereres, quem quotidiè non dico salutares, sed & adorares, cui impenderes fidelia obsequia, si vnum crimen de eius coniuge diceres, nũquid domum eius intrares? Attendite ergò charissimi, tenete omnes vnanimiter Deum Patrem & matrem Ecclesiam.

Ecclesia amãda est tanquã mater.

Non prodest Deum colere & agnoscere, si Ecclesiã eius blasphemes.

Simile.

16. AVGVSTINVS epistola ducentesimaquarta ad Donatum presbyterum Donatistam: Foris autem ab ecclesia cõstitutus, & separatus à compage vnitatis & vinculo charitatis, æterno supplicio punireris, etiamsi pro CHRISTI nomine viuus incendereris.

Martyrium extra ecclesiã inutile.

17. CYPRIANVS lib. 1. epist. 1. Inimicus & hostis ecclesiæ, quos alienauit ab ecclesia & foràs duxit, vt captiuos & vinctos contẽnat & pterit: eos pgit lacessere, in qbus Christum cernit habitare. Quanq; etsi aliqs ex talibus fuerit apprehẽsus, nõ est ꝗd sibi quasi in cõfessione nominis blandiatur, cùm cõstet si occisi eiusmodi extra ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potiùs esse perfidiæ.

Pœnã pfidiæ.

18. IDEM libro quarto, epistola secunda ad Antonianum in fine: Apostatæ verò & desertores, vel aduersarij & hostes, & CHRISTI ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti secundùm Apostolum possunt ad ecclesiæ pacem, quãdò nec spiritus, nec ecclesiæ tenuerunt vnitatem.

Admitti nequeunt ad ecclesiæ pacem. Ephe. 4.

19. CYPRIANVS in tractatu de Simplicitate Prælatorũ, siue de ec-

de vnitate Ecclesiæ: Quisquis ab Ecclesia segregatus adulteræ iungitur, à promissis Ecclesiæ separatur. Nec perueniet ad Christi præmia, qui relinquit Ecclesiam Christi. Alienus est, profanus est, hostis est: Habere iam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Si potuit euadere quisquam, qui extra arcam Noë fuit: & qui extra Ecclesiam foris fuerit, euadit. Stare tu & viuere putas posse de Ecclesia recedentem, sedes sibi alias & diuersa domicilia condentem? cùm dictum sit ad Raab, in qua præformabatur Ecclesia, Patrem tuum & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam: & erit, omnis qui exierit ostium domus tuæ foràs, reus sibi erit. Item sacramentũ Paschæ nihil aliud in Exodi lege contineat, quàm vt agnus qui in figura Christi occiditur, in domo vna edatur. Caro Christi & sanctũ Domini eijci foràs non potest, nec alia vlla credentibus præter vnã Ecclesiã domus est. An secum esse Christum, cùm collecti fuerint opinantur, qui extra Christi Ecclesiam colligũtur? Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa discordiæ nec passiõe purgatur. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est: ad regnũ peruenire nõ poterit, qui eam quæ regnatura est, derelinquit. Cum Deo manere non possunt, quia esse in Ecclesia Dei vnanimes noluerunt. Ardeant licèt flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestijs animas suas ponant: non erit illa fidei corona, sed pœna psrfidiæ: nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest. An esse sibi cum Christo videtur, qui aduersùs sacerdotes Christi facit? qui se à cleri eius & plebis societate secernit? Arma ille contra Ecclesiam portat, contra Dei dispositionẽ repugnat. Si extra Ecclesiam fuerit occisus, ad Ecclesiæ non potest præmia peruenire. Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia eius, & fides vna, & plebs in solidam corporis vnitatem concordiæ glutino copulata. Scindi vnitas non potest, nec corpus vnum discidio compaginis separari, diuulsis laceratione viscceribus in frusta discerpi. Quidquid à matrice discesserit, seorsum viuere & spirare non poterit, substantiam salutis amittit.

Deum patrẽ non habebit, qui Ecclesiã non habet matrem.

Extra Ecclesiam non est salus. Iosue 2.

Exod. 12.

Ne martyrio quidem schismatis macula deletur.

Pœna perfidiæ.

A matrice separatum viuere nego.

20. AVGVSTINVS libro quarto de Symbolo ad Catechumenos, capite decimo: Huius conclusio sacramenti per sanctam Ecclesiam terminatur, quoniam si quis absq; ea inuẽtus fuerit, alienus erit à numero filiorum. Nec habebit Deum Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem. Nihilq; ei valebit quod credidit vel fecit

Extra Ecclesiam constituti.

Mater Ecclesia.

tanta bona sine fine summi boni. Ecclesia mater est spiritalis, Ecclesia sponsa Christi est, gratia eius dealbata, precioso sanguine dotata. Totum possidet quod à viro suo accepit in dote. Quæcunq; congregatio cuiusliber hæresis in angulis sedet, concubina est, non matrona. Cùm respexerit ille sponsus, eijcieris tu vt ancilla cum filijs tuis, quoniam non erunt hæredes filij ancillæ cum filijs liberæ.

Hæretici sunt filij cõcubinæ, & foras eijciendi. Gen. 21.

XIX

Quid proponit articulus decimus?

A. Remissionem peccatorum, qua sine iustus & saluus esse nullus potest. Hũc autem verè diuitem thesaurum Christus [a] nobis acerba morte, suoq; precioso sanguine comparauit, totus vt mundus peccatis eorumq; pœnis perpetuis liberaretur.

a Esai. 33. d Matth. 1. d & 9. a Apoc. 1. b Luc. 24. g Acto. 10. g Heb. 9. d 1. Ioan. 1. c Ephe. 1. b Col. 1. b Heb. 1. a

B. Cuius quidem thesauri per Christi gratiam participes duntaxàt fiunt ij, [b] qui se Fide & Baptismo ad Christi adiungunt Ecclesiam, & in eius vnitate obedientiaq; persistunt. Deindè q de commissis post Baptismum peccatis [c] pœnitentiam seriò agũt, & ijs aduersùs peccata pharmacis quæ Christus instituit, hoc est, Sacramẽtis, conuenienter vtuntur.

b Act. 2. f 8. b g. Mar. 16. d Ioã. 1. a Augu. in Ench. cap. 65. & de verbis Dom. ser. 11.

c 2. Cor. 12. f Act 8. d Ioã. 20. e Apoc. 2. b

C. Atque huc spectat potestas, vt vocãt, [d] Clauium, quam Christus ad remittẽda peccata ministris Ecclesiæ, & inprimis Apostolo [e] Petro eiusque successoribus legitimis, vtpotè summis Ecclesiæ rectoribus, commendauit.

d Hier. epist. 1 ad Heliod Aug. hom. 49. & 50 Chrys. lib 3. de sacerd. Cypr. li. 1 epis. 2. Luc. 10. f Matth. 18. b Ioan. 20 e

e Mat. 16. c Io. 21. e Hilar. can 16 in Matt. Bern lib. 2. de consid. Concil. Floren.

SCRI-

SCRIPTVRAE.

ESAIAE trigesimotertio: Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dñs rex noster: ipse saluabit nos, &c. Populus qui habitat in ea (Hierusalem), auferetur ab eo iniquitas.

MATTHAEI primo: Vocabis nomẽ eius IESVM: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

MATTHAEI nono: Et videns IESVS fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittũtur tibi peccata tua. Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c.

APOCALYPSIS primo: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

LVCAE vigesimoquarto: Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma.

ACTORVM decimo ait B. Petrus: Præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.

AD Hebræos nono: Christus assistens Pontifex futurorũ bonorum per amplius & perfectius tabernaculum nõ manufactum, id est, non huius creationis: neque per sanguinẽ hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinẽ introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram

ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti? &c.

PRIMAE Ioannis primo: Sanguis IESV Christi filij eius emundat nos ab omni peccato.

AD Ephesios primo: Gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundùm diuitias gratiæ eius.

AD Colossenses primo: Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum.

AD Hebræos primo: Purgationem peccatorum faciés, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

ACTORVM secundo: His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine IESV Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti.

ACTORVM octauo: Cùm verò credidissent Samaritani Philippo euangelizãti de regno Dei in nomine IESV Christi baptizabantur viri ac mulieres. Ibidèm: Et cùm irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait Eunuchus, Eccè aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens, ait: Credo filium Dei esse IESVM Christum. Et iussit stare currum, & descéderunt vterque in aquam, Philippus & Eunuchus: & baptizauit eum.

MARCI decimosexto: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

IOANNIS tertio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

POSTERIORIS ad Corinthios duodecimo. Timeo nè fortè cùm

cùm venero, nõ quales volo inueniã vos, &c. nè iterũ cũ venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeã multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egerũt pœnitentiã super immunditia & fornicatione & impudicitia, quam gesserunt.

ACTORVM octauo: Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, (inquit Petrus ad Simonem Magum) & roga Deum, si fortè remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui.

IOANNIS vigesimo: Accipite Spiritum sanctum: Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

APOCALYPSIS secũdo: Habeo aduersùm te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaq; vndè excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.

LVCAE decimo: Altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcũq; supererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi.

MATTHAEI decimooctauo: Amen dico vobis, quęcunque alligaueritis super terram, erũt ligata & in cælo: & quęcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cęlo.

IOANNIS vigesimo: Accipite Spiritum sanctum: quorũ remiseritis &c.

MATTHAEI decimosexto: Et tibi dabo (ait Dominus ad Petrum) claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cęlis.

IOANNIS vigesimoprimo: Dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei iterũ: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis qa

amo te. Dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertiò, Amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei, pasce oues meas.

PATRES.

1. B. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite sexagesimoquinto: Quia plerunque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quæcunque alia
Psalm. 37. signa procedit, cùm sit coram illo, cui dicitur, Gemitus meus à te non est absconditus: rectè constituuntur ab ijs qui Ecclesiæ præsunt, tempora pœnitentiæ, vt fiat etiàm satis Ecclesiæ, in qua remittuntur
Extra Ecclesiã nõ est peccatorũ remissio. ipsa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Ipsa namq; priùs Spiritum sanctum pignus accepit, sine quo nõ remittuntur vlla peccata, ità vt quibus dimittuntur, consequantur vitam æternam.

2. IDEM sermone vndecimo de verbis Domini: Remissio peccatorum quoniam non datur nisi in Spiritu sancto, in illa Ecclesia tãtummodò dari potest, quæ habet Spiritum sanctum. Et paulò pòst: Ideò remissio peccatorum, qua in se diuisi Spiritus euertitur & expellitur regnum, ideò societas vnitatis Ecclesiæ Dei, extra quam nõ
Extra vnitatẽ Ecclesiæ non est remissio pecc. fit ipsa remissio peccatorum, tanquàm proprium opus est Spiritus sancti, Patre & Filio cooperantibus, quia societas est quodãmodò Patris & Filij ipse Spiritus sanctus. Et nonnullis interiectis: In lectione secundùm Matthæum multo manifestiùs aperuit Dominus quid
In Spiritũ sanctũ peccat, q corde impœnitẽti vnitati Ecclesiæ resistunt. hic vellet intelligi: id est, quòd ipse dicat verbum contra Spiritum sanctum, qui vnitati Ecclesiæ corde impœnitenti resistit, vbi in Spiritu sancto remissio sit peccatorum. Hunc enim Spiritum nõ habẽs, vt iam dictum est, qui etiam Christi Sacramenta portantes atque tractantes, ab eius congregatione seiuncti sunt.

Sacerdotes corpus Christi cõficiunt, & ante diẽ iudicij quodãmodò iudicãt ex Clauium potestate. 1. C. HIERONYMVS epistola prima ad Heliodorum: Absit vt de his quicquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus: qui claues regni cælorum habentes, quodammodò ante iudicij diem iudicant: qui sponsam Domini sobria castitate cõseruant.

2. AVGVSTINVS in libro quinquaginta homiliarum, homilia quadragesimanona: Agite pœnitentiam, qualis agitur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia. Nemo sibi dicat, occultè ago, apud Deum ago,

ago, nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergò sine causa dictum est, Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cælo? Ergò sine causa sunt datæ claues Ecclesiæ Dei? Frustramus Euangelium Dei, frustramus verba Christi? Promittimus vobis quod ille negat?
Matth. 18. Ecclesiæ datæ sunt claues ad remittẽda peccata.

3. ET homilia quinquagesima eiusdem libri, capite decimo: Implicatus ergò tam mortiferis vinculis peccatorũ, detractat aut differt aut dubitat confugere ad ipsas claues Ecclesiæ, quibus soluatur in terra, vt sit solutus in cælo, & audet sibi post hanc vitam, quia tantùm Christianus dicitur salutem aliquam polliceri? Deindè vndecimo capite: Iudicet ergò seipsum homo in istis voluntate dum potest, & mores conuertat in melius, nè cùm iam non poterit, etiàm
Claues Ecclesiæ. præter voluntatem à Domino iudicetur. Et cùm in se protulerit saluberrimæ medicinæ sententiam, veniat ad antistites, per quos illi
Claues in Ecclesia per Antistites ministrantur. in Ecclesia claues ministrãtur, & tanquàm bonus incipiens iam esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sanctorum accipiat satisfactionis suæ modum. Denique capite decimo
Satisfactiõis modus à sacerdotibus accipiendus. sexto: Certiores sunt claues Ecclesiæ quàm corda regia. Quibus cluibus quodcunq; in terra soluitur, etiàm in cælo solutum esse promittitur. Et multò est honestior humilitas qua se quisque humiliat
Mors æterna vitatur. Ecclesiæ Dei, & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur.

4. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio: Qui terrã incolunt atque in ea versantur, ijs commissum est vt ea quæ in cælis sunt, dispensent: ijs datum est vt potestatem habeant, quam Deus optimus neque angelis neque archangelis datam esse voluit: neq; enim ad illos dictum est, Quæcunque alligaueris in terra, erunt alligata & in cælo: & quæcunque solueris in terra, erunt soluta & in cælo. Habent quidem & terrestres principes vinculi potestatem, verũ corporum solùm. Id autem quod dico Sacerdotum vinculũ, ipsam etiam animam contingit, atque ad cælos vsque peruadit: vsque adeò vt quæcunque infernè sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac seruorum sententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum cælestiũ potestatem illis à Deo concessam? Quorumcunque enim, ait, peccata retinueritis, retenta sunt. Quenã, obsecro, potestas hac vna maior esse queat? Pater omnifariam Filio potestatem dedit: cæterùm video ipsam eandem omnifariam potestatem à Deo filio illis traditã. Et paulò pòst: Nostris sacerdotibus non corporis leprã, verũ animę sordes, nõ dico purgatas probare, sed purgare prsùs cõcessum est.
Sacerdotum potestas etiã angelis denegata. Mat. 16. & 18.
Sacerdotum vinculum ad cælos puadit.
Quanta eorũ potestas.
Matth 28.
Animæ leprã purgant.

5. CY-

Universidad de Deusto
Biblioteca

5. CYPRIANVS libro primo, epistola secunda ad Cornelium: Nec enim fas erat aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidiū denegari, vt de seculo recedentes, sine communicatione & pace ad Dominum dimitterentur, quandò permiserit ipse, qui legem dedit, vt ligata in terris, etiàm in cælis ligata essent: solui autem possent illic, quę hìc priùs in Ecclesia soluerentur.

In Ecclesia militãte remissio peccatorū obtineri potest

6. HILARIVS Pictauorum Episcopus canone decimosexto in Matthæum: O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaq; ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cæli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium præiudicata authoritas sit in cælo, vt quę in terris aut ligata sunt aut soluta, statuti eiusdem conditionem obtineant & in cęlo.

Petrus Ecclesiæ petra.

Petri arbitrio Claues cæli traduntur.

7. BERNARDVS libro secundo de consideratione ad Eugeniū pontificem maximum: Agè indagemus adhuc diligentiùs quis sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps Episcoporū, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctiõe Christus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alij cęli ianitores, & gregum pastores: sed tu tanto glorioſius, quanto & differentius vtrinq; præ cęteris nomen hęreditâsti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modò ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vndè id probem quęris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporū, sed etiam Apostolorum sic absolutè & indiscretè totæ commissæ sunt oues? Si me amas Petre, pasce oues meas. Quas? Illius, vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certè regni? Oues meas, inquit. Cui non planum, non designâsse aliquas, sed adsignâsse omnes? Nihil excipitur, vbi distinguitur nihil. Et fortè prędentes cęteri cõdiscipuli erant, cùm cõmittens vni vnitatem omnibus commẽdaret, in vno grege, in vno pastore, secundũ illud: Vna est columba mea, formosa mea, perfecta mea. Vbi vnitas, ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, sed diuisionem, recedentes ab vnitate. Indè est quòd alij singuli singulas sortiti sunt plebes, scientes sacramentum. Deniq; Iacobus qui videbatur columna Ecclesię, vna contẽtus est Hie-

Romani Pontificis quanta authoritas.

Pastorum pastor. Probat ex sacris literis Bernardus Rom. pontificis authoritatem.

Ioan. 21.

Cant 6.

Galat. 2.

est Hierosolyma, Petro vniuersitatem cedens. Pulchrè verò ibì positus est suscitare semẽ defuncti fratris, vbì occisus est ille. Nam dictus est frater Domini. Porrò cedente Domini fratre, quis se alter ingerat Petri prærogatiuę? Ergò iuxta canones tuos alij in partẽ solicitudinis, tu in plenitudinẽ potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus: tua extenditur & in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. Nónne si causa extiterit, tu episcopo cęlum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere, etiàm & tradere satanæ potes? Stat ergò inconcussum priuilegium tuum tibi tam in datis clauibus, quàm in ouibus commendatis. Accipe aliud quod nihilominùs prærogatiuam confirmat tibi. Discipuli nauigabãt, & Dominus apparebat in littore: quodq; iucũdius erat, in corpore rediuiuo. Sciens Petrus quia Dominus est, in mare se misit: & sic venit ad ipsum, alijs nauigio peruenientibus. Quid istud? Nempè signum singularis Pontificij Petri, per quod non nauim vnã, vt cęteri quiq; suam, sed seculum ipsum susceperit gubernãdum. Mare enim seculum est: naues, Ecclesię. Indè est ꝙ altera vice instàr Domini gradiens super aquas, vnicum se Christi vicarium designauit, qui non vni populo, sed cũctis prędesse deberet. Siquidem aquę multę, populi multi. Ità cùm quisq; cęterorum habeat suam, tibi vna cõmissa est grandissima nauis facta ex omnibus ipsa vniuersalis Ecclesia toto orbe diffusa.

Ioan. 21.

Matth. 14.

Apoc. 17.

8. CONCILIVM Florentinum in literis vnionis: Diffinimus sanctam Apostolicam sedem & Romanum Pontificẽ, in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanũ successorẽ esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusq; Ecclesię caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernãdi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro IESV Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodùm etiàm in gestis œcumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur.

Rom. Põtifex in vniuersum orbẽ primatũ tenet.

In Petro plęna ei potestas tradita.

XX.

Quid habet vndecimus articulus?

A. Carnis resurrectionem, quæ in nouissimo die bonis, malisq; continget. Nam corpus hoc quod

Esa. 26. d
Iob. 19. d
Ezech. 37. a
1. Cor. 15. g

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Thess.4.d Ioan.11.c 5.e Mat.22.c Dā.12.a Philip.3.d Hier.ad Minerīū & Alexād. Ité ad Pammach.aduersus err. Ioā. Hieros. Greg. lib.14 Moral. cap.30. & sequētib. Aug in Enchir. ca. 84. & sequēt. Ité de ciu. Dei lib. 22. ca. 12. & sequentib. a 2.Corinth. 5.b Rom.14.b

fragile, caducum, multisq; morbis & perpetuis ęrumnis obnoxiū, & post mortem quoq; vermibus exedendū circūferimus, tam reuiuiscet, cùm in extremo illo die mortui omnes, CHRISTO vocante iudice, simul ad vitam & iudicium excitabuntur. Igitur ante CHRISTI [a] tribunal in carne cuncti apparebunt, vt citra exceptionē vnusquisq; ,put gessit in corpore suo, quod illi reddetur integrum, siue bonum, siue malum recipiat. [b] *Procedent autem, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionē iudicij,* & [c] *in supplicium æternum.*

b Ioan 5.e Matth. 13.d f

c Matth.25. d 13.g Athan. in symb.

B. Hac fide vir bonus & patiens in ęrumnis se vel maximis consolatur, vt in supremo etiàm vitę agone dicat, [d] *Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursùm circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.* Prudentes illi sanè, qui terrena hęc & moribūda membra, in iustitię ac [e] virtutis seruitutem redigunt, quiq; corpus hoc, velutì vas purum, beatæ pręparant immortalitati.

d Iob 19.d

Coloss. 3. a 1.Petr.3.c e 1.Cor.9.d Rom.6.b c d 2.Cor.15.f

SCRIPTVRAE.

ESAIAE vigesimosexto: Viuent mortui tui, interfecti mei resurgēt: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere.

IOB decimonono: Scio quòd redemptor meus viuit, & in

in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursùm circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei cōspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.

EZECHIELIS trigesimoseptimo: Facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini: & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus. Et circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valdè super faciem campi, siccaq; vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, putás ne viuent ossa ista? Et dixi, Domine Deus, tu nōsti. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida, audite verbum Domini. Hęc dicit Dominus Deus ossib⁹ his, Eccè ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem: & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis quia ego Dominus. Et prophetaui sicut pręceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetāte me, & eccè commotio: & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam. Et vidi, & eccè super ea nerui, & carnes assċderunt: & extenta est in ijs cutis desupèr, & spiritum nō habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum, Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla sup interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui sicut præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimìs valdè, &c.

PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Ipſe Dominus in iuſſu & in voce archangeli & in tuba Dei deſcendet de cęlo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: Deindè nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiàm Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus.

IOANNIS vndecimo: Dicit ei Martha, Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die.

ET capite quinto: Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quandò mortui audiẽt vocem filij Dei: & qui audierint, viuent. Et paulò pòſt: Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua oẽs qui in monumentis ſunt, audient vocem eius: & procedent qui bona fecerũt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.

MATTHAEI vigeſimo ſecundo: In illo die acceſſerũt ad
Deut.25. eum Saducęi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & interrogauerũt eum, dicẽtes: Magiſter, Moyſes dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres: & primus vxore ducta defunctus eſt: & non habens ſemen, reliquit vxorem ſuam fratri ſuo. Similiter ſecundus & tertius vſque ad ſeptimum. Nouiſſimè autem oẽium & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergò cuius erit de ſeptem, vxor? omnes enim habuerunt eam. Reſpondens autẽ Ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. In reſurrectione enim neque nubent, neque nubẽtur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cęlo. De reſurrectione autẽ mortuorum non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente vobis,
Exod.3. Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Nõ eſt DEVS mortuorum, ſed viuentium.

DANIELIS duodecimo: Et multi de his qui dormiunt in terræ

terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

AD Philippenſes tertio: Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt: vndè etiam Saluatorem expectamus Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundũ operationem qua etiam poſſit ſubijcere ſibi omnia.

POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

AD Romanos decimoquarto: Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & vnuſquiſque noſtrũm pro ſe rationẽ reddet Deo.

MATTHAEI decimotertio: In tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primũ zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem cõgregate in horreum meum. Sicut ergò colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebũt ſicut ſicut ſol in regno patris eorum. Simile eſt regnum cęlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium cõgreganti. Quam, cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerũt bonos in vaſa, malos autem foràs miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi: exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

MATTHAEI vigeſimoquinto: Et ibunt hi in ſuppliciũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

æternum,iusti autem in vitam æternam.

IOB decimonono:Scio quòd redemptor &c.

AD Colossenses tertio:Mortificate membra vestra quæ sunt super terram,fornicationem,immunditiam,&c.

PRIORIS Petri tertio: Mortuus est iustus pro iniustis,vt nos offerret Deo,mortificatos quidē carne, viuificatos autem spiritu.

PRIORIS ad Corinthios nono: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, nè fortè cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

AD Romanos sexto: Non ergò regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquàm ex mortuis viuentes:& mēbra vestra arma iustitiæ Deo. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem,ità nūc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Seminatur in corruptione: surget in incorruptiōe.Seminatur in ignobilitate:surget in gloria.Seminatur in infirmitate: surget in virtute.Seminatur corpus animale:surget corpus spiritale.

PATRES.

A. HIERONYMVS in epistola centesima quinquagesimasecunda ad Minerium & Alexandrum:Quæritis quo sensu dictum sit, & quo modo in prima ad Corinthios epistola Pauli Apostoli sit legendum:Omnes quidem dormiemus,non autem omnes immutabimur.An iuxta quædam exemplaria,non omnes dormiemus, oēs autem immutabimur:vtrunque enim in Græcis codicibus inuenitur.Deindè adducens veterum super ea re explicationes & sententias, hæc ex Didymo commemorat: Didymus (inquit) non pedibus,sed verbis in Origenis transiens sententiam,contraria via graditur.Eccè mysterium vobis loquor:Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. Quod ità disseruit: Si non indi-

1.Cor. 15.

Omnes morituros.

ge-

geret resurrectio interprete,nec obscuritatem haberet in sensibus: nunquàm Paulus post multa,quæ de resurrectione locutus est, intulisset:Eccè mysterium vobis dico: Omnes quidem dormiemus, id est,moriemur.non omnes autem, sed soli sancti,immutabimur. 1.Cor. 15.
Scio quòd in nonnullis codicibus scriptum sit:Non quidem omnes dormiemus,omnes autem immutabimur. Sed considerandum an ei,quod præmissum est, Omnes immutabimur, possit conuenire, quod sequitur:Mortui resurgent incorrupti,& nos immutabimur. Si enim omnes immutabuntur, & hoc commune cum cæteris est, superfluum fuit dicere,Et nos immutabimur. Quamobrem ità legendum est:Omnes quidem dormiemus, non omnes autē immutabimur.Si enim in Adam omnes moriuntur,& in morte dormitio est:omnes ergò dormiemus,siue moriemur. Dormit autem iuxta idioma scripturarum, qui mortuus est spe resurrectionis futuræ: 1.Thess. 4.
Omnisq; qui dormit,vriq; expergiscitur,si tamē nō subita vis mor- Ioann.11.
tis eum oppresserit,& mors somno fuerit copula.Cumq; omnes ità dormierint lege naturæ, soli sancti & corpore & anima in melius mutabuntur:ità vt incorruptio omnium resurgentiū sit, gloria autem atque mutatio propriè sanctorum. Et paulò pòst Acacij Cæsareensis episcopi expositionem adfert, quem in hæc verba scripsisse ait:Dicamus primùm de eo quod magis in plurimis codicibus inuenitur:Eccè mysterium dico vobis: Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. Dormitio mortem istam, quæ communis est omnium, significat: vndè rectissimè posuit, quòd omnes dormiamus,id est,moriamur,sicut suprà dixit: Quo modo in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabūtur. 1 Cor.15.
Cùm ergò omnes morituri sint,audite sacramenta, q̄ dico: Omnes quidem moriemur, sed non omnes immutabimur. Commutatio qua Paulus mutandus & sancti sunt,glorificatio intelligitur. Incorruptio autem idcircò communis est omnium, quia in eo miserabiliores erunt peccatores,vt ad tormenta perpetui sint, & non mortali & incorruptibili corpore dissoluantur. Legimus in eadem epistola,Apostolo differente,sacratam diuersitatem resurrectionis nō in natura corporum,sed in varietate gloriæ: dum alij resurgunt ad pœnas perpetuas,alij ad gloriam sempiternam. Alia enim caro vo- 1.Cor. 15.
latilium,alia piscium,alia iumentorum,& corpora cælestia, & corpora terrestria.Sic,inquit,erit & resurrectio mortuorum. Cui sententiæ magis acquiescit Ecclesia, vt omnes communi morte mori- Ecclesiæ sententia est oēs morituros,
amur,& non omnes mutemur in gloriam: iuxta illud quod Daniel scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed non oēs ad gloriam immutādor. Dan. 12.

scribit,Multi dormientes in terrę puluere resurgent:alij in gloriam æternam, alij in confusionem & opprobrium sempiternum. Qui enim resurgunt in opprobrium & confusionem sempiternam,non resurgent in æternam gloriam,in quam Paulus, & qui cum eo sunt, mutabuntur.Atque in fine Hieronymus ità concludit:Illud autem in fine breuiter commoneo:hoc quod in Latinis codicibus legitur: Omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur: in Græcis voluminibus non haberi,sed vel,Omnes dormiemus, non autem immutabimur:vel,Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur:quorum quis sensus sit, suprà diximus.

2. HIERONYMVS epistola sexagesimaprima ad Pammachium aduersùs errores Ioānis Hierosolymitani, qui Origenem secutus,corporis quidem resurrectionem futuram confitebatur,sed nō item carnis & eorundem membrorum. Mihi crede, inquit, non est simplex silentium tuum, quòd in expositione fidei tuæ ad decipiēdas aures ignorantium,nouiès corpus, & ne semel quidem carnes nominas. Alia enim carnis, alia corporis definitio est. Omnis caro est corpus,non omne corpus est caro. Caro est propriè,quæ sanguine,venis,ossibus,neruisq; constringitur. Corpus quanquàm & caro dicatur,interdùm tamen æthereum vel aëreū nominatur, quod tactui visuiq; non subiacet,& plerunquè visibile est & tangibile. In symbolo fidei & spei nostræ,quod ab Apostolis traditum,non scribitur in charta & atramento, sed in tabulis cordis carnalibus, post confessionem Trinitatis & vnitatem Ecclesiæ,omne Christiani dogmatis sacramentū,carnis rēsurrectiōe cōcluditur. Et tu intantū in corporis,& iterū corporis, & tertiò corporis,& vsq; nouiès corporis vel sermōe vel numero immoraris:nec semel nominas carnem, quod illi semp nomināt carnē, corpus verò tacēt. Et verba Iob aū-

Iob 19. ducēs,Rursum circūdabor pelle mea: Vbi hîc,inquit,corpus æthereum?vbi aëreum,& spiritui & aurę simile?Certè vbi pellis & caro, vbi ossa & nerui & sanguis & venæ,ibi carnis structura, ibi sexus proprietas.Et in carne,inquit,mea videbo Deum. Quandò omnis caro

Luc. 3. videbit salutare Dei,id est,Iesum Deum,tūc & ego videbo redemptorem & saluatorem & Deum meum: videbo autem in ista carne quæ me nunc cruciat, quæ nunc præ dolore distillat.Quem visurus sum ego ipse &c.Is si non in sexu suo resurrecturus est,si non eisdem membris quæ iacuêre in stercore,si non eosdem oculos aperiat, ad videndum Deum quibus tunc videbat vermiculos, vbi erit ergò Iob?Ego liberè dicam,fidē Ecclesiæ apertissimè confitebor. Resurrectionis veritas catholicæ, sine carne & ossibus, sine sanguine & membris intelligi non potest. Vbi caro & ossa & sanguis & membra sunt,ibi necessè est vt sexus diuersitas sit: vbi sexus diuersitas est,ibi Ioannes Ioannes,Maria Maria.Mea rusticitas sic credit,& sic intelligit sexum confiteri sine sexuum operibus:homines resurgere, & sic eos angelis adæquari.Nec statim superflua videbitur membrorum resurrectio,quæ caritura sint officio suo,cùm adhuc in hac vita positi,nitamur opera non implere membrorum.Et paulò pòst: Quid potentiam calumniaris? qui potest de medulla illa & de seminario vestro interiori,non carnes tantùm de carnibus,sed corpus educere,& aliud ex alio facere,& de aqua,id est,de vilitate carnium, præciosa & aërii corporis vina mutare:potest vtiq; eadem potentia qua de nihilo cuncta fabricatus est, reddere quæ fuerunt: quia multo minus est restituere quod fuerit, quàm facere quod non fuit.Miraris si de infantibus & senibus in perfecti viri ætatem resurrectio fiat,cùm de ipso terræ,absq; vllis ætatum incrementis, consummatus homo factus sit?Resurrectionē carnis omniumq; membrorum si velim probare,& ad singula testimonia explanationes adiungere, multis libris opùs erit. Profert deindè multa scripturæ testimonia quibus eam sententiam probat.

In eadē carne & ijsdem mēbris resurgemus.

Potentia diuina circa corpora

3. GREGORIVS libro decimoquarto moralium in Iob,capite trigesimo:Quid enim quotidiè,nisi resurrectionem nostram in elementis suis mundus imitatur?Per quotidiana quippe momēta lux ipsa temporalis quasi moritur,dum superuenientibus noctis tenebris,ea quæ aspiciebatur,subtrahitur:& quasi quotidiè resurgit, dū lux ablata oculis,suppressa iterùm nocte, reparatur. Per momenta quoquè temporum cernimus arbusta viriditatem foliorum amittere,à fructuum prolatione cessare: & eccè subitò quasi ex arescenti ligno, velut quadam resurrectione veniente videmus folia erumpere,fructum grādescere,& totam arborem rediuiuo decore vestiri.Indesinenter cernimus parua arborum semina terræ humoribus commendari:ex quibus non longè pòst aspicimus magna arbusta surgere,folia pomaq; proferre. Quid ergò mirum,si tenuissimum puluerem, vel à nostris oculis in elementis redactum, cùm vult,in hominem reformat,qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta redintegrat?Quia ergò rationales sumus conditi, spem resurrectionis nostræ ex ipsa debemus rerum specie & contemplatiōe colligere.Sed quia in nobis sensus torpuit ratiōis, accessit in exemplū gratia redemptoris. Venit nanq; conditor noster, suscepit mortem,

Resurrectionis demonstratio per similitudines rerum naturalium.

Christus suscitat

Universidad de Deusto
Biblioteca

carnæ resurrectiõis exemplar.

ostendit resurrectionem: vt qui resurrectionis spem ex ratione tenere noluimus, hanc ex eius adiutorio & exemplo teneremus. Et qui quis resurrectionis virtutem in se fieri posse desperat, verba in gentilitate positi viri fidelis erubescat, & penset quanto pœnæ sit pondere feriendus, si adhuc non credit suam, qui iam resurrectionem Domini cognouit factam: si & ille suam credidit, qui adhuc Domini Iesu sperabat esse faciendam. Et capite trigesimoprimo: In illa resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectũ spiritalis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ. In illa cælestis regni gloria caro secundùm naturam erit, sed secundùm passionum desideria non erit, qui deuicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit. ITEM capite trigesimotertio: Si post resurrectionem corpus palpabile non erit, profectò alius surgit quàm moritur: quod dictu nefas est credere, quia ego morior, & alius resurgat.

Iob intellige.

Corpus nostrũ erit post resurrectionẽ palpabile.

4. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite octogesimoquarto: Resurrecturam carnem omnium quicunq; nati sunt hominũ atq; nascentur, & mortui sunt atq; moriuntur, nullo modo dubitare debet Christianus. Capite octogesimoquinto, & octogesimosexto de abortiuis fœtibus disputat, an resurrecturi sint. AIT autẽ capite octogesimosexto: Ex quo incipit homo viuere, ex illo vtiquè iam mori potest. Mortuus verò, vbicunquè illi mors potuit euenire, quõ ad resurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non possum. CAPITE octogesimo de monstrosis fœtibus ità ait: Neque enim & monstra q̃ nascuntur & viuũt, quãlibèt citò moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ità vitiata resurrectura credenda sunt, ac non potiùs correcta emendataq; natura. Capite octogesimooctauo: Non perit DEO terrena materies, de qua mortaliũ creatur caro, sed in quẽlibet puluerem cinerẽmve soluatur, in quoslibet halitus auraſq; diffugiat, in quãcunque aliorũ corporum substantiã vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunq; animaliũ etiã hominũ cibũ cedat carnemq; mutetur, illi animæ humanæ pũcto temporis redit, q̃ illam primitùs, vt homo fieret, crescèret, viueret, animauit. Vide ista latiùs libro vigesimosecundo de Ciuitate Dei, capite vigesimo. CAPITE nonagesimo in Enchiridio: Indecorum aliquid ibi nõ erit, sed quicquid futurũ est, hoc decebit, quia nec futurum est, si nõ decebit. CAPITE nonagesimoprimo: Resurgent sanctorũ corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptiõe, onere, difficultate. Quantũ attinet ad corruptionem,

Quisquis vixit & mortuus est, resurget.

Monstra sine vlla deformitate naturæ resurgent.

Materia carnis humanæ non pit Deo, quauis variis formis subijciatur.

Nihil indecorum.

Nihil vitij aut deformitatis in Sanctorũ corporibus.

onem, quæ nunc aggrauat animam, & ad vitia quibus caro aduersùs spiritum concupiscit, tunc non erit caro, sed corpus. Quantũ autem attinet ad substantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod & post resurrectionem corpus Christi caro appellatũ est. Sed ideò ait Apostolus: Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale: quoniam tanta erit tunc concordia carnis & spiritus, viuificãte spiritu subditam carnẽ, vt nihil nobis repugnet ex nobis, sed sicut foris neminem, ità nec intùs nosipsos patiamur inimicos.

Caro vera erit, sine carnali tamen concupiscẽtia.

1. Cor. 15.

5. IDEM Augustinus libro vigesimosecũdo de ciuitate Dei, capite duodecimo, argumenta & calumnias infidelium contra resurrectiõem proponit. CAPITE decimotertio de abortiuis eadem tradit quæ in Enchiridio. CAPITE decimoquarto: Infantes (inquit) non in ea resurrecturi sint corporis exiguitate, qua mortui: sed quod eis tardiùs accessurum erat tempore, hoc sunt illo Dei opere miro atque celerrimo recepturi. CAPITE decimoquinto: Restat ergò vt suam recipiat quisq; mensuram, quam vel habuit in iuuentute, etiamsi senex est mortuus: vel fuerat habiturus, si antè est defunctus. Atq; illud quod commemorauit Apostolus de mensura ætatis plenitudinis Christi, si de resurrectione corporum dictũ est, sic accipiamus dictum, vt nec vltra, nec infra iuuenilem formã resurgant corpora mortuorum: sed in ea ætate & robore, vsq; ad quã Christum hic peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos definierunt esse etiam seculi huius doctissimi homines iuuentutẽ. CAPITE decimoseptimo: Mihi meliùs sapere videtur, q vtrunq; sexum resurrecturum esse non dubitant: non enim libido ibi erit, q̃ confusionis est causa, &c. Qui ergò vtrunq; sexum instituit, vtrunq; restituet. CAPITE decimonono: Nulla erit deformitas, quã facit incongruẽtia partiũ, vbi & q̃ praua sunt, corrigẽtur: & quod minus est, q̃ decet, vndè creator nouit, indè supplebitur: & quod plus est, q̃ decet, materiæ seruata integritate, detrahetur. Coloris porrò sanitas quanta erit, vbi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum? Quæ claritas in Christi corpore cũ resurrexit, ab oculis discipulorũ potiùs abscõdita fuisse, q̃ defuisse credẽda est. Nõ enim eam ferret humanus aspectus, qñ ille à suis ità deberet attendi, vt posset agnosci. CAPITE vigesimo: Nescio quo autem modo sic afficimur amore martyrũ beatorũ, vt velimus in illo regno in eorũ corporibus videre vulnerũ cicatrices, q̃ p Christi nõe pterulerũt: & fortasse videbimus. Nõ enim deformitas in eis, sed dignitas erit: & quædã, quãuis in corpore, nõ corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit:

In eodem sexu.

Decor & pulchritudo.

Matt. 13.

Claritas.

Cicatrices martyrum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Membra amputata restituentur. Matth.10.

nec ideò tñ si aliqua martyribus amputata & ablata sunt mẽbra, sine ipsis mẽbris erũt in resurrectiõe mortuorũ: qbus dictũ est, Capillus capitis vestri nõ pibit. Sed si hoc decebit in illo nouo seculo, vt indicia glorioſorũ vulnerũ in illa immortali carne cernantur: vbi mẽbra vt p̃ciderẽtur, p̃cussa vel secta sunt, ibi cicatrices: sed tñ ijsdẽ mẽbris redditis, nõ p̃ditis, apparebũt. Quãuis itaq; oĩa q̃ acciderũt corpori vitia, tũc nõ erũt: nõ sunt tñ deputãda, vel appellanda vitia, virtutis indicia. Absit aũt vt ad resuscitanda corpora, vitæq; reddẽda, nõ posit omnipotentia creatoris oĩa reuocare, q̃ vel bestia, vel ignis absumpsit: vel in puluerẽ cinerémve collapsum, vel in humorem solutũ, vel in auras est exhalatũ. Absit, vt sinus vllus, secretũq; naturæ ità recipiat aliquid subtractũ sensibus nostris, vt oim creatoris aut lateat cognitionẽ, aut effugiat potestatẽ. Et post quædã: Etsi omnibus perijsset modis caro humana, nec vlla eius materies in vllis naturæ latebris remãsisset, vndè vellet, eã repararet omnipotẽs.

Potentia creatoris in restituendis cineribus.

ATHANASIVS Alexandrinus Episcopus in Symbolo: Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

XXI

Quis est postremus Articulus?

1. Cor. 2. c
Ioann. 17. a
Matt. 19. b d 25. d
Apo 2. b c g 3. c d 7. d 21. b 22. c
Rom. 2. b
Tit. 1 2 2. d 3 b
2. Tim 4. b
1. Ioã. 2. d 3. a
1. Pet. 1. 2
Rom. 6. d

A. De vita æterna, quã electis post mortẽ supesse minimè dubitemus. Atq; hic fructus & finis est fidei, spei, patiẽtię & exercitatiõis Christianę. Cuius vitę cõsequẽdę causa nullũ pietatis opus arduum, nullus labor grauis, nullus dolor acerbus, nullũ in agendo patiẽdoq; tẽpus diuturnũ ac molestũ verè credẽti debet existimari. quòd si vita hac, q̃ calamitatis alioquin plena est, nihil dulcius ac optabilius ducitur: quãto illa demũ potior habenda est, [a] quę ab oñi malorum sensu & metu procùl abest, quæ cælestibus & ineffabilibus sine fine gaudijs, delicijs

a Aug. de ciuit. Dei li. 22. ca. 29. & 30. & li. 1. de lib. arbi. ca. vlt. Itẽ ser. 64. de ver. Dom. & li. 3.

cijs ac voluptatibus oñi ex parte semper abundat?

de Symb ad Catec. ca. 11.

B. De qua vita CHRISTVS, [b] *Nolite timere pusillus grex*, inquit, *quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Qui & in extremo iudicij die dicet electis: [c] *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* Impijs verò in hunc modum loquetur: [d] *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Id quod [e] non solũ ad ethnicos, Hęreticos, Schismaticos & palàm flagitioſos ptinet: verùm etiam ad Christianos, quos in mortali peccato [f] mors opprimit, est referendum.

b Lucæ 12. d
c Matth. 25. e
d Ibidẽm. d
e Aug. vel Fulgẽtius in lib. de fide ad Petrũ Diaconũ cap. 38. & 40.
f Ezc. 18. a 33. b Rom. 6. d Sap. 1. d 1. Cor. 6. b

C. Adijcitur demùm clausula istęc [g] *Amen*, vt fidei & cõfessionis huius Christianę testimonium apud nos indubitatum esse ac solidũ demonstret.

g Hieron. ad Marcellam epist. 137.

SCRIPTVRAE.

PRIORIS ad Corinthios secundo: Sed sicut scriptũ est, (Esaię sexagesimoquarto scilicet) Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę prępauit DEVS ijs qui diligunt illum.

IOANNIS decimoseptimo: Hęc est autem vita ęterna, vt cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.

MATTHAEI decimonono: Et sunt Eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cęlorum. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cęlorum. Magister bone, quid boni faciã, vt habeam vitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ęternam? Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Diues difficilè intrabit in regnum cęlorum. Omnis qui reliquerit domũ vel fratres, &c. centuplum accipiet, & vitã ęternã poſſidebit.

MATTHAEI vigeſimoquinto: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mũdi. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti aũt in vitã æternã.

APOCALYPSIS ſecundo: Vincenti dabo edere de ligno vitę, quod eſt in Paradiſo DEI mei. Eſto fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Vincenti dabo manna abſconditum, &c. Qui vicerit, & cuſtodierit vſq; in finem opera mea: dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tãquàm vas figuli cõfringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam.

APOCALYPSIS tertio: Eccè venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illũ columnam in templo Dei mei, & foràs non egredietur ampliùs: & ſcribã ſup eum nomẽ Dei mei, & nomẽ ciuitatis Dei mei nouæ Hieruſalẽ, q̃ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meũ nouũ. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.

APOCALYPSIS ſeptimo: Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerũt eas in ſanguine agni. Ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiũt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. Non eſurient neque ſitient ampliùs, nec cadet ſuper illos ſol, neq; vllus æſtus: quoniam agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitę fontes aquarũ, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Vidi ſanctam ciuitatẽ Hieruſalem nouam, deſcendentem de cęlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. & audiui vocem magnã de throno

throno, dicẽtem: Eccè tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt: & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus: & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abiêrunt. Qui vicerit, poſſidebit hęc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecũda Et paulò pòſt: Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cęlo à Deo, habentem claritatem Dei, & lumen eius ſimile lapidi precioſo: &c. Et ciuitas non eget ſole neq; luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eã, & lucerna eius eſt agnus. Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic. Nõ intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium: niſi qui ſcripti ſunt in libro vitę agni.

APOCALYPSIS vigeſimoſecundo: Eccè venio citò, & merces mea mecũ eſt, reddere vnicuiq; ſecundùm opera ſua.

AD Romanos ſecundo: Qui reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius: ijs quidem qui ſecundùm patiẽtiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quęrunt, vitam ęternam. Gloria, & honor, & pax omni operanti bonũm.

AD Titũ primo: Paulus Apoſtolus ſecundũ fidẽ electorũ Dei & agnitionẽ veritatis, q̃ ſecũdùm pietatẽ eſt in ſpem vitę ęternę, quã promiſit q̃ nõ mentiẽ Deus ante tẽpora ſecularia.

ET capite ſecundo: Expectantes beatã ſpem & aduẽtum glorię magni Dei & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, &c.

ITEM capite tertio: Vt iuſtificati gratia ipſius, hęredes ſimus ſecundùm ſpem vitę ęternæ.

Poſte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

POSTERIORIS ad Timotheum quarto. Bonũ certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi DOMINUS in illa die, iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius.

PRIMAE epistolę Ioannis secundo capite: Et hęc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam ęternam.

ET capite tertio: Charissimi, nũc filij Dei sumus: & nondùm apparuit quid erimus. Scimus quoniã cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omis q habet hãc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

PRIORIS epistolę Petri primo capite: Benedictus Deus & Pater DOMINI nostri IESV CHRISTI, qui secundũ misericordiã suam magnã regenerauit nos in spem viuã, per resurrectionem IESV CHRISTI ex mortuis, in hęreditatẽ incorruptibilem, & incõtaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cęlis.

AD Romanos sexto: Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam ęternam.

EZECHIELIS decimooctauo: Anima quę peccauerit, ipsa morietur.

EZECHIELIS trigesimotertio: Impius in iniquitate sua moriẽtur.

AD Romanos sexto: Stipendia peccati, mors.

SAPIENTIAE primo: Iniustitia est mortis acquisitio: impij autem manibus & verbis accersiẽrunt illam.

PRIORIS ad Corinthios sexto: An nescitis qa iniq regnũ Dei non possidebũt? Nolite errare. Neq; fornicarij &c. neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum DEI possidebunt.

Patres

PATRES.

1. A. AVGVSTINVS libro vigesimosecundo de ciuitate Dei, capite vigesimonono: Propter quod ait Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Præmium itaque fidei nobis vitio ista seruatur, de qua & Ioannes Apostolus loquens: Cùm apparuerit, inquit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Facies autem DEI, manifestatio eius intelligenda est, nõ aliquod tale membrorum, quale nos habemus in corpore atque isto nomine nũcupamus. Disputat deindè, an corporeis oculis Deum visuri simus. 1.Cor.13. 1.Ioan.3.

2 ET capite trigesimo eiusdem libri: Quãta erit illa felicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus? Nam quid aliud agetur, vbi neque vlla desidia cessabitur, neque vlla indigẽtia laborabitur, nescio. Admoneor etiàm sancto Cantico, vbi lego vel audio: Beati qui habitãt in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Omnia membra & viscera incorruptibilis corporis, quæ nũc videmus per vsus necessitatis varios & motus distributa, quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secura, sempiterna felicitas, proficient in laudibus Dei. Omnes quippe illi, de quibus iam sum locutus, qui nunc latent harmoniæ corporalis numeri, non latebunt, intrinsecùs & extrinsecùs per corporis cuncta dispositi, & cum cæteris rebus, quæ ibi magnę atque mirabiles videbuntur, rationales mẽtes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delectatione succendent. Certè vbi volet spiritus, ibi protinùs erit corpus: nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritũ possit decere, nec corpus. Vera ibi gloria erit, vbi laudantis nec errore quisquã, nec adulatiõe laudabitur. Verus honor qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno: sed nec ad eum ambiet vllus indignus, vbi nullus permittetur esse, nisi dignus. Vera pax ibi est, vbi nihil aduersi, nec à seipso, nec ab alio quisquam patietur. Præmium virtutis erit ipse qui virtutem dedit, & qui seipsum quo melius & maius nihil possit esse, promisit. Quid est enim aliud quod per prophetam dixit, Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs: nisi, ego ero vndè satientur: ego ero quæcunque ab omnibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait Apostolus, vt sit Deus oĩa in omnibus. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatiõe laudabitur. Hoc mu- Vitæ æternæ felicitas quã. ta. 1.Cor.15. Psal.83. Hiere.31. 1.Cor.15.

S nus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præmiorum in cælo diuersitas.

nus, hic affectus, hic actus profectò erit omnibus, sicut ipsa vita æterna, communis. Cæterùm qui futuri sint pro meritis præmiorũ etiàm gradus honorum atque gloriarum, quis est idoneus cogitare, quanto magis dicere? Quòd tamen futuri sint, non est ambigendum. Atque id etiam beata ciuitas illa magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori vllus inferior inuidebit, sicut nũc non inuident archangelis angeli cæteri.

3. IDEM Augustinus libro tertio de libero arbitrio, capite vigesimoquinto, eoq; vltimo: Tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis veritatis atque sapientiæ, vt etiamsi non liceret ampliùs in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delicijs & circunfluentia temporalium bonorum, rectè meritoq; contemnerentur. Non enim falso aut paruo affectu dictum est: Quoniam melior est dies vnus in atrijs tuis super millia.

Nota de gaudijs regni cælestis.

Psal. 83.

4. IDEM Augustinus sermone sexagesimoquarto de verbis Domini: Non magnum est diù viuere aut semper viuere, sed magnum est beatè viuere. Amemus vitam æternam, & ex eo nouerimus, quãtum pro vita æterna laborare debemus, cũ videmus homines amatores præsentis vitæ temporalis atque finiendæ, sic pro illa laborare, vt quandò venerit metus mortis, quidquid possunt faciant, non vt auferant, sed vt differant mortem. Quantum laborat homo quãdò mors imminet, fugiendo, latendo, quidquid habet dando & se redimendo, laborando, cruciatus molestiasq; sustinẽdo, medicos adhibendo, & quicquid aliud homo potest? Faciliùs inuenimus in vita æterna quid ibi non sit, quàm quid ibi sit. Tantum valet quãtum habes. Te da, & habebis illam: Non ibi erit lassari & dormire, nõ ibi erit esurire & sitire, nõ ibi erit crescere & senescere. Eccè quãta tuli, & nondùm dixi quid ibi erit: Eccè iam vita est, iam incolumitas est, iam nulla pœna, nulla fames, nulla sitis, nullus defectus, nihil horũ, & tamen nondùm dixi, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

Quàm diligẽter laborandum pro vita æterna.

In vita æterna quid non sit, faciliùs explicatur, quàm quid in ea sit.

1. Cor. 2.

5. ITEM libro tertio de symbolo ad Catechumenos, capite vndecimo, eoq; vltimo: Faciliùs possumus dicere in illa vita æterna qd ibi non sit, quàm quid ibi sit. Non est ibi mors, nõ est ibi luctus, non est ibi lassitudo, non est infirmitas, non est fames, nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigẽtia, nulla mœstitia, nulla tristitia. Eccè diximus quid ibi non sit. Quid autem ibi sit, vultis nõsse? Hoc nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præpa-

Quid non sit in æa.

1. Cor. 2.

rauit Deus diligentibus se. Si in cor hominis non ascẽdit, cor hominis illuc ascendat: mundetur cor ab omni immũditia, vt possit portare Deum, qui est vera sempiterna q; iustitia.

1 B. IDEM Augustinus vel secundùm alios Fulgẽtius, in libro de fide ad Petrum Diaconum, capite trigesimooctauo: Firmissimè tene & nullatenùs dubites, non solùm omnes Paganos, sed etiàm omnes Iudæos, hæreticos atque schismaticos, qui extra ecclesiam catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Hæretici & Schismatici extra Ecclesiam defuncti, damnantur. Matt. 25.

2 ET capite quadragesimo: Firmissimè tene & nullatenùs dubites, non omnes qui intra ecclesiam catholicam baptizantur, accepturos esse vitam æternam: sed eos qui percepto baptismate, rectè viuunt. Regnum enim cælorum sicut infideles hæretici atque schismatici non habebunt, sic Catholici criminosi possidere non poterunt.

Soli probi ex catholici saluantur.

1 D. HIERONYMVS ad Marcellam epistola centesima trigesimaseptima: Amen, Aquila πιστιθησομένως exprimit: quod nos, fideliter, possumus dicere, ductum aduerbium ex nomine fidei. Amen, Septuaginta γένοιτο, id est, fiat: vndè & in fine librorũ (in quinque siquidem volumina psalterium apud Hebræos diuisum est) fiat fiat, transtulerunt: quod in Hebraico legitur, Amen amen, quo scilicet ea verè dicta quę sunt suprà, confirmentur. Vndè & Paulus asserit, non posse aliquem respondere Amen, id est, confirmare, quæ prædicata sunt, nisi intellexerit prædicationem.

Amen quid designet.

1. Cor. 14.

XXII

Est'ne satis Christiano ea sola credere, quæ complectitur Symbolum?

A. Primùm & maximè quidem ea, quæ Symbolo tradũtur Apostolico, cuiuis credẽda, & apertè [a] profitenda sunt. Ea verò explicatiora fiunt ex collatione tum Symboli Patrum, tum eius quod Athanasio inscribitur.

Heb. 5. d 6. a 1. Pet. 3. c

a Ambro. lib. 3. de virginibus. Aug. lib. 1 de symb. ad Catechu. cap. 1. & lib. 2. cap. 1.

B. Secundò Christianus quęcunque scriptura

Universidad de Deusto
Biblioteca

b 2.Pet.1.d Rom.15.a 2 Tim.3 d

[b] diuina seu Canonica complectitur, credat necesse est. Certos verò & [c] legitimos scripturę libros non aliundè, quàm ex Ecclesiæ iudicio & authoritate, petere fas est.

c Toleta.1.cõ. 21.Aug.serm. 129 & 191.de temp. Hier.in sym. adDamascen. Aug contra epist. fun. ca. 5.Trident. sess.4.

C. Tertiò huc illa pertinẽt, quæ partim ex Symboli articulis, partim ex scripturis, velut diuinis fontibus necessariò [d] deducuntur.

d Mat.22.c

D. Quartò demùm pro sacrosanctis habenda firmissimaque fide complectenda sunt, quæ Spiritus sanctus credenda nobis reuelat pronunciatq; per [e] Ecclesiam, siue scripto illa, siue viuæ vocis traditione nobis commendentur. Qua de re posteà commodiùs disseretur.

e Cyril.epist. 19.ad Nestor. Iren.lib.3.ca. 4.& lib.4.ca. 45.& 63. Hiero.contra Lucifer. Vincen. Lirinen. con.notatores.

E. Circa hæc igitur omnia fides orthodoxa versatur, qua [f] sine Sectarij omnes frustrà sibi ac alijs gratiam & salutem in CHRISTO pollicentur.

f Leo serm.4. de.Natiu.do.

SCRIPTVRAE.

AD Hebræos quinto: Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus, rursùm indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opùs sit, non solido cibo.

ET sexto capite: Quapropter intermittentes inchoationis CHRISTI sermonem, ad perfectionem feramur, nõ rursùm iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum doctrinę, impositionis quoquè manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni.

PRIORIS Petri tertio: Dominum autem CHRISTVM sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationẽ de ea, quæ in vobis est, spe.

POSTERIORIS Petri primo: Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendẽtes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donèc dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: hoc primùm intelligentes, q̃ omnis prophetia Scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquandò prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

AD Romanos decimoquinto: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum, spem habeamus. Deus autem patiẽtiæ & solatij det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundùm IESVM CHRISTVM: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini nostri IESV CHRISTI.

POSTERIORIS ad Timotheum tertio: Tu verò permane in ijs, quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris: & quia ab infantia sacras literas nôsti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quę est in CHRISTO IESV. Omnis scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

MATTHAEI vigesimosecundo: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectiõe enim neque nubent, neque nubentur: sed sunt sicut angeli Dei in cælo. De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est à Deo dicente vobis, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium. Exo.3.

PATRES

I. A. AMBROSIVS libro tertio de Virginibus: Symbolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Symbolum quotidiè recensendum. Militiæ sacramentum.

quoquè ſpecialiter debemus tãquàm noſtri ſignaculum cordis, antelucanis horis quotidiè recẽſere: quò etiam cùm horremus aliqd, animo recurrendum eſt. Quandò enim ſine militię ſacramento miles in tentorio, bellator in prælio?

Symbolum quotidiè dicendum.

2. AVGVSTINVS libro primo de Symbolo ad Catechumenos, capite primo: Accipite regulam fidei quod Symbolũ dicitur, & cùm acceperitis, in corde ſcribite, & quotidiè dicite apud vos: antequã dormiatis, antequã procedatis, veſtro ſymbolo vos munite.

Cùm Symboli ſacramento & Crucis vexillo diabolo occurrendũ.

3. IDEM libro ſecundo de Symbolo ad Catechumenos, capite primo: Si quãdò voluerit aduerſarius inſidiari, nouerit redemptus, cum Symboli ſacramento & crucis vexillo ei debere occurri.

Canonicæ ſcripturæ ex eccleſiæ iudicio æſtimãdæ.

1. B. CONCILIVM primum Toletanum, canone vigeſimo primo in aſſertione Catholicæ fidei: Si quis dixerit vel crediderit, alias ſcripturas, præter eas quas eccleſia Catholica recipit, in authoritate habendas vel eſſe venerandas, anathema ſit.

2. AVGVSTINVS ſermone centeſimo vigeſimonono de tempore: Si quis aliquas ſcripturas præter eas quas Eccleſia Catholica recepit, vel authoritatem habendas eſſe crediderit, vel fuerit veneratus, anathema ſit.

3. IDEM ſermone centeſimo nonageſimoprimo de tẽpore: Nouum & vetus teſtamẽtum recipimus in illo librorum numero, quẽ ſanctæ Eccleſiæ Carholicæ tradit authoritas.

4. HIERONYMVS in explanatione Symboli ad Damaſum: Nouum & vetus teſtamentum recipimus in eo librorum numero, quem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ tradit authoritas.

5. AVGVSTINVS contra epiſtolam Manichæi, quam vocant fundamenti, capite quinto: Ego verò Euangelio non crederem, nisi me Catholicæ Eccleſię commoueret authoritas.

6. CONCILIVM Tridentinum ſeſsione quarta in decreto de Canonicis ſcripturis: Si quis autẽ libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habẽtur, pro ſacris & canonicis nõ ſuſceperit, & traditiones prędictas ſciens & prudens contempſerit, anathema ſit. Vide latiùs infrà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione decimaſexta, lit. A.

Non ſatis eſt, Symbolum patrũ verbis profiteri.

1. D. CYRILLVS Alexandrinus vnà cum Alexandrina ſynodo, epiſtola decima ad Neſtorium: Nõ ſufficiet pietati tuæ, ſi ſymbolum tantùm fidei, quod olim à ſancta & magna ſynodo in Nicea in ſpiritu ſancto congregata eſt expoſitum, nobiſcũ confiteare. Non enim

enim rectè illud intelligis & interpretaris, ſed magìs peruersè, licèt dictionẽ illius voce cõfitearis: ſed cõueniet, vt & ſcripto & iureiurãdo cõfiteare, cũ quòd ſceleſta tua & ,pphana dogmata anathematizes, tũ quòd ſenſurus ſis & docturus cadẽ, q̃ & nos oẽs, & q̃ in oriẽte ſunt & occidente Epiſcopi & doctores, & populorũ p̃fides. Subiecimus verò hiſce literis noſtris cũ q̃ ſentire debeas ac docere, tũ à quibus abſtinere cõueniat. Eſt enim hęc Catholicę & Apoſtolicę eccleſię fides, quã ,pbant oẽs tã occidẽtis, q̃ oriẽtis Orthodoxi Epiſcopi.

Docẽdum & ſentiendum quod epiſcopi & eccleſiæ doctores.

2. IRENAEVS libro tertio aduerſùs hęreſes, capite quarto: Nõ oportet adhuc q̃rere apud alios veritatẽ, quã facile eſt ab eccleſia ſumere, cũ Apoſtoli quaſi in depoſitoriũ diues, pleniſsimè in ea cõtulerint oĩa, q̃ ſint veritatis, vtì oĩs qcunq; velit, ſumat ex ea potũ vitę. Hęc eſt enim vitę introitus, oẽs aũt reliqui fures ſunt & latrones: ,propter q̃d oportet deuitare quidẽ illos, q̃ aũt ſunt eccleſię, cum magna diligẽtia diligere, & ap̃hendere veritatis traditionẽ. Quid ſi neque Apoſtoli quidẽ ſcripturas reliqſſent nobis, nónne oportebat ordinẽ ſeq traditiõis, quã tradiderũt ijs qbus cõmittebãt Eccleſias? cui ordinatiõi aſſentiũt multę gẽtes Barbarorũ, eorũ q in Chriſtũ credũt, ſine charactere vel atramento ſcriptam habentes per ſpiritũ in cordibus ſuis ſalutem, & veterẽ traditionẽ diligenter cuſtodientes, &c.

Ab Eccleſia petenda veritas.

Traditiones Apoſtolicæ non ſcriptæ.

3. IDEM libro quarto, capite quadrageſimoquinto: Paulus ait, Poſuit Deus primò in eccleſia Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò doctores. Vbi igitur chariſmata Dñi poſita ſunt, ibi diſcere oportet veritatem, apud quos eſt ea quæ eſt ab Apoctolis, Eccleſię ſucceſsio, & id quod eſt ſanum & irreprobabile ſermonis conſtat. Hi enim & eam, q̃ eſt in vnum Deum qui omnia fecit, fidem noſtrã cuſtodiũt, & eam quę eſt in filium Dei, dilectionem adaugent, qui tãtas diſpoſitiones ,ppter nos fecit, & ſcripturas ſine periculo nobis exponũt.

Ephe. 4.

Vndè veritas petenda.

4. ET capite ſexageſimotertio eruſdẽ libri: Agnitio vera eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus eccleſiæ ſtatus in vniuerſo mundo, & charactere corporis Chriſti, ſecũdùm ſucceſsiões Epiſcoporũ, qbus illi eã, q̃ in vnoquoque loco eſt, Eccleſiã tradiderũt, q̃ puenit vſq; ad nos cuſtodita ſine fictiõe, ſcripturarũ tractatiõe pleniſsima, neq; ablatio legitima & diligẽs, & ſine periculo, & ſine blaſphemia, & p̃cipuũ dilectiõis munus, quod eſt precioſius, & ſine blaſphemia, & p̃cipuũ quàm ,pphetia: omnibus autẽ reliquis chariſmatibus ſupereminẽs.

5. HIERONYMVS in dialogo aduerſùs Luciferianos, vbi Lucifer ità ait: Etiamſi ſcripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Totius orbis consensus.

in hanc partem cõsensus instar p̃cepti obtineret. Nam & multa alia, quæ per traditionem in ecclesijs obseruãtur, authoritatem sibi scriptæ legis vsurpauerunt. Cui sententiæ Orthodoxus assentit.

Catholica doctrina ab hæretica quomodò discernenda.

6. VINCENTIVS Lirinẽsis aduersùs prophanas oĩm hereseon nouationes: Sæpè magno studio & summa attentione perquirẽs à quãplurimis sanctitate & doctrina p̃stantibus viris, quonã modo posim certa quadã & quasi generali ac regulari via, Catholicę fidei veritatẽ ab hęreticę prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semp respõsum ab oĩbus ferè retuli: q; siue ego, siue qs alius vellet exurgẽtiũ hęreticorũ fraudes dep̃hendere, laqueosq; vitare, & in fide sana sanus atq; integer p̃manere, duplici modo munire fidẽ suã Dño adiuuãte deberet: Primo scilicet diuinæ legis authoritate, tum deindè

Fides muniẽda scripturarũ & ecclesiæ authoritate.

Ecclesię Catholicę traditiõe. Hic forsitan reqrat aliqs: cũ sit pfectus scripturarũ canõ, sibiq; ad omnia satis superq; sufficiat, qd opus est, vt ei ecclesiasticę intelligẽtię iũgatur authoritas? Quia videlicet scri

Cur sola scriptura nõ sufficiat.

ptura sacrã, p ipsa sua altitudine nõ vno eodemq; sensu vniuersi accipiũt, sed eiusdẽ eloquia aliter atq; aliter alius atq; alius interpretatur, vt penè quot homines sunt, tot illinc sentẽtiæ erui posse videantur. Aliter nanq; illã Nouatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinaris, Priscillianꝰ, aliter Iouinianus, Pelagius, Cęlestius, aliter postremò Nestorius. Atqui idcircò multũ necesse est, p̃pter tãtos tã varij erroris anfractus, vt propheticæ & Apostolicę interpretatiõis linea, secũdùm Ecclesiasticj & Catholici sensus normã dirigatur. In ipsa itẽ Catholica Ecclesia magnoperè curandũ est, vt id teneamus, quod vbiq;, quod semper, quod ab omnibus creditum est: &c.

Fidei commendatio, & quã ea sit necessaria.

E. LEO Magnus sermone quarto de Natiuitate Domini: Magnũ p̃sidiũ est fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab vllo quicquam, nec minui potest: quia nisi vna est, fides nõ est, dicẽte Apostolo: Vnus Dñs, vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus & pater oĩm, qui

Ephe. 4.

super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Huic vnitati, dilectissimi, incõcussis mentibus inhęrete, & in hac omnem sectamini sanctitatem, & in hac p̃ceptis Domini deseruite: quia sine fide impossibile est placere Deo, & nihil sine illa sanctum, nihil castum est,

Heb. 10.

nihil viuum. Iustus enim ex fide viuit. Quam qui diabolo decipiente perdiderit, viuens mortuus est. Quia sicut per fidem iustitia, ità

Abac. 2.

etiàm per fidem veram vita obtinetur æterna, dicente Domino Saluatore: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te, solum verum

Ioan. 17.

Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM DE SPE ET ORATIONE DOMINICA.

I

Quid est Spes?

VIrtus est diuinitùs infusa, per quam certa cum fiducia, nostrę salutis & æternę vitę bona expectantur. Aug. in Enchir. cap. 8. 1. Cor. 13. d Rõ. 5. a & 8. d Tit 2. d 3. b 1. Petr 1. a 1. Ioan. 5. e Iac. 1. a Ioã. 14. b 15. a e 16. d Mar. 11. c Psal. 26. d 129. b 72. d 61. b 1. Tim. 4. e 1 Thessal. 5. b Ephes. 6. c Heb. 10 g 6. d

B. Parùm est alioquin Deo Deiq; verbo fidẽ habere, ac diuina, quæ in Ecclesia prędicantur, dogmata profiteri, nisi Christianus DEI bonitate percepta, spem indè concipiat ac fiduciam cõsequendæ gratię & salutis ęternæ. Quæ spes tantoperè iustum fulcit in summis [a] ærumnis, vt etiam si mundi prędisidijs oĩbus destituatur, intrepidè tamen dicat: [b] *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Et, [c] *In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro.* [d] *Deus meus in te confido, nõ erubescam.*

a Eccles. 14. b Rõ. 8. g Psa. 30 d Prou. 28. a b Iob 13. b c Psal. 55 a d Psal. 24. a

SCRIPTVRAE.

PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hęc: maior autem horum est charitas.

AD Romanos quinto: Per quem & habemus accessum per fidem in gratiã istam, in qua stamus, & gloriamur in spe glorię filiorum Dei. Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur,

T patientia

Universidad de Deusto
Biblioteca

patientia aũt probationem, probatio verò ſpem, ſpes aũt nõ cõfundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris &c.

Ad Romanos octauo: Spe ſalui facti ſumus. Spes autem quę videtur, non eſt ſpes. Nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiãm expectamus.

Ad Titum ſecundo capite: Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI.

Et capite tertio: Vt iuſtificati gratia ipſius, hęredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternę.

PRIORIS Petri primo capite: Regenerauit nos in ſpem viuam &c.

PRIMAE Ioãnis quinto: Et hęc eſt fiducia quam habemus ad Deum: quia quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos.

IACOBI primo: Probatio fidei veſtræ patientiam operatur &c. Si quis aũt veſtrũm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hęſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur: non ergò æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à Dño.

IOANNIS decimoquarto: Quodcunque petieritis Patrẽ in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

IOANNIS decimoquinto: Si manſeritis in me, & verba mea in vobis mãſerint: quodcunq; volueritis petetis, & fiet vobis. Poſui vos vt eatis, & fructũ afferatis, & fructus veſter maneat: vt quodcũq; petieritis Patrẽ in noĩe meo, det vobis.

Item

ITEM capite decimoſexto: Amẽ amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

MARCI vndecimo: Omnia quęcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.

PSALMO vigeſimoſexto: Credo videre bona DOMINI in terra viuentium. Expecta DOMINUM, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine DOMINUM.

PSALMO centeſimo vigeſimonono: Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in DOMINO. A cuſtodia matutina vſque ad noctem, ſperet Iſrael in DOMINO. Quia apud DOMINUM miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

PSALMO ſeptuageſimoſecundo: Mihi autem adhærere DEO bonum eſt, ponere in DOMINO DEO ſpem meam.

PSALMO ſexageſimoprimo: In DEO ſalutare meum, & gloria mea: DEVS auxilij mei, & ſpes mea in DEO eſt. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra: DEVS adiutor noſter in æternum. Nolite ſperare in iniquitate &c.

PRIORIS ad Timotheum quarto: Speramus in DEVM viuum, qui eſt Saluator omnium hominum, maximè fidelium.

PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſumus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.

Ad Epheſios ſexto: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus, quod eſt verbum DEI.

Ad Hebręos decimo: Nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

vobis necessaria est: vt voluntatem DEI facientes, reportetis promissionem.

ET capite sexto: Fortissimum solatium habemus, qui cõfugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis.

ECCLESIASTICI trigesimoquarto: Spes timentium DEVM in salutem &c. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius.

AD Romanos octauo: Quis ergò nos separabit &c. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neq; futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate DEI, quę est in CHRISTO IESV Domino nostro.

PSALMO trigesimo: Viriliter agite, & cõfortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

PROVERBIORVM vigesimooctauo: Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.

EX PATRIBVS.

Aliqua creduntur quæ non sperantur. Discrimẽ inter fidẽ & spẽ.

AVGVSTINVS in Enchiridio, capite octauo: Quid autem sperari potest, quod non creditur? Porrò etiàm aliquid quod non speratur, credi potest. Quis nanque fidelium pœnas non credit impiorum, nec sperat tamen? Est itaq; fides & malarum rerum, & bonarum: quia & bona creduntur, & mala. Est etiàm fides & præteritarum rerum, & præsentium, & futurarum. Item fides & suarum rerum est, & alienarum. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eum pertinentium, qui earum spem gerere perhibetur. Quæ cùm ità sint, propter has causas distinguenda erit fides à spe: sicut vocabulo, ità & rationabili differentia. Nam quòd attinet ad non videre, siue quæ creduntur, siue quæ sperantur, fidei speiq; commune est. Cùm bona bonis futura esse creduntur, nihil aliud quàm sperantur.

Fidei & spei communio. Credere aliquãdò significat sperare.

II

Qua ratione hanc spem licet consequi?

A Primùm huc pertinet ardens & frequens ad [a] Deum precatio. Deindè nutrienda Spes est & excitanda quotidiana meditatione bonitatis ac beneficiorum [b] Dei, illorũ præsertim, q̃ CHRISTVS Dominus pro immensa in nos charitate sua pstitit ac promisit vel immerentibus. Demũ conscientiæ [c] puritas coniungenda venit, eaque pijs operibus & inuicta in aduersis patiẽtia semp est [d] comprobanda. Nam quibus bonæ conscientiæ testimonium, aut melioris vitæ propositũ deest, hi spem quam oportet, non adferunt, sed [e] pręsumptionem potiùs, & vanam omninò fiduciam temerè iactant, quantumuis de Christi meritis Deiq; gratia glorientur.

a 1. Thess. 5. e Luc. 11. b 18. a Matt. 7. b Ecclesiastic. 18. e

b Ephe. 2. a Tit. 3. a Rom 8. f Ioan 3. c 1. Io 4. b Heb. 10. d Tit 1. a Rom. 5. b d 8. d

c Pro. 15. b 1. Iohan. 3. d Aug lib. 1 de doctri Christ. ca 37. & 40. & li. 3. cap. 10 & in præfat.

d Psal. 31. 2. Cor 1. b Heb 3. b 10. g 1. Ioã. 3. a Col 1. c 2. Pet. 1. b

e 2. Pet. 2. d Ecclesiastic. 5. a b Greg. 33. Moral. cap. 15.

B *Spera*, inquit [f] Propheta, *in Domino, & fac bonitatẽ*. Idemq; rursus: *Subditus esto Domino, & ora eum*. Et alius, [g] *Bonus est Dominus sperãtibus in eum, animæ quærenti illum*. Quam spem ab omni timore [h] diffiungendam non esse, satis illud ostendit: [a] *Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius*.

f Psalm 36. a

g Thren. 3. c

h Greg. lib. 6. epist. 22. ad Gregoriam. Bern. de festo Magdal.

a Psalm. 146. b

SCRIPTVRAE.

PRIORIS ad Thessalonicenses quinto: Sine intermissione orate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVCAE vndecimo: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

LVCAE decimooctauo: Oportet semper orare, & nō deficere.

MATTHAEI septimo: Petite, & dabitur vobis &c.

ECCLESIASTICI decimooctauo: Nō impediaris orare semper.

AD Ephesios secundo: Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suā, qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos in Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in CHRISTO IESV, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundātes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo IESV. Gratia enim estis saluati per fidem, (& hoc non ex vobis, Dei enim donum est) non ex operibus, vt nè quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo IESV in operibus bonis, quę præparauit Deus, vt ambulemus in eis.

AD Titum tertio: Eramus aliquandò & nos insipientes, increduli, &c. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secūdùm suā misericordiā saluos nos fecit &c.

AD Romanos octauo: Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui: vt ipse sit primogenitus in multis fratribus. Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodò non etiam cum illo oīa nobis donauit?

IOANNIS tertio: Sic Deus dilexit mundum, vt filiū suū vnigenitum daret &c.

PRIMAE Ioannis quarto: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitū misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: nō quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

AD Hebræos decimo: Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionē indeclinabilem, (fidelis enim est qui repromisit) & cōsideremus inuicèm in prouocationē charitatis & bonorū operū.

AD Titum primo: In spem vitæ æternæ, quam promisit q non mentitur DEVS.

AD Romanos quinto: Commendat charitatem suā DEVS in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores essemus, secūdùm tempus Christus pro nobis mortuus est, etc. Si in vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ et donationis et iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum IESVM Christum. Vbi abūdauit delictū, superabundauit gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem, ità & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per IESVM Christum DOMINUM nostrum.

AD Romanos octauo: Nō sunt condignæ passiōes huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

PROVERBIORVM decimoquinto: Secura mens quasi iuge conuiuium.

PRIMAE Ioannis tertio: Charissimi, si cor nostrum nō reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus.

POSTERIORIS ad Corinthios primo: Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatiōe & salute: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam ea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

earundem passionum quas & nos patimur: & spes nostra firma est pro vobis, scientes quòd sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.

AD Hebræos tertio: Christus verò tanquàm filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fidutiam & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus.

AD Hebræos decimo: Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiã. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.

PRIMAE Ioãnis tertio: Videbimus eum sicuti est. Et omis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

AD Colossenses primo: Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortẽ, exhibere vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe euangelij quod audistis.

POSTERIORIS Petri primo capite: Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.

POSTERIORIS Petri secũdo: Hi sunt fontes sine aqua, &c: Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ eos qui paululũ effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis.

ECCLESIASTICI quinto: Nè dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adijcias peccatum

catum super peccatum. Et nè dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorũ meorũ miserebitur &c.

PATRES.

1. A. Augustinus libro primo de doctrina Christiana, capite trigesimoseptimo: Si à fide qsq; ceciderit, à charitate etiàm necesse est cadat: Porrò si & credit & diligit, benè agendo & præceptis bonorum morum obtemperando efficit, vt etiam speret se ad id quod diligit, esse venturum.

Spes vt formata sit, charitatẽ requirit & bonam conscietiam. Vide D. Tho. 1.2. q 62 art. 4. & q. 65. ar 4 1. Tim. 1.

2. ET capite quadragesimo: Cùm diceret Apostolus, Finis præcepti est charitas: addidit, de corde puro: vt nihil aliud quàm id quod diligendum est, diligatur. Conscientiam verò bonam subiunxit, propter spem. Ille enim se ad id quod credit & diligit, peruẽturum esse desperat, cui malæ cõscientiæ scrupulus inest. Tertiò, & fide (inquit) non ficta: Si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc & nos diligimus quod non est diligendum, & rectè viuendo id speramus, vt nullo modo spes nostra fallatur.

3. Item libro tertio de doctrina Christiana, capite decimo: Spes sua cuique est in conscientia propria, quemadmodùm se sentit ad dilectionem Dei & proximi cognitionemq; proficere.

4. IDEM Augustinus in præfatione enarrationis Psalmi trigesimiprimi: Ipsa charitas benè operantis, dat ei spem bonæ conscientiæ: spem enim gerit bona conscientia. Quomodò mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe. Finis (inqt Apostolus) præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Pro spe conscientiam posuit. Ille enim sperat, qui bonam conscientiam gerit. Quem verò pungit mala cõscientia, retrahit se à spe, & non sibi sperat nisi damnationem. Vt ergò speret regnum, habeat bonam conscientiam: & vt habeat bonam conscietiam, credat & operetur: quia quod credit, fidei est: quod operatur, charitatis est.

1. Tim. 1.

1. B. GREGORIVS Magnus libro trigesimotertio Moraliũ in Iob, capite decimoquinto: Pius ac iustus est conditor noster. Sed nemo dicat: quia pius est, venialiter pecco. Et nemo qui peccauerit, dicat: quia iustus est, de peccati remissione despero. Relaxat enim Deus facinus quod defletur, sed perpetrare quisq; timeat, quod, si dignè deflere possit, ignorat. Ante culpam ergò iustitiam metuat, post culpam tamen de pietate præsumat: neque ità iustitiam timeat, vt nulla spei consolatione conualescat: neque ità confidat de miseri-

Spes timori coniungẽda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cordia, vt adhibere vulneribus suis dignæ pœnitentiæ negligat medicinam: sed quem præsumit sibi piè parcere, semper etiàm cogitet & districtè iudicare. Spes igitur præsumptionis nostræ habeat etiàm morsum timoris: vt ad corrigenda peccata iustitia iudicantis terreat, quem ad fiduciam veniæ gratia parcentis inuitat.

Securitas de remissione peccatorum periculosa est in hac vita.

2. IDEM Gregorius libro sexto epistolarũ, epistola vigesimasecunda ad Gregoriam cubiculariam Augustæ: Quòd verò dulcedo tua in suis epistolis subiunxit, Importunam se mihi existere, quoadusquè scribam mihi reuelatũ, quia peccata tua dimissa sunt: rem & difficilem etiàm & inutilem postulâsti. Difficilem quidem, quia ego indignus sum cui reuelatio fieri debeat. Inutilem verò, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cùm iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadem peccata minimè valebis. Quæ dies quousq; veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atq; eas quotidianis fletibus lauare. Certè Paulus Apostolus iam ad tertium cælum ascenderat, in paradisum quoq; ductus fuerat, arcana verba audiuerat quæ homini loqui non liceret: & tamen adhuc trepidans dicebat: Castigo corpus meum & seruituti subijcio, nè fortè alijs prædicans, ipse reprobus efficiar. Adhuc timet qui iam ad cælũ ducitur: & iam timere nõ vult, qui adhuc in terra conuersatur? Perpende dulcissima filia, quia mater negligentiæ solet esse securitas. Habere ergò in hac vita non debes securitatem, per quam negligẽs reddaris: Scriptum est enim: Beatus vir qui semper est pauidus. Et rursùs scriptum est: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. In pauco ergò huius vitæ tempore mentem vestram necesse est vt tremor teneat, quatenùs per securitatis gaudium sine fine postmodùm exultet.

2.Cor.12.

1.Cor.9.

Mater negligentiæ securitas.

Pro.28.

Psalm.2.

Fugienda securitas & desperatio.

3 BERNARDVS in sermõe de festo beatæ Mariæ Magdalenæ: Pedes illi sunt misericordia & iudicium: quorum alterum sine altero osculari vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda. Quis enim Dei misericordiam indesinenter attendens, non statim tepidioris vitæ quietẽ exoptet? Cùm enim recogitat vniuersitatis Dominum formam serui pro seruis suscipere, triginta & tribus annis operari salutem nostram in medio terræ huius, capi, ligari, lancearì, crucifigi, & hoc totum pati pro filijs hominum: statim deceptoria spe sibi blanditur & alludit, gaudet obseruari in misericordia & miserationibus, iudicium nescit, ignorat iustitiam, & punienda gestimat non puniri. Fallitur qui sic osculatur misericordiæ pedem, vt pedem iudicij non attendat: qui totum de misericordiæ pede præ-

Deceptoria spes, solã Dei misericordiã attendere.

Præsumptio ex sola fide.

sumit, hoc solum ad salutem sufficere credens, quòd credit: Nec est iudicij pedi morosiùs incumbendum, nè pietatis intuitum ferocia iudicantis excludat.

III

Quæ bona sub spem cadunt, & Christiano speranda sunt?

PRAECIPVE quidem [a] bona illa regni cęlestis, quæ homines beant, nec sinunt vlla ex parte miseros esse. Tum illa quæcunque mortalibus in hac vita [b] conducibilia, rectè à Deo desiderantur atque petuntur, in bonis sperandis & expectandis debẽt haberi. Ea verò præcipuè relucent in Dominica Oratione, vtpotè quam Christus Dominus [c] ore sacro prodidit, & admirabili sapientia præscripsit omnibus, qui spem suam ac vota oratione cupiunt Deo explicare.

[a] Tit.2.d3.b

[b] Heb.4.d Augustin. in Enchir.cap. 114.

[c] Matt.6.b Luc.11.a

SCRIPTVRAE.

AD Titum secũdo: Expectantes beatam spem & aduẽtum gloriæ magni Dei.

ET capite tertio: Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ.

AD Hebræos quarto: Adeamus ergò cũ fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

MATTHAEI sexto: Sic ergò vos orabitis: Pater noster qui es in cælis &c. Panem nostrum supersubstantialem &c.

LVCAE vndecimo: Et factum est, cùm esset in quodam

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Ioannes diſcipulos ſuos. Et ait illis: Cùm oratis, dicite: Pater, ſanctificetur nomẽ tuum: Adueniat regnum tuum: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè: & dimitte nobis peccata noſtra, ſi quidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et nè nos inducas in tentationem.

EX PATRIBVS.

Quicqd ſperandum eſt, Oratiõe Dominica continetur. Hier. 17.

AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite centeſimo decimoquarto: De ijs omnibus quæ fideliter ſunt credenda, ea tantùm ad ſpem pertinent, quæ in oratione Dominica continẽtur. Maledictus eſt enim omnis, ſicut diuina teſtantur eloquia, qui ſpem ponit in homine: ac per hoc in ſemetipſo qui ſpem ponit, huius maledicti vinculo innectitur. Ideò non niſi à Domino Deo petere debemus, quicquid ſperamus nos vel benè operaturos, vel pro bonis operibus adepturos.

IIII

Quæ forma eſt Dominicæ Orationis?

Oratiõem Dominicã explicat Tert. lib. de Orat. Cypria. ſerm. 6. de Orat. Dom. Cyrill. Catech. 5. Myſtagog. Chryſo. homi. de orat Dom. & in cap. 6. Matt. Hieron. Theoph. Euthym. in Matt. Ambr. lib. 5. de ſacramẽt. cap. 4. Aug. epiſt 121. ad Probã, cap. 11. Idem lib. 2. de ſer. Dom. in monte. Et hom. 42. ex 50. & ſer. de temp. 126. & 135. & 182. Chryſolo. ſer. 67. & ſequent. Innocent. 3. lib. 5. de myſt. Miſſæ cap. 17. & ſequentib.

HAEC eſt, *Pater noſter qui es in cælis,*

1. *Sanctificetur nomen tuum,*
2. *Adueniat regnum tuum,*
3. *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra,*
4. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè,*
5. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*
6. *Et nè nos inducas in tentationem,*
7. *Sed libera nos à malo. Amen.*

V

Quæ ſummatìm in Dominica Oratiõe tractantur?

A. Septem

A. Septem [a] in ea petitiones proponũtur, ad quas referri omnes [b] omnium orationũ ſpecies & formę poſſunt ac debent, ſiue pro expetendis bonis, ſiue pro delendis peccatis, ſiue pro auertendis malis quibuſlibet diuinam opem imploremus.

[a] Aug in Enchi. cap. 115 & lib. 2. de ſer. Dom. in mõte, cap. 17.
[b] Aug epiſt. 121. ad Probã, cap. 12.

B. In prioribus autem tribus petitionibus, quæ propriè ad ęterna pertinent, ordine poſcuntur: in reliquis quatuor etiam temporaria, quę & ipſa propter ęterna conſequenda ſunt nobis neceſſaria.

PATRES.

Septem petitiões, & earũ diſtinctio.

1. A. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurẽtium, capite centeſimo decimoquinto: Apud Euangeliſtam Matthæum ſeptem petitiones continere Dominica videtur oratio: quarum in tribus ęterna poſcuntur, in reliquis quatuor temporalia, quæ tamen propter æterna conſequenda ſunt neceſſaria.

2. IDEM libro ſecundo de ſermone Domini in monte, capite demoſeptimo: Harum ſeptem petitionum conſideranda & commendanda diſtinctio eſt. Nam cũm vita noſtra temporaliter nunc agatur, atque ſperetur æterna: & cùm æterna priora ſint dignitate, quãuis temporalibus priùs actis ad illa trãſeatur, trium primarum petitionum impetrationes in hac vita, quæ in iſto ſeculo agitur, exordium capiunt. Reliqua verò quatuor quæ petimus, ad temporalem iſtam vitam pertinere mihi videntur.

Dominica oratione oſtẽ recta precatio cõtinetur

3. ITEM in epiſtola centeſima vigeſimaprima ad Probam, capite duodecimo: Quamlibèt alia verba dicamus, quæ affectus orantis vel præcedendo format vt clareat, vel conſequendo attendit vt creſcat, nihil aliud dicimus, quàm quod in iſta Dominica oratione poſitum eſt, ſi rectè & congruenter oramus. Quiſquis autem id dicit, quod ad iſtam Euangelicam precem pertinere non poſsit, etiãſi non illicitè orat, carnaliter orat, quod neſcio quemadmodùm non dicatur illicitè: quandoquidem ſpiritu renatos, non niſi ſpiritaliter decet orare. Et ſi per omnia precationum ſanctarum verba diſcurras, quantùm exiſtimo, nihil inuenies, quod non iſta Dominica

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alijs verbis precari licet, sed non alia.

contineat & cõcludat oratio. Vndè liberum est, alijs atque alijs verbis, eadem tamen, in orando dicere: sed non debet esse liberum, alia dicere. Hæc & pro nobis, & pro nostris, & pro alienis, atq; pro ipsis inimicis sine fluctu dubitationis oranda sunt: quanuis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habẽt propinquitates vel longinquitates necessitudinum, in corde orantis oriatur, aut extollat affectus.

VI

Quid sibi vult initium Orationis, Pater noster qui es in cælis?

Exod 15. a b Esa. 42. b 63. d Malachiæ 1. b 2. Cor. 1. a Philip 4. d Apoc. 4. d Rom 8. c Galat 4. a 1. Petr. 3. d Leo ser 6. de Natiuit. Do.

A. Præfatiũcula est, & nos memores reddit summi beneficij, quo Deus Pater, æterna illa maiestas, in cælis perbeatè regnans, nos recepit in gratiam, & propter CHRISTVM filiũ in suos quoq; filios & regni cælestis hæredes per Spiritum sanctum adoptauit.

a Cyprian. in serm. de orat. Domin.

b Lucæ 11. b Jacob. 1. a

B. Quæ tantorum beneficiorum memoria non solùm [a] attẽtionem excitat, sed etiam ad redamandum Patrem, illiq́ue obtemperandum prouocat filios, neque minùs orandi impetrandiq́; illis [b] auget fiditiam.

SCRIPTVRAE.

EXODI decimoquinto: Quis similis tuî in fortibus Domine? quis similis tuî, magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, faciens mirabilia?

ESAIAE quadragesimosecũdo: Hæc dicit Dominus Deus creans cælos, & extendens eos, firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam: Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam

gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.

ESAIAE sexagesimotertio: Attende de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo & solio gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum? Tu Domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum.

MALACHIAE primo: Filius honorat patrem, & seruus dominum suum Si ergò pater ego sum, vbi est honor meus? Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum?

POSTERIORIS ad Corinthios primo: Benedictus Deus & pater Domini nostri IESV CHRISTI, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis.

AD Philippenses quarto: Deus autem meus impleat omne desiderium vestrũ secundùm diuitias suas in gloria, in Christo IESV. Deo autem & Patri nostro gloria in secula seculorum. Amen.

APOCALYPSIS quarto: Procidebãt viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebãt coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creâsti omnia.

AD Romanos octauo: Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus: Abba, Pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Christi: si tamen compatimur, vt & conglorificemur.

AD Galatas quarto: Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erãt redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, pater. Itaque iam non es seruus, sed filius. Quòd si filius, & hęres per Deum.

PRIORIS Petri tertio: Deglutiens mortem, vt vitę ęternę hęredes efficeremur.

LVCAE vndecimo: Quis autem ex vobis patrẽ petit panem, nunquìd lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquìd pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nũquìd porriget illi scorpionem? Si ergò vos cùm sitis mali, nôstis bona data dare filijs vestris: quãto magìs pater vester cęlestis de cęlo dabit spiritum bonum petentibus se?

IACOBI primo: Postulet autem in fide, nihil hæsitans.

PATRES.

Deum nominare Patrem, quàm sit eximium.

1. A. LEO Magnus sermone sexto de natiuitate Domini: Magnũ est, dilectissimi, huius muneris sacramentum, & omnia dona excedit hoc donum, vt Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet Patrem.

Attẽtio inter orandum.

1. B. CYPRIANVS in sermone de oratione Dominica: Quandò stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare & incũbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat, nec quicquam tunc animus quàm id solum cogitet, quod precatur. Quę autem segnitia est, alienari & capi ineptis cogitationibus & prophanis cùm Dominum deprecaris? quasi sit aliud, quod magis debeas cogitare, quàm quod cum Deo loqueris. Quomodò te à Deo audiri postulas, cùm te ipse non audias? Vis esse Deũ memorem tui cùm rogas, quandò tu ipse memor tui non sis?

VII

Quis est sensus primæ petitionis, Sanctificetur nomen tuum?

Matth. 5. b
1. Petr. 2. e 4. c
1. Cor. 10. g
Coloss 3. e
Rom. 15 b
Eccles. 36. a

A. In nobis, quẽadmodùm in omnibus alijs, ſp- moueri semper & augeri petimus, quicqd ad gloriam summi optimiq; Patris nostri spectat.

B. Id

B. Id verò fit maximè, cùm verę fidei confessio, Spes etiam & charitas, ac simul Christianę vitę sancta[a] conuersatio suam in nobis lucem ac vim exerit, vt spectantes[b] alij quoquè glorificent Patrem.

a Lucæ 1. g
1. Pet. 1. c 3. e
Philip. 2. b
b Matth. 5. b

SCRIPTVRAE.

MATTHAEI quinto: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cęlis est.

PRIORIS Petri secundo. Obsecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, &c. conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quòd detrectant de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

ET capite quarto: Si qs loquitur, quasi sermones Dei: si qs ministrat, tanquàm ex virtute quam administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per IESVM CHRISTVM.

PRIORIS ad Corinthios decimo: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

AD Colossenses tertio: Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini IESV CHRISTI facite gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

AD Romanos decimoquinto: Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & Patrẽ Domini nostri IESV CHRISTI.

ECCLESIASTICI trigesimosexto: Immitte timorem tuũ super Gentes, quæ non exquisiérunt te: vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis: vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quoniã non est Deus prẽter te Domine. Glorifica manum & brachium dextrum &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVCAE primo: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

PRIORIS Petri primo: Secundùm eum qui vocauit vos, sanctum, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniam scriptum est, Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.

Leuit. 11.g 19.2 20.b

ET capite tertio: Cum modestia & timore conscientiam habentes bonam: vt in eo quòd detrahunt vobis, confundãtur, qui calumniantur vestram bonam in CHRISTO conuersationem.

AD Philippenses secundo: Vt sitis sine querela & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.

MATTHAEI quinto: Sic luceat lux vestra &c.

VIII

Quid continet secunda petitio, Adueniat regnum tuum?

A. Petimus, vt per gratiam & iustitiam suam regnet in Ecclesia Deus, immò & in mũdo vniuerso, eiectis hinc aduersarijs potestatibus, & cupiditatibus malis omnibus è medio profligatis.

Matth. 6.d Rom. 14.c Psal. 22.a 79.a Luc. 1.c 17.e 1. Cor. 3.c. 4.d Ephes. 1.d Matth. 13.f 2. Cor. 15.c d Coloss. 1.b Psal. 67.a

B. Tum optamus & precamur, vt ex hoc mũdo, velutì è graui [a] peregrinatione militiaque vocati, q̃primùm trãsferamur ad regnum glorię & felicitatis ęternę, vt cum Christo & Sanctis eius in sempiternum regnemus.

a Phil. 1.d Heb. 11.c 1 Petr. 2.b Iob 7.2 2. Cor. 5.a b Sap. 5.c Apoc. 22.a Matth. 8.b

SCRIPTVRAE.

MATTHAEI sexto: Quærite primùm regnum Dei & iustitiam eius: & hęc omnia adijcientur vobis.

AD

AD Romanos decimoquarto: Non est regnum Dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudiũ in Spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

PSALMO vigesimosecundo: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuę ibi me collocauit.

PSALMO septuagesimonono: Qui regis Israël, intende: q deducis velut ouem, Ioseph: Excita potentiam tuam, & veni vt saluos facias nos.

LVCAE primo: Et regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis.

LVCAE decimoseptimo: Interrogatus autem à Pharisæis, quandò venit regnum Dei: respondit eis, & dixit: Non venit regnum Dei cum obseruatione: neque dicent, eccè hîc, aut eccè illic. Eccè enim regnum Dei intra vos est.

PRIORIS ad Corinthios tertio: Nescitis quia templũ DEI estis, & Spiritus DEI habitat in vobis? Si quis autem templũ DEI violauerit, disperdet illum DEVS. Templum enim DEI sanctum est, quod estis vos.

ET capite quarto: Non in sermone est regnum DEI, sed in virtute.

AD Ephesios primo: Vt sciatis quę sit spes vocatiõis eius, & quę diuitię glorię hęreditatis eius in sanctis, & quę sit supereminẽs magnitudo virtutis eius in nos qui credimus, secundùm operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, &c. Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius.

MATTHAEI decimotertio: In cõsummatione seculi mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem.

PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Deindè finis, cùm

tradiderit regnum Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem principatũ & potestatem & virtutẽ. Oportet aũt illũ regnare, donèc ponat omnes inimicos sub pedibus eius &c.

AD Colossenses primo: Gratias agẽtes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij dilectionis suę, qui est imago DEI inuisibilis, primogenitus oũis creaturę. &c. Et ipse est caput corporis Ecclesię, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens, &c.

PSALMO sexagesimoseptimo: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiãt, qui oderunt eum, à facie eius: Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie DEI.

AD Philippenses primo: Desiderium habẽs dissolui & esse cum Christo.

AD Hebræos vndecimo: Iuxta fidẽ defuncti sunt oẽs isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, qa peregrini & hospites sunt super terrã. Qui enim hęc dicunt, significant se patriam inquirere.

PRIORIS Petri secundo: Obsecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs.

IOB septimo: Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius.

POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Audentes igitur semper, & scientes, quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino: (per fidem enim ambulamus, & nõ per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.

SAPIENTIAE quinto: Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominũ est merces eorum, & cogitatio illorũ apud altissi-

altissimum. Ideò accipient regnum decoris & diadema speciei de manu Domini, quoniam dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos, &c.

APOCALYPSIS vigesimosecundo: Et videbunt faciem eius, & nomẽ eius in frontibus eorũ. Et nox vltrà non erit & non egebunt lumine lucernę, neque lumine solis quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum.

MATTHAEI octauo: Dico vobis quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abrahã & Isaac & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

IX

Quid includit tertia petitio, Fiat voluntas tua?

ROGAMVS, vt sicut in cælo Angeli & Beati omnes, nos quoq; in terris, quanuis imbecilles & exigui, exactam Deo præstemus obedientiam, nihil habentes prius, quàm vt DIVINÆ volũtati tum in prosperis, tum in aduersis libenter nos subijciamus, & nostra[a] quæ ad malum prona est, voluntate reiecta, in[b] DIVINA semper acquiescamus.

Psal 102 d
Rom. 1 b
Acto 9 a 21. c
Deut. 12 a
Heb. 11 d
Iac 4 d
Luc. 22. e
1. Pet. 4. a
Acto 5 e
Iob 1. d
1. Pet. 5 e
a Gen. 8 d
Matth. 21 d
Bern. ser. 3 de Resurrect.
b Ios. 4 c 5. e 6. d 1. Reg. 3. d

SCRIPTVRAE.

PSALMO centesimosecundo: Benedicite Domino oẽs angeli eius potentes virtute, facientes verbũ illius, ad audiẽdam vocem sermonum eius. Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD Romanos primo: Obsecrans si quo modo tandèm aliquandò prosperum iter habeam in voluntate Dei veniẽdi ad vos.

ACTORVM nono: Domine, quid me vis facere?

ACTORVM vigesimoprimo: Et cùm ei suadere nõ possemus, quieuimus, dicentes: Domini voluntas fiat.

DEVTERONOMII duodecimo: Non facietis ibì quæ nos hîc facimus hodiè, singuli quod sibi rectum videtur.

AD Hebræos decimotertio: DEVS pacis aptet vos in oĩ bono, vt faciatis eius voluntatem.

IACOBI quarto: Eccè nunc qui dicitis, Hodiè aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibì quidem annũ, & mercabimur, & lucrum faciemus, (qui ignoratis quid erit in crastino) pro eo vt dicatis: Si DOMINVS voluerit: &, Si vixerimus, faciemus hoc aut illud.

LVCAE vigesimosecundo: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

PRIORIS Petri quarto: Qui passus est in carne, desijt à peccatis: vt iam non desiderijs hominum, sed voluntati DEI quod reliquum est in carne viuat temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam.

ACTORVM quinto: Obedire oportet DEO magis q̃ hominibus.

IOB primo: Dominus dedit, DOMINVS abstulit: sicut DOMINO placuit, ità factum est. Sit nomẽ DOMINI benedictum.

PRIORIS Petri quinto: Humiliamini sub potenti manu DEI, vt vos exaltet in tempore visitationis.

GENESIS octauo: Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.

MATTHAEI vigesimosexto: Vigilate & orate, vt nõ intretis

tretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

IOANNIS quarto: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.

IOANNIS quinto: Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

IOANNIS sexto: DEscendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

PRIMI Regum tertio: Et respondit Heli, DOMINVS est: quod bonum est in oculis suis, faciat.

EX PATRIBVS.

1. BERNARDVS in sermone tertio de resurrectiõe Domini: In corde duplex est lepra, propria volũtas, & proprium consilium. Lepra vtraque nimis pessima, eoq; pernicioſior, quo magis interior. Voluntatem dico propriam, quæ non est communis cum DEO & hominibus, sed nostra tantùm, quandò quod volumus, non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes placere Deo & prodesse fratribus, sed satisfacere proprijs motibus animorum. Huic cõtraria est recta frontis charitas, quę Deus est. Hæc enim aduersùs Deum inimicitias exercens est, & guerram crudelissimã. Quid enim odit aut punit Deus præter propriam voluntatem? Cesset voluntas propria, & infernus non erit. In quem enim ignis ille desęuiet, nisi in propriam voluntatem? Etiàm nũc cùm frigus aut famem, aut aliquid tale patimur, quid læditur nisi propria voluntas &c? Porrò voluntas propria quo furore Dominum maiestatis impugnet, audiant & timeant serui, propriæ voluntatis. Primò nanque seipsam subtrahit, & subducit eius dominatui, cui tanquàm authori seruire iure deberet, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quòd in se est, omnia quoquè quę Dei sunt tollit & diripit. Quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? Nónne qui per vsuram acquirit pecuniam modicam, similiter mundum lucrari conaretur vniuersum, si non deesset possibilitas, si suppeteret voluntati facultas? Dico fidutialiter, nemini qui sit in propria voluntate, posset vniuersus mundus sufficere. Sed vtinàm vel rebus istis esset con-

Propria volũtas quæ sit, & q̃ pernicioſa & q̃ execrabilis.

1. Iohan. 4.

Cessęt volũtas propria & infernus non erit.

Deũ maximè impugnat voluntas propria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contenta, nè in ipsum (horribile dictu) desequiret authorem. Nunc autem & ipsum (quantùm in ipsa est) Deum perimit voluntas propria. Omninò enim vellet, Deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergò eum non esse Deum, quæ quantùm in ipsa est, vult eum aut impotentem, aut iniustum esse, aut insipientem. Crudelis planè & omninò execranda malitia, quæ Dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & leæna sæuissima. Hæc est immundissima lepra animi, propter quam in Iordane mergi oporteat, & imitari eum, qui non venit facere voluntatem suam. Vndè & in passione, Non mea, inquit, voluntas, sed tua fiat. Lepra verò proprij consilij eo perniciosior est, quo magis occulta. & quanto plùs abundat, tanto sibi quisque sanior esse videtur. Hæc illorum est, qui zelum DEI habent, sed non secundùm scientiam, sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ità vt nullis velint consilijs acquiescere. Hi sunt vnitatis diuisores, inimici pacis, charitatis, expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, ignorantes DEI iustitiam, & suam volentes constituere. Et quæ maior superbia, quàm vt vnus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquàm ipse solus habeat spiritum DEI? Idololatriæ scelus est, non acquiescere: & quasi peccatum ariolandi, repugnare.

Ioan. 6.
Matth. 26.

Propriũ cõsilium q̃ pernicioſum ſit.
Rom. 10.

Rom. 10.

1. Reg. 15.

X

Quid habet quarta petitio, Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè?

Ab omnis boni authore ac fonte nos, velutì pauperes & mendici, ea desideramus, quæ ad hanc vitam corporis quotidiè sustentandam sunt satìs, victum scilicet & vestitum: præterea quæ ad vitam animę promouendam faciunt, nimirùm [a] verbum Dei, animæ spirituale pabulum, sacrosanctã [b] Euchа-

Iac. 1. a
Psal. 39. d
Deu. 10. d
Gen. 28. d
1. Tim 6 b
Pro. 30. a
Psalm. 144. c

a Matth. 4. a
Amos 8. c
Ecclesiastic. 15. a Pro. 9. b

[b] Eucharistiam, panem illum cælestem, cæteraque salutifera Ecclesię Sacramenta ac Dei dona, quæ ad bene beateque viuendum pascunt, curant, confirmant hominem interiorem.

b Matt 26. c 6. b. Ioann. 6. Hiero. in 6. c. Mat. Cypr. in ser. de Orat. dom. Amb. lib 5. de sacr. cap. 4. Aug. lib. 2. de ser. do. in mõte, cap. 12.

SCRIPTVRAE.

Iacobi primo: Si quis vestrûm indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Omne datum optimum & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum.

Psalmo trigesimonono: Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus solicitus est mei.

Deuteronomii decimo: Dominus Deus iudicium facit pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum.

Genesis vigesimooctauo: Vouit Iacob votum, dicens: Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, cunctorumq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

Prioris ad Timotheum sexto: Habentes alimenta & q̃bus tegamur, his contenti sumus.

Proverbiorvm trigesimo: Mendicitatem & diuitias nè dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria: nè fortè satiatus illiciar ad negãdum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer, & periurem nomen Dei mei.

Psalmo centesimo quadragesimoquarto: Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MATTHAEI quarto: Scriptum est (Deuteronomij octauo): Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

AMOS octauo: Eccè dies veniũt, dicit Dominus, & emittam famem in terram: non famẽ panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini.

ECCLESIASTICI decimoquinto: Cibabit illũ pane vitæ & intellectûs, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum.

PROVERBIORVM nono: Venite, comedite panẽ meum, & bibite vinum quod miscui vobis.

MATTHAEI vigesimosexto: Hoc est corpus meum.

ET capite sexto: Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodiè.

IOANNIS sexto: Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita.

PATRES

Supersubstãtialis panis.

1. HIERONYMVS in caput sextũ Matthæi: Quod nos supersubstãtialem expressimus, in græco habetur ἐπιούσιον: quod verbum Septuaginta interpretes περιούσιον frequentissimè transferunt. Considerauimus ergò in Hebræo, & vbicunquè ille περιούσιον expresserunt, nos inuenimus SEGVLAH, quod Symmachus ἰδιάζον id est, præcipuũ vel egregium, transtulit: licèt in quodam loco peculiare interpretatus sit. Quandò ergò petimus, vt peculiarẽ vel p̃cipuũ nobis Deus

Ioan. 6. tribuat panẽ, illũ petimus qui dicit: Ego sum panis viuus q̃ de cælo descendi. Possumus supersubstantialem panem & aliter intelligere: qui super omnes substantias sit, & vniuersas superet creaturas.

2. CYPRIANVS in sermone de oratione Dominica: Panem nostrum vocamus, quia CHRISTVS noster (qui corpus eius cõtingimus) panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidiè postulamus, nè qui in CHRISTO sumus, & Eucharistiam quotidiè ad

Eucharistia cibum salutis accipimus, intercedẽte aliquo grauiore delicto, dum abstenti & non communicantes, à cælesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur, ipso prædicante & monente: Ego sum panis

Ioan. 6. vitæ qui de cælo descendi. Si quis ederit de meo pane, viuet in æternum. Panis autem, quem ego dedero, caro mea est, pro seculi vita. Quãdò ergò dicit in æternũ viuere, si qs ederit de eius pane, vt manifestum est eos viuere, qui corpus eius attingunt, & eucharistiam iure communicationis accipiunt: ità contrà timendum est & orandum, nè, dum quis abstentus separatur à CHRISTI corpore, procùl remaneat à salute, comminante ipso & dicente: Nisi ederitis Ioan. 6.
carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Et ideò panem nostrum, id est, CHRISTVM dari nobis quotidiè petimus, vt qui in CHRISTO manemus & viuimus, à sanctificatione eius & corpore non recedamus.

3. AMBROSIVS libro quinto de sacramentis, capite quarto: Memini sermonis mei, cùm de Sacramentis tractarem. Dixi vobis, quòd ante verba CHRISTI, quod offertur, panis dicatur: vbi CHRISTI verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quarè ergò in oratione Dominica quæ posteà sequitur, ait, Panem nostrum? Panem quidem dixit, sed ἐπιούσιον dixit, Supersubstãtialis.
hoc est, supersubstantialem. Non iste panis est qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substãtiam fulcit. Ideò græcè ἐπιούσιον dicitur. Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quem græci dicunt aduenientem. Quia Græci dicunt τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, aduenientem diem. Ergò quod Latinus dixit & quod Græcus, vtrunque vtile videtur. Græcus vtrunque vno sermone significauit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus est panis, cur post Quotidianus
annum illum sumis? &c.

4. AVGVSTINVS libro secundo de sermone Domini in mõte, capite duodecimo: Panis quotidianus aut ꝓ ijs omnibus dictus est, quę huius vitę necessitatem sustentant: aut pro sacramento corporis CHRISTI, quod quotidiè accipimus: aut pro spiritali cibo, de quo Dominus dicit, Operamini escam quæ non corrumpitur. Et Ioan. 6.
illud, Ego sum panis vitæ qui de cælo descendi. Ibid.

XI

Quo pacto intelligitur quinta petitio, Dimitte nobis debita nostra?

A. Hîc petimus, à labe peccati, quo nihil fœdius, nihil animæ pestilentius esse potest, clementer expurgari, & ea ipsa quæ peccando contraximus, debita relaxari. Thren. 4. b
1. Cor. 10. b
Leuit. 26. e
Num. 5. a. e
Exo. 32. f g
Luc 7. g
Tob. 12. c
Sap. 16. b
Psal. 50. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

B. Nè verò fruſtranea ſit precatio, animo in proximum perperàm affecto, illud addimus, nos vindictæ [a] cupiditate ac ſimultate poſita, cum proximis in gratiam redijſſe, & cuiuis ex animo noxam condonâſſe. Hoc eſt enim, quod CHRISTVS alibi voluit cùm diceret: [b] *Dimittite, & dimittemini.* Et iterùm: [c] *Si non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.*

a Rom.12.d Coloſſ.3.b Luc.23.e Act.7.g Mar.11.e Ephe.4.g
b Luc.6.f
c Mat.6.b 18.d e Eccle.28.a Aug.in Ench. cap.74.

SCRIPTVRAE.

THRENORVM quarto: Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.

PRIORIS ad Corinthios decimo: Nõ ſimus concupiſcẽtes malorũ, ſicut & illi concupiêrũt: Neq; idololatræ efficiamini, ſicut quidã ex ipſis: Neq; fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neq; tẽtemus Chriſtũ, ſicut quidã eorũ tentauerũt, & à ſerpentibus periêrũt. Neq; murmuraueritis, ſicut quidã eorum murmurauerunt, & periêrunt ãb exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebãt illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

LEVITICI vigeſimoſexto: Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritũ perducatis pactum meum, ego quoquè hæc faciam vobis: Viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtrà ſeretis ſementem, quę ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini his qui oderunt vos, Fugietis nemine perſe-

perſequente. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplùm propter peccata veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboque vobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam. & cætera quæ ſequuntur.

NVMERORVM quinto: Vir ſiue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolẽt hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, &c. Si declinâſti à viro tuo, atque polluta es, & cõcubuiſti cum altero viro, his maledictionibus ſubiacebis: Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur: Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur.

EXODI trigeſimoſecundo: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, (inquit Moyſes ad filios Leui, cùm Iſraelitæ adorâſſent vitulũ) & occidat vnuſquiſq; fratrem, & amicum, & proximum ſuum. Feceruntq; filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, ceciderunt quę in die illa quaſi trigintatria millia hominum. Et ait Moyſes &c. Qui peccauerit mihi, (inquit Dominus) delebo eũ de libro meo. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum.

LVCAE ſeptimo: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.

TOBIAE duodecimo: Qui faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ.

SAPIENTIAE decimoſexto: Homo occidit per malitiam animam ſuam.

PSALMO quinquageſimo: Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Ampliùs la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Aſperges me Domine hyſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & oēs iniquitates meas dele.

Deut.12.

Ad Romanos duodecimo: Nulli malum pro malo reddētes. Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum irę. Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuā, dicit Dominus. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.

Ad Coloſſenſes tertio: Nunc aūt deponite & vos omnia, iram, indignatiōem &c. Induite vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatē, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicēm, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſùs aliquē habet querelam: ſicut & Dominus donauit vobis, ità & vos.

Lvcae vigeſimotertio: Pater, dimitte illis: non em̄ ſciunt quid faciunt.

Actorvm ſeptimo: Domine, nè ſtatuas illis hoc peccatū.

Marci vndecimo: Et cùm ſtabitis ad orādum, dimittite ſi quid habetis aduerſùs aliquem: vt & Pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quòd ſi vos non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

Ad Epheſios quarto: Eſtote inuicēm benigni, miſericordes, donantes inuicēm, ſicut & Deus in Christo donauit vobis.

Lvcae ſexto: Dimittite, & dimittemini.

Matthaei ſexto: Si dimiſeritis hoībus peccata eorū, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si aūt nō dimiſeritis hoībus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

Matthaei decimooctauo: Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusquē redderet vniuerſum debitum.

bitum. Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Et paulò antè: Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiès peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vſque ſeptiès? Dixit illi Ieſus: Non dico tibi, vſque ſeptiès: ſed, vſque ſeptuagiès ſeptiès.

Ecclesiastici vigeſimooctauo: Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram: & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi nō habet miſericordiam: & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram: & propitiationem petit à DEO? quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari.

EX PATRIBVS.

I. B. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentiū, capite ſexageſimoquarto: Quiſquis roganti & peccati ſui pœnitēti non ex corde dimittit, nullo modo exiſtimet à Domino ſua peccata dimitti, quoniam mētiri veritas non poteſt. Si non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Ad tam magnum tonitruum qui non expergiſcitur, non dormit, ſed mortuus eſt. Matt. 6. Tonitruum magnum.

XII

Quid continet ſexta petitio, Nè nos inducas in tentationem?

Quoniam præſens hæc vita perindè àc militia eſt ſuper terram, dum varijs tentationibus ſemper impugnamur, grauiterque cum mundo, carne, & Satana conflictamur, idcircò piè ſoliciti diuinam opem imploramus, nè huiuſmodi aduerſariorum impu- Iob. 7 a Iudith. 8. c Tob. 3. d 12. c Ma. 4. a b 26. d Heb. 2. d 2. Theſſ. 3. a 1. Ioan. 2. c 5. a Matt. 16. d 1. Co. 9. d 10. a Iac. 4. b 1. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

impugnationibus ſuccumbamus, atque ſuccumbendo damnemur, ſed vt in hac perpetua pugna durantes, Deiq́ue dextera nitentes, poteſtati Satanæ reſiſtamus fortiter, contemnamus mundum, caſtigemus carnem, atque ità demùm velut inuicti milites CHRISTI, poſt victoriam coronemur.

1 Pet. 5. e
2 Pet. 2. b
Ephe. 6. b c
Coloſ. 3. a
Apoc. 2. b c g
2. Tim. 4. b

2 2. Tim 2. a

2 *Neque enim coronabitur*, Apoſtolo teſte, *niſi qui legitimè certauerit.*

SCRIPTVRAE.

IOB ſeptimo: Militia eſt vita hominis ſuper terram.

IVDITH octauo: Memores ſint, quia tentati ſunt Patres noſtri, vt probarentur, ſi verè colerent Deum ſuum. Memores eſſe debent, quomodò pater noſter Abraham tẽtatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerũt Deo, per multas tribulationes tranſiêrunt fideles. Illi autem qui tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus periêrunt. Et nos ergò non vlciſcamur nos pro his quæ patimur: ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Domini, qbus quaſi ſerui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eueniſſe credamus.

TOBIAE tertio (ait Sara:) Hoc pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autẽ in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiã tuã venire licebit. Non em̃ delectaris in p̃ditionibus noſtris: qa poſt tempeſtatẽ tranquillũ facis, & poſt

poſt lachrymationem & fletum, exultationem infundis.

ITEM capite duodecimo ait Raphael ad Tobiam: Quia acceptus eras Deo, neceſsè fuit vt tentatio probaret te.

MATTHAEI quarto: Ductus eſt IESVS in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo.

ET capite vigeſimoſexto: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

AD Hebræos ſecundo: In eo in quo paſſus eſt ipſe tentatus, potens eſt & eis qui tentantur, auxiliari.

POSTERIORIS ad Theſſalonicẽſes tertio: Fidelis autem Dominus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo.

PRIMAE Ioannis ſecundo: Scribo vobis iuuenes, quoniã fortes eſtis, & verbum DEI manet in vobis, & viciſtis malignum: Nolite diligere mundum &c. quoniam om̃e quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem DEI, manet in æternum.

ET capite quinto: Omne quod natum eſt ex DEO, vincit mundũ. Et hęc eſt victoria quę vincit mundũ, fides noſtra.

MATTHAEI decimoſexto: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

PRIORIS ad Corinthios nono: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutẽ redigo. Ibidèm: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.

ET capite decimo: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat. Tẽtatio vos nõ appręhendat, niſi humana. Fidelis aũt DEVS eſt, q̃ non patietur vos tẽtari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiàm cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.

IACOBI quarto: Neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt DEI? Quicunque ergò voluẽrit amicus eſſe ſeculi

Universidad de Deusto
Biblioteca

culi huius, inimicus DEI constituitur.

IACOBI primo: Beatus vir qui suffert tentationẽ: quoniã cùm ꝓbatus fuerit, accipiet coronã vitæ, quã reꝓmisit Deus diligentibus se. Nemo cùm tentatur, dicat quoniã à Deo tẽtatur. DEVS ẽm intentator malorum est: ipse autẽ neminem tentat. Vnusquisq; verò tentaꝫ à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deindè cõcupiscẽtia cùm cõceperit, parit peccatũ: peccatũ verò cùm consummatũ fuerit, generat mortẽ.

PRIORIS Petri capite quinto: Aduersarius vester diabolus tanꝙ leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide. DEVS aũt omnis gratiæ, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.

POSTERIORIS Petri secundo: Nouit Dominus pios de tentatione eripere.

AD Ephesios sexto: Induite vos armaturã DEI, vt possitis stare aduersùs insidias diaboli: quoniã non est nobis colluctatio aduersùs carnẽ & sanguinẽ: sed aduersùs principes & potestates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum, cõtra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Propterea accipite armaturã DEI, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare &c.

AD Colossenses tertio: Mortificate mẽbra vestra q̃ sunt sup terrã, fornicationẽ, immunditiã, libidinẽ, cõcupiscẽtiã malã.

APOCALYPSIS secũdo: Vincẽti dabo edere de ligno vitę, quod est in Paradiso DEI mei. Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ. Qui vicerit, nõ lædeꝫ à morte secũda. Vincẽti dabo manna absconditũ. Qui vicerit & custodierit vsq; in finẽ opera mea, dabo illi potestatem super gentes &c.

POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Bonũ certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. In reliquo reposita est mihi coroa iustitię, quã reddet mihi dñs in illa die, iustus iudex:

dex: nõ solùm aũt mihi, sed & ijs qui diligunt aduentũ eius.

POSTERIORIS ad Timotheũ secũdo: Labora sicut bonus miles CHRISTI IESV. Nemo militãs Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitimè certauerit.

XIII

Quid est in septima & postrema petitione, Libera nos à malo?

A. PRECAMVR ad extremũ, vt huius seculi calamitatibus, qbus exercẽtur etiã pij, nõ sinat nos Deus ꝓdi & euerti cũ impijs, sed vt benignitate sua nos liberet, quatenùs saluti nostrę cõuenit, atq; ab oñi malo cùm corporis, tũ animę, siue in hac vita, siue in futura ꝓpitius tueatur. Nam & ipse ità ꝓmisit, [a] *Inuoca me in die tribulatiõis, ẽruã te, et honorificabis me.*

B DEMVM totã precatiõem hac vna voce, Amen, claudimus, vt nostrã in orãdo simul & impetrãdo fidutiã cõprobemus, tũ propter CHRISTI, q nõ fallit, ꝓmissionem, [b] *Petite*, inquit, *& dabitur vobis*: tũ ꝓpter patris erga nos immẽsam clementiã & propẽsam in oẽs misericordiã, vt hinc Ioãnes dixerit, [c] *Quodcunq petierimus secundũ voluntatẽ eius, audit nos.*

1 Reg. 8. d
Prou. 10. d
Eccl. 23. a
Hier. 2. c
Tob. 1. d. 2. e
Eccl. 27. a
Apoc. 3. b
Psal. 24. c. d
Psal. 30 a. b e
Psal. 33. a. b d

a Psal. 49. e
2 Cor. 1. d
Amb. in Psal. 40.
Hiero. in c. 6. Matth.

b Matth. 7. b
Luc. 11. b
Ioann. 16. d

c 1. Ioan. 5. e

SCRIPTVRAE.

TERTII Regũ octauo: Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, (quia peccaturus est tibi) & agẽtes pœnitẽtiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cęlo, & dimittę peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum populi tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cælum, & nõ pluerit propter peccata eorum, &c. Ità Salomon in oratione sua.

PROVERBIORVM decimo: Quasi tempestas transiens nõ erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum. Expectatio iustorũ, lętitia: spes autem impiorũ peribit. Fortitudo simplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum. Iustus in æternum non commouebitur: impij autem nõ habitabunt super terram.

ECCLESIASTICI vigesimotertio: Nè incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Domine pater & Deus vitæ meæ, nè derelinquas me in cogitatu illorum. Extollentiam oculorum meorũ nè dederis mihi, & omne desiderium auerte à me. Auser à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentię nè apprẹhendãt me, & animę irreuerenti & insrunitæ nè tradas me.

IEREMIAE secundo: Nunquid seruus est Israel aut vernaculus? quarè ergò factus est in prædam? Super eum rugiẽrũt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terrã eius in solitudinem: ciuitates eius exustæ sunt, & nõ est qui habitet in eis. Nunquid non istud factũ est tibi, quia dereliquisti dñm Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam?

TOBIAE primo: Cùm rex Sennacherib iratus multos occideret ex filijs Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. At vbi nũciatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum. Post dies verò quadragintaquinque, occiderunt regẽ filij ipsius, & reuersus est Tobias in domũ suã, omnisq; facultas eius restituta est ei.

TOBIAE secundo: Contigit autem vt quadam die fatigatus à sepultura, veniẽs in domum suam, iactâsset se iuxta parietem

rietem, & obdormîsset: & ex nido hirundinum dormiẽti illi calida stercora incíderent super oculos eius, fieretque cęcus. Hanc autem tentationem ideò permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cùm ab infantia sua semper Deum timuerit, & mãdata eius custodierit, nõ est cõtristatus cõtra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in Dei timore permansit, agẽs gratias Deo omnibus diebus vitæ suę. Nam sicut beato Iob insultabãt reges, ità isti parẽtes & cognati eius irridebant vitã eius, dicẽtes: Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicẽs: Nolite ità loqui, qm̃ filij sanctorum sumus, & vitã illam expectam⁹, quã Deus datur⁹ est his q fidẽ suã nunq̃ mutãt ab eo.

ECCLESIASTICI vicesimoseptimo: Propter inopiã multi deliquerũt. Si non in timore Dñi tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.

APOCALYPSIS tertio: Quoniã seruasti verbũ patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, q̃ ventura est in orbem vniuersum tentare habitãtes in terra. Eccè venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

PSALMO vigesimoquarto: Oculi mei semper ad Dominũ, quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me, & miserere mei, qa vnicus & paup sum ego. Tribulatiões cordis mei multiplicatę sunt: de necessitatib⁹ meis ẽrue me. Vide humilitatem meã & laborẽ meũ, et dimittte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me. Custodi animã meã, et ẽrue me: nõ erubescã, quoniã speraui in te. Innocẽtes et recti adhæserunt mihi, quia sustinui te. Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PSALMO trigesimo: Inclina ad me aurem tuã, accelera vt ẽruas me. Educes me de laqueo hoc quem abscondẽrũt mihi: quoniã tu es protector meus. Saluásti de necessitatibus animam meã. Nec cõclusisti me in manibus inimici. statuisti in loco spatioso pedes meos. Eripe me de manu inimicorũ meorum, & à persequẽtibus me: Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua.

PSALMO trigesimotertio: Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxtà est Dominus ijs qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non cõteretur. MORS peccatorum pessima: & qui oderũt iustum, delinquẽt. Redimet Dominus animas seruorum suorum: et non delinquent omnes qui sperant in eo.

POSTERIORIS ad Corinthios primo: Ideò et per ipsum, Amen Deo, ad gloriam nostram.

LVCAE vndecimo: Petite, et dabitur vobis.

IOANNIS decimosexto: Petite, et accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

PATRES.

1. B. AMBROSIVS in Psalmũ quadragesimũ super ea verba, Fiat, fiat. In hebræo habet, Amẽ, amẽ: vt asseruerũt q librũ legerũt in Hebraicis literis scriptũ. Græcus hoc loco, γένοιτο γένοιτο dixit: quod est, fiat, fiat. Quod verbũ diuersas significationes habet, vt sit interdùm imperãtis, interdùm precantis, interdùm cõfirmantis aliqd. Imperãtis est, cùm superior inferiori statuit, qd faciendũ sit vel sequẽdũ. Pre- Fiat, fiat:

Precantis est sicut illud, Fiat volũtas tua. Non enim Deo quis imperat, sed precẽ fundit. Confirmantis est, cùm benedicit Propheta, vel sacerdos, vel sanctus aliquis, & populus respondet, Fiat, fiat. Sicut enim cùm sacerdos benedicit, populus respondet, Amen, confirmãs benedictionẽ sibi, quam plebi sacerdos à Domino deprecatur: ità in Psalmo responsum est, Fiat, fiat, quasi, Amen, amen. Amen aũt confirmationis verbum euidenter ostenditur in Euangelio, vbi Dominus confirmans sermonem suum, dicit: Amen dico vobis. Maior aũt vis est, vbi repetitus est sermo: quod in libro Euãgelij secundùm Ioannem frequẽtiùs inuenimus: quia ipse maximè de cælestibus & profundis mysterijs est locutus. Indicium quoq; est libri finiti, Fiat, fiat. Nam in quinque libros diuisum videtur esse Psalterium. Amen. Mat. 6.

2. HIERONYMVS in caput sextũ Matthæi. Amen signaculũ orationis Dominicę est: quod Aquila interpretatur, fideliter: nos, verè, possumus dicere. Mat. 18. & 19. Ioann. 3. 6. 10.

XIIII

Quæ est summa orationis Dominicæ?

A. FORMVLAM absolutam continet nõ solùm orandi ac postulãdi bona, verùm etiàm deprecãdi ac fugiendi mala quælibet.

B. INTER bona verò primũ est illud expetendũ, vt Pater cęlestis ab omnibus semper & vbiq; glorificetur: deindè verò, vt illi⁹ regni participes efficiamur: tum vt ea nobis adminicula suppetãt, quibus ad regnũ DEI cõmodè pueniturr. Quale est ex parte quidẽ animę nostrę, volũtati diuinę cõformari, ex parte verò corporis, victum habere necessariũ.

C. QVAE aũt secundo loco ad finẽ vsque totius precationis adduntur, affectũ exprimunt mala deprecãtis, vt DEI gratia & virtute aut penitùs illa re-

mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

moueãtur, peccata nimirùm bonorũ oñium corruptelæ, & reliquorũ lernę malorũ, aut eadẽ sic tẽperentur, nè sua vi saluti cõsequendę officere possint. Eiusmodi sunt variæ in hoc mundo tentationes, & quęlibet tum præsentis, tum futuræ vitę calamitates.

D. RELIQVA de Oratione tractanda, in eum reseruabuntur locum, qui bonorum operum genera triplicia declarabit.

DE SALVTATIONE ANGELICA.

XV

Quæ salutatio dici Angelica solet?

Lucæ 1. c. e Chryso. & Iacob. in Liturgijs. Aug. ser. 2. de Annũci. Ambr. in c. 1. Luc. Chrysol. ser. 140. & sequent. Bern. Hom. 3. super Missus est. Fulgẽt. in ser. de laude B. Virginis.

EA, quæ sanctissimæ Virgini Deiq; matri his verbis defertur: *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS: Sancta Maria mater DEI, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ. Amen.*

SCRIPTVRAE.

LVCAE primo: Et ingressus Angelus, ad eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Nè timeas MARIA, inuenisti enim gratiam apud DEVM. Eccè concipies in vtero, & paries filiũ: & vocabis nomen eius IESVM. Hic

hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. et dabit illi DOminus DEVS sedem Dauid patris eius, et regnabit in domo Iacob in æternum, et regni eius non erit finis. Dixit autẽ Maria ad Angelum: Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te Sanctũ, vocabitur filius DEI. Et paulò pòst: Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, et exclamauit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et vndè hoc mihi, vt veniat mater DOmini mei ad me? Eccè enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribꝰ meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à DOmino.

PATRES.

CHRYSOSTOMVS in liturgia, siue in Missa sua: Precibus Domine eius quæ genuit te Deiparæ, & semper virginis Mariæ, sanctarum omnium potestatum spiritualium, precioſi prophetæ præcursoris ac Baptistæ Ioannis, sanctorum glorioſorum Apostolorũ, & sancti Nicolai, cuius & memoriam celebramus, miserere & serua nos. Ibidèm sæpiùs: Sanctissimæ, incontaminatæ, super omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipsos, & inuicèm, & omnem vitam nostram Christo Deo nostro commendemus. Itemrùm: Precibus sanctissimæ Deiparæ seruator serua nos. Et paulò pòst: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, per preces dominæ nostræ Deiparæ, & semper virginis Mariæ, sancti & glorioſi Apostoli & Euangelistæ huius. Et quibusdam interpositis: Vt verè dignum & iustum est, glorificare te Deiparã & semper beatissimam, & penitùs incontaminatam matrem Dei nostri &c. vt infrà quæstiõe decimanona. Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: quoniam saluatorem animarũ peperisti nostrarum. Rursum: Intercessione immaculatæ Dominæ nostræ Deiparę, & semper virginis Mariæ dignum me fac, vt sine condemnatione accipiam immaculatũ

Intercessio B. Virginis & Sanctorum aliorum.

Preces Deiparæ. Psal 67.

Preces Mariæ & Sanctorũ.

Salutatio Angelica.

Intercessio Dominæ nostræ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum donum in remissionem peccatorum, &c. Iterùm: Dirige nostram viam, & confirma nos in timore tuo omnes, custodi vitã nostram, stabili nostros gressus, precibus & supplicationibus sanctæ Deiparę, & semper virginis Mariæ, & omnium sanctorum.

Preces & supplicationes Mariæ & oim Sanctorum.

2. IACOBVS Apostolus & frater Domini in Liturgia siue Missa sua: Commemorantes sanctissimam, immaculatam, gloriosissimam Dominam nostram matrem Dei, & semper virginem Mariã, cum omnibus sanctis & iustis, nosipsos, & inter nos, & omnem vitã nostram Christo Deo commendemus. Ibidèm: Commemorationẽ agamus sanctissimæ, immaculatæ, gloriosissimæ, benedictæ dominæ nostræ matris Dei, & semper virginis Mariæ, ac omnium sanctorum, & iustorum, vt precibus atq; intercessionibus eorum omnes misericordiam consequamur. Et post quædam: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quia saluatorem peperisti animarum nostrarũ. Dignum est, vt te verè beatam dicamus Deiparam semper beatam, & omnibus modis irreprehensam, & matrem Dei nostri, honorabiliorem quàm Cherubim, & gloriosiorem quàm Seraphim, quæ sine corruptione Deum verbum peperisti, te reuerà Deiparam magnificamus. Tibi ô plena gratiæ, vniuersa creatura gratulatur, Angelorum cœtus, & hominum genus, quæ es templum sanctificatum, paradisus spiritalis, virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster, qui est ante secula. tuum enim vterum thronum fecit, & tuum ventrem latiorem ac ampliorem cęlis ipsis reddidit. tibi ô gratię plena, vniuersa creatura gratulatur: gloria tibi.

Preces & intercessiões B. Virginis & Sanctorum.

Salutatio Angelica.

Laudes Deiparæ.

Vniuersa creatura Mariæ gratulatur.

3. AVGVSTINVS sermone secundo de Annunciatiõe Dominica, qui est sermo decimus octauus de sanctis: Descẽdit Angelus de cælo, missus à patre Deo in nostrę redemptionis exordium, ad beatam salutando Mariam: Aue, ait, gratia plena, Dominus tecum. Impleta est ergò gratia, & Euæ vacuata est culpa Maledictio Euæ, in benedictionem mutatur Marię. Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Tecum Dñs in corde, tecum in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio. Gratulare beata virgo: Christus rex è cælo suo incarnatur in vtero tuo, ex sinu Patris in vterũ dignatur descẽdere matris. Benedicta tu, inquit, in mulieribus, quæ vitam & viris & mulieribus peperisti. Mater generis nostri pœnam intulit mundo: genitrix Domini nostri salutem attulit mundo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa

Expositio salutationis Angelicæ.

Comparatio eum Eua.

la percussit, ista sanauit. Pro inobedientia enim obedictia commutatur, fides pro perfidia compensatur. Et post quædam: O beata Maria, seculum omne captiuum tuum deprecatur assensum, te apud Deum mundus suæ fidei obsidem fecit. Noli morari virgo, nuncio festinanter respondè verbũ, & suscipe filium: da fidem, & senti virtutem. Eccè, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secũdùm verbum tuum. Nec mora, reuertitur nuncius, & virginalem thalamum ingreditur Christus. Efficitur subitò prægnãs beata Dei genitrix, & cuncta per secula prædicatur felix. Quid mirum si sine corruptiõe nascitur, qui de sanctificatione concipitur? Non enim decebat, vt ille qui nobis afferebat salutem, matri ꝓriperet integritatis dignitatẽ. Nam qui terra, mari, cæloq; nõ capitur, intra vnius corpusculi mẽbra susciptur. Hæc est illa nouitas, Hieremiæ Prophetæ vaticinio ꝓnunciata: Faciet, inquit, Dominus nouum super terrã, fœmina circundabit virum. O fœmina super fœminas benedicta, quæ virum omninò non nouit, & virum suo vtero circundedit. Circundat virum Maria, Angelo fidem dando: quia Eua perdidit virum, serpenti consentiendo. O beata Maria, quis tibi dignè valeat iura gratiarum ac laudum præconia rependere, quæ singulari tuo assensu mundo succurristi perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluat, quæ solo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque quascunque exiles, quascũque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cùm susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditiõis, & reporta nobis antidorum reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fida mẽte poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus: quia tu es spes vnica peccatorum, per te speramus veniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio præmiorum. Sancta Maria, succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles: &c. vt infrà quæstione decimanona. Assiste parata votis poscentiũ, & repende omnibus optatum effectum. Sint tibi studia assiduè orare pro populo Dei, q̃ meruisti benedicta redẽptorem ferre mundi.

Lue. 1.

Felix per cũcta secula.

Hiere. 31.

Inuocatio B. Virginis.

Spes vnica peccatorum post Christũ.

4. AMBROSIVS in caput primum Lucæ: Maria benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nusquàm lecta est, nusquàm antè comperta, Soli Mariæ hæc salutatio seruabatur. Benè enim sola gratia plena dicitur, q̃ sola gratiã, quam nulla alia meruerat, consecuta est, vt gratiæ repleretur authore. Ibid. Nec mirũ si Dñs redempturus mundũ, operatiõem suã inchoauit à matre, vt ꝑ quam salus omni-

Salutatio antè inaudita.

Gratiam quã nulla alia meruit, consecuta est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore. Vndè & meruit audire, Beata quæ credidisti. Et verè beata, q̃ sacerdote præstantior: cùm sacerdos negâsset, virgo correxit errorẽ. Luc.1.

5. PETRVS Chrysologus Archiepiscopus Rauẽnas, sermõe cẽtesimo quadragesimo & sequentibus, exponit Euangelium de Annunciatiõe Dñica, atq; inter cætera sermone cẽtesimo quadragesimo sic ait: Facta est verè nunc mater viuentium per gratiam, q̃ mater antè extitit morientium per naturã. Quãtus sit Deus, satis ignorat ille, qui huius virginis mentem non stuper, animum non miratur: pauet cælum, tremunt angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit: & vna puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospitio, vt pacem terris, cælis gloriam, salutẽ perditis, vitã mortuis, terrenis cum cælestibus parẽtelam, ipsius Dei cum carne commercium pro ipsa domûs exigat pensione, pro ipsius vteri mercede conquirat, & impleat illud Prophetæ: Eccè hæreditas Dñi filij, merces fructus vẽtris. Deindè sermõe cẽtesimo quadragesimosecũdo: Agit cum MARIA Angelus de salute, quia cũ Eua angelus egerat de ruina. Ante causam dignitas virginis annunciatur ex nomine: nam MARIA Hebræo sermone, Latinè domina nũcupatur. Et sermone centesimo quadragesimotertio, Aue gratia plena. Quia singulis gratia se est largita per partes, MARIAE verò simul se totam dedit gratiæ plenitudo. Omnes, inquit Euãgelista, de plenitudine eius accepimus: Verè benedicta, quæ fuit maior cælo, fortior terra, orbe latior: nam Deum quem mundus nõ capit, sola cepit. Portauit Deum, qui portat orbem: genuit genitorem suum, nutriuit omniũ viuentium nutritorem.

Psal. 126. Fructus ventris. MARIA. Ioann.1.

6. BERNARDVS homilia tertia de laudibus Virginis matris, super Euãgelium, Missus est Angelus Gabriel: vbi explicat Angelicã salutatiõem, atque inter cætera ità scribit: Legimus in Actibus Apostolorum & Stephanum plenum gratia, & Apostolos fuisse repletos spiritu sancto: sed longè dissimiliter à MARIA. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quemadmodùm in Maria: nec illi conceperũt de spiritu sancto, quõ Maria. Quid mirum si gratia plena erat, cum qua Dñs erat? Præuenit suũ nunciũ ad virginem quam amauerat, quã sibi elegerat, cuius decorẽ concupierat: Meritò aũt concupiuit rex decorẽ virginis. Fecerat enim quicquid longè anteà præmonita fuerat à patre suo Dauid, dicente sibi: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populũ tuũ & domum patris tui. Et si hoc feceris, cõcupiscet rex decorẽ tuum: Actor.6. Plena gratia. Psalm. 44.

Inclinauit

Inclinauit aurem suam ad obedientiam, & cor suum ad disciplinã, & oblita est populum suum & domum patris sui: quia nec populũ suum augere prolis successione, nec domui patris sui relinquere curauit hæredem: sed quicquid honoris in populo, quicquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est vt stercora, vt Christũ lucrifaceret. Nec fefellit eam intentio, quandò & Christum sibi filium vendicauit, nec propositum pudicitiæ violauit. Benè igitur gratia plena, quæ & virginitatis gratiã tenuit, & insuper fœcunditatis gloriam acquisiuit. Non dixit, Dominus in te. sed, Dominus tecum. Deus enim qui vbiquè æqualiter totus est, per suam simplicem substantiam, aliter tamen in rationalibus creaturis, quàm in cæteris, & ipsarum aliter in bonis, quàm in malis est per efficaciam. Ità sanè est in irrationalibus creaturis, vt tamen non capiatur ab ipsis. A rationalibus autem omnibus quidem capi potest per cognitionem, sed à bonis tantùm capitur etiam per amorẽ. In solis ergò bonis ità est, vt etiam sit cum ipsis propter cõcordiam voluntatis. Sed cùm ità sit cum omnibus sanctis, specialiter tamen cum Maria, cum qua vtiquè tanta ei consensio fuit, vt illius non solùm voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret, ac si de sua virginis q̃ substantia vnum Christũ efficeret, vel potiùs vnus Christus fieret: qui etsi nec totus de Deo, nec totus de virgine, totus tamen Dei & totus virginis esset: nec duo filij, sed vnus vtriusq̃ filius. Nec tantùm Dominus filius tecum, quem carne tua induis: sed & Dominus Spiritus sanctus, de quo concipis, & Dominus Pater, qui genuit, quem concipis. Non quia tu benedicta, ideò benedictus fructus ventris tui: sed quia ille te præuenit in benedictionibus dulcedinis, ideò tu benedicta. Verè etenim benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes: de cuius plenitudine tu quoquè accepisti cum cæteris, etsi differentiùs à cęteris. Benedictus in odore, benedictus in sapore, benedictus in specie. Ex cuius benedictione benedicta etiam tu in mulieribus: quia non potest mala arbor fructum facere bonum. Benedicta inquam tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euasisti, qua dictum est: In tristitia paries filios: & nihilominùs illam, qua secutum est, Maledicta sterilis in Israël: ac singularem consecuta es benedictionem, vt nec sterilis maneas, nec cum dolore parturias. O virgo prudẽs, ô virgo deuota, quis te docuit, Deo placere virginitatem? Tu non dicã præceptum, sed nec consilium habes, nec exemplum, nisi quòd vnctio docebat te de omnibus, ac sermo Dei viuus & efficax antè tibi fa- Phil.3. Dominus tecum. Benedicta. Benedictus fructus. Matth.7. Genes.3.

Maria virginitatē vouit.

ctus est magister, quàm filius: priùs instruxerit mentem, quàm induerit carnē. Christo ergò deuoues te exhibere virginem,& nescis quòd ipsi exhiberi te oportet etiam matrem. Eligis in Israel esse cō-temptibilis,& vt illi placeas cui te probâsti, maledictum incurrere sterilitatis: & eccè maledictio benedictione commutatur,sterilitas fœcunditate recompensatur.

Comparatur cum Eua. Gen. 3.

7. FVLGENTIVS Ruspensis Episcopus in sermone de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris: Facta est Maria fenestra cæli, quia p ipsam Deus,&c. vt infrà quæstione decimanona. Tria denique mala Euæ,à tribus bonis Mariæ probantur exclusa. Nam Euæ dictū est: In doloribus & tristitia paries, & ad virum conuersatio tua,& ipse dominabitur tui. Tribus ergò his malis se subiugant fœminæ, quæ Mariam non sequūtur, dolori, tristitiæ, seruituti. Maria autem ecō-trariò, quàm præclarissimis tribus bonis sublimetur, ausculta: Salutationis Angelicæ, benedictionis diuinæ, & plenitudinis gratiæ. Sic enim eam legitur salutâsse: Aue Maria, gratia plena, benedicta tu inter mulieres. Cùm dixit, Aue, salutationem illi cælestē exhibuit. Cùm dixit, gratia plena, ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ,& plenam benedictionis gratiam restitutam. Cùm dixit, benedicta tu inter mulieres, virginitatis eius benedictum fructum expressit, vt ex eo benedicta dicatur inter mulieres, quæcunq; perseuerauerit virgo: maledicta enim Eua fuerat, quam nūc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeâsse. Venite virgines ad virginem, venite concipientes ad concipientem, venite parturientes ad parturientem, venite matres ad matrem, venite lactantes ad lactantem, venite iuuenculæ ad iuuenculam. Ideò omnes istos cursus naturæ virgo Maria in Domino nostro IESV CHRISTO

Ad se confugientibus subuenit.

suscepit, vt omnibus ad se confugientibus fœminis subueniret, & sic restauraret omne genus fœminarum ad se veniētium, noua Eua seruando virginitatem, sicut omne genus virorum Adam nouus recuperat Dominus Iesus Christus.

XVI

Vndè hic modus Deiparam virginem salutandi profluxit?

A. Primùm ex Euangelicis verbis & exemplis nata est hęc salutatio, quandò nos ità docēt afflati diuino

diuino spiritu magnus Gabriel Archangelus,[a] & pręcursoris Domini mater sancta Elisabetha. a Luc. 1. e e

B. Deindè confirmat nobis hanc salutandi formulam vsus & consensus Ecclesię perpetuus, quē sancti Patres[b] & maiores in hunc vsque diem religiosissimè obseruârunt, ac obseruari à nobis voluerunt. b Athanas. in euāg. de sanctiss. Deipara & plures alij.

LVCAE primo, vt suprà quęstione pręcedenti.

ATHANASIVM, pluresque alios, videquęstione decima octaua & decimanona sequentibus.

XVII

Quid prodest huiusmodi salutatione vti?

A. His p̄claris verbis admonemur primùm summi beneficij, quod per Mariam Deiparam ęternus pater inchoare voluit in Christo,& humano genere redimendo clementer exhibere. Galat. 4. a

B. Tum insignis hęc est commendatio sacrosanctę & admirandę virginis, quam nobis Deus inuē-tricem gratię ac vitæ genitricem esse decreuit. Luc. 11. d 1. e

C. Quarè nihil mirū si post pia vota, quę in precatione Dominica Deo commendauimus, hîc acceptę per Christum gratię memores, non modò Christi matrem, sed etiam Deum Patrem in eadē virgine Deipara laudemus, & collętantes angelis, eandem reuerenter, & sæpè quidem, salutemus.

Scriptu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD Galatas quarto: Vbi venit plenitudo temporis, misit DEUS filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

LVCAE vndecimo: Factum est autem cùm hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimmò.

LVCAE primo: Et ait angelus ei: Nè timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. eccè concipies in vtero, &c.

XVIII

Quis est huius Salutationis sensus?

Andreas Hieros. Archiepisc. Cretensis in salutationem angel.
Iren. lib. 3. ca. 33.
Hier. ad Eustoch. de custod. virg.
Innocent. 3. ser. 2. de assumptione.
Bern. ho. 2. super Missus est.
Aug. ser. 2. de Annunciat.

A. Primis quidem verbis iure gratulamur, & gratulando prędicamus eam, quę nobis Euam secũdam, eamq́; felicem pręstitit. Etenim quod illa prior mundo intulit Vę maledictionis, hæc suo salutifero partu sustulit, ipsamq́; maledictionem filiorum Adę, benedictione perpetua cõmutauit.

Amb. in 1. ca. Luc.

B. Digna quidem illa, quę gratia plena prædicetur, vt quę plena Deo, plena virtutibus, sola (nam Ambrosij verbis vtemur) gratiam quam nulla alia meruerat, cõsecuta est, vt gratię repleretur authore. Et quis potuit in eius anima vel corpore locus esse vitiorum, quandò sancti sanctorum

ctorum est templum effecta?

C. Additur porrò, *Dominus tecum:* quia & virtus Patris illi singulariter [a] obũbrauit, & Spiritus sanctus cumulatissimè superuenit, & [b] verbũ caro factum ex illa tanquàm sponsus de thalamo suo, admirabiliter processit.

a Luc. 1. d
b Ioan. 1. a
Psalm. 18. a

D. Ad hęc, *benedicta in mulieribus*, quia virginitate sponsa simul & fœcunditate mater existit, quam proindè summo iure [c] beatam dicũt, semperq́; dicent omnes generationes. Mulier tota [d] pulchra & immaculata, virgo ante partũ, in partu, & post partum, [e] semper incorrupta, ab omni [f] peccati labe libera, super cælos omnes exaltata, quę nec minùs viuificãdo profuit, quàm infelix Eua obfuit mortalibus occidendo.

Esa. 7. e
Ezech. 44. a
c Luc. 1. e
d Cant. 4. b
e Amb. ep. 81.
Hier. in Heluid. & in apolog. 2. lib. aduersus Iouin.
f Aug. de nat. & grat. ca. 36.
Con. Tridét. sess. 5. ité sess. 6. canone 23.

E. Et *benedictus fructus ventris tui* IESVS, vt qui ex MARIA radice [g] velut flos ascendens, & ipse quodammodò terrę fructum se pręstitit, & ęternę salutis fructum ità mẽbris suis, sicut [h] vitis palmitibus succum & vigorem suppeditat. Verè [a] beatus venter, qui te portauit & edidit mundo Saluatorem: verè beata vbera, quæ de cælo plena, filium Dei lactauerunt.

g Esa. 11. a
h Ioan. 15. a
a Luc. 11. d

F. Et additur demùm ab Ecclesia, *Sancta Maria mater* DEI, *ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora*

Vide antiquũ Breuiarium Ro. & nouum ex edicto cõcilij Trident. editum.

mortis noſtræ. Quippe ſanctorum [c] Patrum veſtigijs inſiſtentes, non modò laudabilem & admirabilẽ illam virginem, quę ſicut lilium eſt inter ſpinas, ſalutamus, ſed & eam virtute Dei auctam eſſe tãta credimus atque profitemur, vt poſſit prodeſſe, ſauere, annuere miſeris mortalibus, dum hi præſertim ſe ſuaq; vota illi commendãt, ac diuinã gratiã matris interceſſione ſupplices expetunt.

[c] Ephræm de laudib. Mariæ & in orat. ad eandẽ. Itẽ in lamẽt. B. virg. Iren. lib. 5. Nazian. ſ. Cyprianũ. & in Tragœ. Chriſtus patiens. Fulgẽt. in ſer. de laudib. B. virg. Anſelmus de excellẽtia B. virginis, cap. 12. Bern. ſerm. 2. dom. 1. poſt octẽ Epiph. & ſer. 1. & 4 de Aſſumpt.

SCRIPTVRAE.

LVCAE primo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.

IOANNIS primo: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

PSALMO decimooctauo: Et ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gigas ad currẽdam viã, à ſummo cælo egreſſio eius.

ESAIAE ſeptimo: Eccè virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

EZECHIELIS quadrageſimoquarto: Porta hęc clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſiet per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa principi.

LVCAE primo: Reſpexit humilitatem ancillę ſuę: eccè enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens eſt.

CANTICORVM quarto: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

ESAIAE vndecimo: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eam ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientię & intellectûs, &c.

oannis

IOANNIS decimoquinto: Ego ſum vitis, vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.

LVCAE vndecimo: Factum eſt autem cùm hęc diceret, extollẽs vocem quędam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimmò: Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

CANTICORVM ſecundo: Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

PATRES.

1. A. ANDREAS Hieroſolymitanus Archiepiſcopus Cretenſis, in ſalutationem angelicam: Aue, inquit, gratia plena: Dominus tecum. Qui eſt ante te, hodiè tecum eſt, & paulò pòſt erit ex te. Illud quidem ab omni æternitate, hoc autem in tempore. O immenſam humanitatem, ô benignitatem incredibilem. Non fuit ſatis gaudiũ indicâſſe, niſi ipſum gaudij authorem ineſſe Virgini ſignificaret. Illud enim, Dominus tecum, perſpicuè Regis præſentiam declarat, q ſic ex ipſa corpus aſſumit humanum, vt à propria gloria nõ recedat. Aue gratia plena, Dominus tecum. Gaude lętitię inſtrumẽtum, per quod triſtis execrationis ſententia in lętum gaudij iudicium commutatur. Gaude verè benedicta, gaude virgo præclariſsima, gaude ornatiſsimum diuinæ glorię templum. Gaude ſacroſanctum regis palatium, gaude thalame, in quo ſibi Chriſtus humanitatem ſponſam adiunxit. Gaude electa à Deo antequàm genita. Gaude diuinũ inter Deum atque homines conciliationis perfugium. Gaude theſaure vitæ immortalis, gaude cęlum, in quo ſol glorię ſplendet: domicilium cęlo præſtantius. Gaude vnicum illius, qui nuſquàm capitur, ampliſsimum habitaculum. Gaude ſancta terra virginea, ex qua nouus Adam formatur, qui veterem Adam ſeruet. Gaude fermẽtum ſanctũ ac Deo gratum, ex quo totius generis humani maſſa fermentatur, & in vnius corporis Chriſti panem euadit, & admirabili ratione coaugmẽtatur. Gaude gaudij mater ſempiterni, gaude noua Dei arca, in qua Dei Spiritus conquieſcit. Arca, in qua noſter Noë Chriſtus humanitatem ſeruauit: arca, in qua nouæ gloriæ ſanctificatio, & qui natura ſanctus eſt, in virginea naturę officina corpus ſibi ratione mirabili fabricatus eſt, non deponens id quod erat:

Luc. 1. Dominus tecum.

Eximiæ laudes B. virgin.

Perfugiũ conciliatiõis inter Deum & homines.

Figuræ B. virginis. Gen. 7. Exod. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est enim immutabilis: sed assumens id quod non erat: est enim benignus & hominum amantissimus. Gaude vrna aurea, quę cõtines illum, qui dulce manna & mel è petra ingrato populo subministrauit. Gaude Seraphica mystici carbonis ardentis forceps. Salue spiritale pręcognitionis perspicuę speculum, per quod Prophetę infinitam erga nos Dei submissionẽ mysticè vaticinati sunt. Gaude speculum, per quod iustitię solẽ venientẽ è cęlo suspicientes ij q densis in tenebris peccati versabantur, illustrati sunt. Salue Prophetarum & Patriarcharum omnium decus, & clarissima arcanæ pręcognitionis humanæ tuba. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Et meritò benedicta: benedixit enim te Deus tabernaculum suum, quoniam paternæ glorię plenum Christum Iesum, hominẽ eundem & Deum in ijs ex quibus, & in quibus naturis consistit, admirabili ratione in vtero tuo gessisti. Benedicta tu in mulieribus, quæ cęlestem thesaurum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię Dei reconditi, in sacro virginitatis tuæ penu, sine angustia compræhendisti. Tu verè benedicta es, cuius vterus areę cumulus est: quia benedictionis fructum, immortalitatis spicã Christum, sine semine, sine cultoris labore multiplicem frugũ innumerabiliũ messem * nostræ salutis Agricolę produxisti. Tu verè benedicta, quę sola ex omnibus matribus creatori tuo mater electa es, & quod est matrum omnium proprium ignoras: cuius quoq; excellẽtia virginitatis, maternis doloribus corrupta nõ est, virgineo germine tuo signa tuę castitatis integra cõseruante. Tu verè benedicta, quæ sola sine viri coniunctione filium genuisti, qui cęlos condidit, & terram virginitate tua cælis exæquauit. Benedicta tu in mulieribus, quæ sola benedictionem suscepisti, quam Deus per Abrahã gẽtibus omnibus promisit. Tu verè benedicta, quę sola benedicti filij Iesu Christi & Saluatoris nostri declarata es mater, per quã clamãt gentes. Benedictus qui venit in nomine Domini: &, Benedictũ nomen glorię eiꝰ in secula: &, Implebitur gloria eius omnis terra: fiat, fiat. Benedicta tu in mulieribus, quam beatam dicunt omnes generationes: quam reges honorant, principes venerãtur, diuites populi obsecrant, virgines quę vel pręcesserunt vel sequũtur, in templum Regis comitantur. Benedicta tu in mulieribus, quam Esaias oculis propheticis aspiciens, prophetissam, & virginem, & laterem, & locum, & caput libri obsignatum arcana ratiõe nominauit. Benedicta tu verè, quam Ezechiel auroram, & portam conclusam, per quam solus Deus ingressus est, & rursum cõclusam appellauit. Tu sola verè be-

Exod. 16. Hebr. 9. Psalm. 80. Esaiæ 6.

Benedicta in mulieribus

Coloss 2.

for. *, nostręq; salutis agricolã

Psal. 117. & 71.

Luc. 1.

Diuites Mariã obsecrãt.

Esaiæ 1.

Ezech. 44

rè benedicta, quam vir desideriorũ Daniel mõtem vidit, & Abacuc admirabilis montem opacum. Montem quoquè Dei, montem pinguem, montẽ coagulatũ, mõtem in quo placitum est Deo habitare, te tuus ille progenitor atq; rex propheticè decantauit. Benedicta tu in mulieribus, quã Zacharias rerum diuinarum inspector eximius candelabrũ aureũ vidit septẽ lucernis, & septẽ infusorijs, id est, septem Spiritus sancti muneribus exornatũ. Tu verè benedicta, q tanquàm paradisus intra te continens ipsius Eden plantatorem Christum: qui infinitâ virtute ex almo vtero tuo prodiens instar fluuij, quatuor principijs pr Euangeliũ rigat faciem vniuersæ terræ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Fructus, ex quo protoplastus Adam vescẽs, euomet veterem illam potionẽ, per quam fraudis venenum hausit. Fructus, ex quo ligni amaritudo dulcescit: qui expurgat humanitatẽ, qui vero Israëli fontes vberrimos præbet in solitudine, qui aquas amaras efficit dulces, & nouũ panis ac cibi imbrem emittit. Benedictus fructus, qui ex incorrupta virgine vteri planta maturus racemos extulit. Benedictus fructus, ex quo fontes emanant aquæ saliẽtis in vitam æternam. Fructus, ex quo vitalis panis Dñici corporis, & salutare immortalitatis poculum conficitur. Benedictus fructus, quem omnis lingua cælestium, terrestriũ & infernorum celebrat triplici sanctitate, in vna diuinitate trinitatem indicans personarum.

Dan. 2. Abac. 3.

Psalm. 67.

Gen. 2.

Gen. 3.

Exod. 17. 15. & 16.

Benedictus fructus. Ioan. 4.

Philipp. 2.

2. IRENAEVS libro tertio aduersùs hæreses, capite trigesimo primo: Quemadmodùm protoplastus ille Adã de rudi terra & adhuc de virgine (nondùm enim pluerat Deus, & homo nõ erat opatus terram) habuit substantiam, & plasmatus est manu Dei, id est, verbo Dei: omnia enim per ipsum facta sunt: & sumpsit Dominus limum à terra, & plasmauit hominem: Ità recapitulans in se Adam ipse verbum exiſtens ex Maria, quæ adhuc erat virgo, rectè accipiebat generationem Adæ recapitulationis. Si igitur primus Adam habuit patrem hominem, & ex semine viri natus est, meritò dicerent & secundum Adam ex Ioseph esse generatum. Si autem ille de terra quidẽ sumptus est, & verbo Dei plasmatus est, oportebat id ipsum verbum recapitulationem Adæ in semetipsum faciens, eiusdem generationis habere similitudinem.

Adam ex terra adhuc virgine formatus. Gen. 2. Ioan. 1. Gene. 2.

3. ET capite trigesimotertio: Sicut Eua inobaudiens facta, & sibi & vniuerso generi humano causa facta est mortis: sic & Maria habẽs prædestinatum virum, tamen virgo obaudiens, & sibi & vniuerso generi humano causa facta est salutis, Euæ inobedientiæ nodus so-

Comparatur cum Eua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vniuerso generi humano factæ est causa salutis.

lutionem accepit per obedientiam Mariæ: quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc virgo Maria soluit per fidem.

4. HIERONYMVS epistola vigesimasecunda ad Eustochium de custodia virginitatis: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Virga, mater est Domini, simplex, pura, syncera, nullo extrinsecùs germine cohærente, & ad similitudinem Dei vnione fœcunda. Virgæ flos, Christus est, dicens: Ego flos campi, & lilium conuallium. Qui & in alio loco lapis p̃dicatur abscissus de monte sine manibus: significante Propheta, virginem nasciturum esse de virgine. Manus quippe accipiuntur pro opere nuptiarum. In doloribus iugiter Eua parturiebat: postquàm verò virgo cõcepit in vtero, & peperit nobis puerum, cuius principatus in humeros eius, Deum, fortem, patrem futuri seculi: soluta maledictio est. Mors per Euam, vita per Mariam. Ideoq; & ditius virginitatis donum fluxit in fœminas, quia cœpit à fœmina.

Esa. 11. Maria virga.

Cant 2. Dan. 2. Maria mons est.

Esa. 9. Vita per Mariam.

5. INNOCENTIVS tertius sermone secundo de Assumptiõe Mariæ virginis: Oportebat, vt sicut per fœminam mors intrauit in orbem, ità per fœminam vita rediret in orbem: & ideò quod dãnauit Eua, saluauit Maria, vt vndè mors oriebatur, indè vita resurgeret. Illa consensit diabolo, & vetitum pomum comedit, secundùm illud: Tulit de fructu, & comedit, deditq; viro: Ista credidit angelo, & filium promissum concepit, secundùm illud: Eccè concipies & paries filium. Illa comedit pomum ad mortem, iuxta quod fuerat illi prædictum: Quacunq; die comederis, morte morieris. Ista concepit filium ad salutem, sicut ei fuerat prænotatum: Vocabis nomẽ eius IESVM: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Illa peperit in dolore, secũdùm illud: Multiplicabo ærumnas tuas, & cõceptus tuos, & in dolore paries. Ista genauit in gaudio, secundùm illud: Annuncio vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodiè Saluator, qui est Christus Dñs, in ciuitate Dauid. Illa fuit de solo viro producta, quoniam ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierẽ: sed produxit virum & fœminam. Hæc autẽ producta fuit de viro & fœmina, sed solum virum produxit: Quia nouum fecit Dominus sup terram, fœmina circundedit virum gremio vteri sui. Illa dicta est Eua, huic dictum est Aue: quia per hanc mutatum est nomen Euæ: Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecũ. Quasi diceret: Illa fuit plena peccato, sed tu plena gratia. Illa fuit maledicta in mulieribus, sed benedicta tu in mulieribus. Fructus ventris illius fuit maledictus

Confertur cum Eua.

Gen. 3.

Luc. 1.

Gen. 2.

Matt. 2.

Genes. 3. Luc. 2.

Genes. 2.

Hiere. 31.

Eua in Aue mutatum.

Cain,

Cain, sed fructus ventris tui erit benedictus IESVS. Et sub finem: Ipsa est ergò aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Luna lucet in nocte, aurora in diluculo, sol in die. Nox autem est culpa, diluculum pœnitentia, dies gratia. Qui ergò iacet in nocte culpæ, respiciat lunam, deprecetur Mariam, vt ipsa per filium cor eius ad compunctionẽ illustret. Quis enim de nocte inuocauit eam, & nõ est exauditus ab ea? Ipsa est mater pulchræ dilectionis & sanctæ spei. Qui verò ad diluculum pœnitentiæ surgit, respiciat auroram, deprecetur Mariam: vt ipsa per filium cor eius ad satisfactionem illuminet. Quis enim deotè inuocauit eam, & non est exauditus ab ea? Ipsa est mater pulchræ dilectionis & sanctæ spei. Quia verò militia est vita hominis super terram, (nam mundus positus est in maligno: caro concupiscit aduersùs spiritum, oculus depręda tur animam, mors ingreditur per fenestras: nec est nobis colluctatio tãtùm aduersùs carnem & sanguinem: sed aduersùs spiritualia nequitię in cęlestibus, aduersùs rectorem tenebrarum harũ. Aduersarius enim noster diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret) quicunque sentit impugnationem ab hostibus vel à mundo, vel à carne, vel à dæmone, respiciat castrorum aciem ordinatam, deprecetur Mariam, vt ipsa per filium mittat auxilium de sancto, & de Sion tueatur.

Cant 6.

Peccator deprecetur Mariam.

Ecclesiastici 24.

Pœnitens deprecetur Mariam.

Iob 7. 1 Ioann. 5. Galat. 6. Thren. 3. Hier. 9. Ephes. 6. 1. Pet. 5.

Qui tentãtur, Mariam inuocent.

6. BERNARDVS homilia secũda de laudibus Virginis Matris super Euãgelium, Missus est: Curre Eua ad Mariam, curre mater ad filiam, filia pro matre respondeat, ipsa matris opprobrium auferat: ipsa patri pro matre satisfaciat: quia eccè si vir cecidit per fœminã, iam non erigitur nisi per fœminam. Quid dicebas ô Adam? Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Verba malitiæ sunt hæc, quibus magis augeas quàm deleas culpam. Veruntamen sapientia vicit malitiam: cùm occasionẽ veniæ, quã à te Deus interrogando elicere tentauit, sed non potuit, in thesauro indeficientis suæ pietatis inuenit. Redditur nempe fœmina pro fœmina, prudẽs pro fatua, humilis pro superba: quæ pro ligno mortis, gustum tibi porrigat vitæ, & pro venenoso cibo illo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus æterni. Muta ergò iniquę excusationis verbum in vocem gratiarum actionis, & dic: Domine, Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vitæ, & comedi, & dulce factum est super mel ori meo, quia in ipso viuificâsti me. Eccè enim ad hoc missus est angelus ad virginem. O admirandam & omni honore dignissimã virginem, ô fœminam singulariter venerandam, super omnes fœmi-

Psalm. 19. Maria restauratrix Euæ.

Gen. 3.

Sapien. 7.

Laus B. Virginis.

nas

Universidad de Deusto
Biblioteca

nas admirabilem,parentum reparatricem,posterorum purificatricem.Missus est,inquit,angelus ad virginem.Virginem carne,virginem mente, virginem professione,virginem deniq; qualem describit Apostolus,mente & corpore sanctam. Nec nouiter,nec fortuitu inuentam,sed à seculo electam:ab altissimo præcognitam & sibi p̄paratam,ab angelis seruatam,à Patribus præfiguratam,à Prophetis promissam.Scrutare scripturas,& proba quæ dico. Visne vt & ego aliqua ex his testimonia hic inferam? Vt pauca loquar de pluribus, quā tibi aliam prædixisse Deus videtur, quandò ad serpentem ait: Inimicitias ponam inter te & mulierem? Et si adhuc dubitas, an de Maria dixerit: audi quod sequitur, Ipsa conteret caput tuum. Cui hæc seruata victoria est,nisi Mariæ?Ipsa proculdubiò caput contriuit venenatum,quæ omnimoda maligni suggestionem tam de carnis illecebra,quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum. Quam verò aliam Salomon requirebat, cùm dicebat: Mulierem fortem quis inueniet?Et multis testimonijs alijs in medium productis,ità concludit:Vides quàm pulchrè & concorditer sanctorum mira facta,& mystica dicta sibi inuicèm concinunt? Vides q̄ stupendum sit hoc vnum de virgine, & in virgine factum miraculum, quod tot miracula præuenerunt,tot oracula promiserunt? Vnus nimirū fuit Spiritus prophetarum: licèt diuersis modis, signis & temporibus eandem rem diuersi non diuerso spiritu & præuiderunt, & prædixerunt.Quod Moysi monstratum est in rubo & igne,Aaron in virga & flore,Gedeoni in vellere & rore,hoc apertè Salomon præuidit in forti muliere & eius precio,apertiùs Hieremias præcinit de fœmina & viro,apertissimè Esaias declarauit de virgine & Deo.Et in fine sermonis:Loquamur pauca, & super hoc nomine (Maria) quod interpretatū,maris stella dicitur: & matri virgini valdè conuenienter aptatur. Ipsa nanque aptissimè sideri conparatur: quia sicut sine suî corruptione sidus suum emittit radium, sic absque suî læsione virgo parturit filium. Nec sideris radius suam minuit claritatem,nec virgini filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta,cuius radius vniuersum orbem illuminat: cuius splendor,& præfulget in supernis,& inferos penetrat, terras etiàm perlustrans, & calefaciens magis mentes,q̄ corpora,fouet virtutes,excoquit vitia.Ipsa inquā est p̄clara & eximia stella,sup hoc mare magnum & spatiosum necessariò subleuata,micans meritis, illustrans exēplis.O qsquis te intelligis in huius seculi ,pfluuio magis inter ,pcellas & tēpestates fluctuare,q̄ per terrā ambulare: nè auertas oculos

1.Cor.7.

Vaticinationes de ea.

Gene.3.

Prouer.31.

Exod.3.
Nū.17.Iud.6.
Prou 31.
Hiere.31.
Esa.7.

Mariæ nomē maris stellam significat, atque ipsa stellæ cōparatur.

Num.24.

Micat meritis.

los à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum,si incurras scopulos tribulationum:respice stellam,voca Mariam.Si iactaris superbiæ vndis, si ambitiōis, si detractionis,si æmulationis:respice stellam,voca Mariā. Si iracundia aut auaritia,aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam.Si criminum immanitate turbatus,conscientiæ fœditate confusus,iudicij horrore perterritus,barathro incipias absorberi tristitiæ,desperationis abyssō:cogita Mariam.In periculis, in angustijs,in rebus dubijs,Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore,non recedat à corde,& vt impetres eius orationis suffragium,non deseras conuersationis exemplū. Ipsam sequens,non deuias:ipsam rogans,non desperas:ipsam cogitans,non erras. Ipsa tenente non corruis,ipsa protegente non metuis,ipsa duce non defatigaris,ipsa propitia peruenis,& sic in temetipso expiris, quàm meritò dictum sit,Et nomen virginis Maria.

Inuocanda Maria in tētatione & periculis.

Vt impetres eius orationis suffragiū, nō deseras conuersationis exemplum.

6. AVGVSTINVS sermone secundo de Annunciatione Dominica, vt suprà quæst.15.

1. B. AMBROSIVS in primū caput Lucæ:Benè sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est, vt gratiæ repleretur authore.

Gratiam quā nulla alia meruerat, cōsecuta est.

1. D AMBROSIVS in epistola octogesimaprima ad Syricium Papam:vt suprà de symbolo, quæstione decima,litera A.

2. HIERONYMVS aduersùs Heluidium probat perpetuam virginitatem Mariæ,& argumenta contraria refutat ex professo.

3. HIERONYMVS in Apologia ad Pammachiū pro libris aduersùs Iouinianum:Christus virgo,mater virginis nostri virgo perpetua,mater & virgo.Iesus enim clausis ingressus est ostijs: & in sepulcro eius,quod nouum & in petra durissima fuerat excisum, nec anteà quis,nec posteà positus est.Hortus cōclusus,fons signatus: de quo fonte ille fluuius manat, iuxta Ioēl, qui irrigat torrentem vel funium,vel spinarum:funium peccatorum, quibus antè alligabamur:spinarum,quæ suffocant sementē Patrisfamiliās. Hæc est porta orientalis,vt ait Ezechiel,semper clausa,& lucida, operiens in se vel ex se proferens sancta sanctorum,per quam sol iustitiæ & pontifex noster secūdùm ordinē Melchisedek ingreditur & egreditur. Respōdeant mihi,quo modo IESVS ingressus est clausis ostijs,cùm palpādas manus, & latus considerandū,& ossa carnemq; monstrauerit:nè veritas corporis phantasma putaretur:& ego respondebo, quo modo sancta Maria sit & Mater, & Virgo: virgo post partum,

Ioann 20. Luc. 23.

Cant.4. Ioel 3.

Ezec.43. 44. & 46.

Ioann 20. Luc.24.

Vt ianuis clausis in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

greſſus, ità ex matre virgine natus.

Virginitatis vtriuſq; ſexus dedicatio

Maria ſine peccato.

mater antequàm nupta. Igitur vt dicere cœperamus, Chriſtus virgo, virgo Maria, vtriuſq; ſexus virginitatem dedicauêre.

4. AVGVSTINVS libro de natura & gratia, capite trigeſimo-ſexto: Excepta ſancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem: Vndè enim ſcimus, quòd ei plus gratię collatũ fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quę concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatũ: Hac ergò virgine excepta, ſi omnes illos ſanctos & ſanctas cùm hic viuerent, congregare poſſemus, & interrogare vtrũ eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſponſuros putamus? vtrùm hoc quod Pelagius dicit, an quod Ioannes Apoſtolus? Rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſent, vna voce clamâſſent, Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

1. Ioan. 1.

Conceptio B. Virginis.

5. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione quinta in decreto de peccato Originali: Declarat tamen hæc ipſa ſancta ſynodus, non eſſe ſuæ intentiõis cõpræhendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatã & immaculatã virginẽ Mariã, Dei genitricẽ, ſed obſeruandas eſſe cõſtitutiones fel. rec. Xiſti Papæ IIII. ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat.

Maria ſine peccato veniali.

6. ET ſeſſione ſexta, canone vigeſimotertio: Si quis hominẽ ſemel iuſtificatum, dixerit ampliùs peccare non poſſe, neq; gratiam amittere: atq; ideò eum, qui labitur & peccat, nunquàm verè fuiſſe iuſtificatum, aut contrà, poſſe in tota vita peccata omnia, etiã venialia vitare, nisi ex ſpeciali Dei priuilegio, quẽadmodùm de beata Virgine tenet Eccleſia: anathema ſit.

Laudes B. Virginis Spes deſperantium.

7. F. EPHRAEM in oratiõe de laudibus ſanctiſsimę Dei Matris: Intemerata, prſusq; pura virgo Deipara, regina oĩm, ſpes deſperãtium, dña mea gloriosiſsima, eademq; optima, ſublimior cælicolis, purior ſolis radijs & ſplendoribus, honoratior Cherubim & Polyommatis, id eſt, multoculis ſpiritibus, ſanctior Seraphim, & nulla cõparatione cæteris omnibus ſuperis exercitibus glorioſior, ſpes Patrum, gloria Prophetarũ, Apoſtolorũ pconium, & honor Martyrum, ſanctorum lætitia, & lumen ſtudioſorum, Abraham, Iſaac & Iacob, decus Aaron, Moyſis ſplendor, & Gedeonis vellus, Hierarcharum cœtus, & omniũ ſanctorũ ac virginũ corona, ob fulgorem inacceſſa. Acerra aurea, lucerna micantiſsima, vrna cæli manna geſtans, tabula ſcriptã legem ferẽs mortalibus, arca vera, charta diuiniſ-

Iudic 6. Exod. 25. Heb. 9.

niſsima, omnium princeps, circunſpecta & lucifera virgo, conſolatio ſanctiſsima, & omnium dux, ſacratiſsima puella. O rube incõbuſte, & patẽs pdium, & viridans Aaron illius virga. Virga profectò extitiſti, & flos filius tuus. E radice Dauid & Salomonis germinauit Chriſtus noſter creator, Deus & Dñs omnipotens, altiſsimus & ſolus. Tu quo ad corpus, Deum & verbum genuiſti, virgo ante partũ, virgo in partu, virgo poſt partum. Per te reconciliati ſumus Chriſto Deo meo filio tuo. Tu peccantium & auxilio deſtitutorũ adiutrix. Tu portus procella vexatorum, ſolatium mundi, carcere clauſorũ, liberatrix celeberrima. Tu orphanorum ſuſceptio, tu captiuorũ redemptio, tu ægrotantium exultatio, & omnium ſalus. Tu ſolitariorum ſtabilimentum, & ſpes mundanorum. Tu virginũ decus, corona, & gaudium. Sub alis tuis cuſtodi me & protege. Miſerere mei, qui ſum luto inquinatus, qui ſceleribus quamplurimis creatorem Deũ meũ & Iudicẽ offendi, nè aduerſùs me glorietur ſatanas exitioſiſsimus. Nõ mihi alia fidutia ô virgo ſyncera. Tu enim meus portus ô virgo inuiolata, & præſens auxiliatrix. Deniq; ſub tutela & protectione tua totus ſum. Crebris lachrymis te ô celeberrima mater imploro, & aduolor tibi dña mea ſuppliciter clamans, nè dulcis filius tuus, & vitæ omnium dator, ob multa quæ patraui ſcelera, tollat me de medio &c. Dignare virgo te tuum ſeruum laudare, & dicere: Aue Dei ſplẽdidiſsimum & luculẽtiſsimũ vas: aue dña Maria, graria plena: aue in mulieribus virgo beatiſsima: aue ſtella fulgentiſsima, ex qua Chriſtus prodijt: aue illuſtriſsima lux, mater & virgo: aue quæ mirificè regem omnium peperiſti: aue per quam nobis ſol præclariſsimus illuxit: aue domina cunctis ſublimior: aue canticum Cherubim, & hymnus angelorum: aue pax, gaudium, & ſalus mundi: aue generis humani lætitia: aue Patrum præconium, & prophetarum decus: aue Martyrũ pulchritudo, & corona ſanctorum: aue piorum gloria, & in ſolitudine degentium hymnus: aue præclariſsimum hierarcharum cæleſtium ornamentum: aue præſtantiſsimum orbis terræ miraculum: aue lignum vitæ, gaudium & voluptas: aue vallũ fideliũ, & mundi ſalus: aue tranquille portus, & à fluctibus agitatorũ liberatrix: aue noſtra periclitantiũ auxiliatrix: aue flos gratiæ & cõſolationis: aue refugiũ peccatorũ, & hoſpitium: aue ſpes oĩm proborũ aduerſis caſibus afflictorũ: aue cõuerſorũ refugium: aue virorum iuxtà mulierumq; regina & tutela: aue mundi mediatrix glorioſiſsima: aue vniuerſi terrarũ orbis cõciliatrix: aue dña, ſceptrum fidelibus tuis imperans: aue porta cęlorum, aſcẽſus oĩm:

Exod. 3. Num. 17. Iſa. 11.

Per Mariam Chriſto reconciliati.

Adiutrix, portus, liberatrix, redẽptio, ſalus, ſpes poſt Deum Maria.

Implorat auxilium B. Virginis.

Nota Mariæ maſtix.

Salutat B. Virginem.

Pax, gaudiũ, ſalus mundi.

Liberatrix & auxiliatrix

Refugium, ſpes, tutela.

Mũdi mediatrix & conciliatrix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per B. Virginis & Sãctorũ preces misericordiã flagitat à Deo.

aue reseramentum portarũ paradisi:aue quæ mœrores sedâsti, adornatrix omniũ:aue clauis cælorũ & regni Christi &c. Precibus Dei genitricis semper virginis,& exercitus cælestiũ, ac cœtus angelorũ, Cherubim,Seraphim,Prophetarũ,Martyrum,Hierarcharum, sanctorum studiosorum intercessionibus,& omniũ beatorũ supplicationibus,miserere tuæ creaturę Deus mi clementissime. A dextris in hora iudicij colloca humiles seruos tuos. Nè ô Dñe vitæ author ad opera, q̃ nos mortales legẽ p̃uaricati cõmisimus,aspexeris: quin potiùs aspice ad mitissimã humanitatẽ & misericordiã tuã. Amen.

Oratio ad B. Virginem.

Vnica spes desperatorũ: subsidiũ, auxilium, p̃fugium præsentissimum ad quiduis à filio impetrãdum.

2. IDEM in oratione ad sanctissimã Dei genitricẽ: Immaculata, impolluta,incorrupta,pudica virgo, Dei sponsa, dña nostra, vnica spes desperatorũ,oppressorũ subsidiũ,& ad te currentiũ auxiliũ p̃sentissimũ, oĩm deniq; Christianorũ profugiũ: meã sordidissimã, indignisq; labijs expressam orationẽ,admitte, nec non tuũ quidem filiũ,meũ autem herũ & Deũ,materna tua liberalitate volens exora, vt mihi quoq; mitissima illa suæ pietatis viscera referet, & posthabitis innumerabilibus peccatis meis,ad pœnitentiam me cõuertat,probeq; sua complere mandata cõcedat. Adsis mihi semper virgo misericors, clemens, & benigna,in p̃senti quidẽ vita feruens ,protectrix & auxiliatrix, hostiles impetus repellens,& me deducens ad salutem,ac in supremo vitæ momento miserã meã animã conseruans,& tenebrosos malorũ dæmonũ aspectus ab ea procùl abigens: in terribili autẽ die iudicij ab æterna dãnatione me liberãs, postremò inaccessæ tui filij & Dei glorię me heredẽ efficiẽs. Quã p̃ intercessionẽ fauoremq; tuũ dña mea sanctissima,Dei mater,te etiã atq; etiã oro,assęq valeã gratia,miseratiõe, & humanitate vnigeniti tui filij Dñi,& Dei,ac Saluatoris nostri IESV Christi, cui conuenit oĩs gloria,honor,& veneratio cũ ęterno eius Patre,& sanctissimo optimoq; vitæ authore spiritu nũc & semp, & in secula seculorũ, Amẽ.

Protectrix & auxiliatrix, præsertim in hora mortis & iudicij.

Per intercessionem eius gloriã æternam conseq; exoptat.

Oratio ad B. Virginem.

3. IDEM Ephræm in threno seu lamentatione sanctissimæ Dei genitricis,quæ dicitur sancta & magna parasceue: Nos te ô immaculata & bñdicta filij tui Deiq; oĩm mater inculpata, pura, integra, sacrosanctissima,desperantiũ spes & damnatorum, collaudamus: benedicimus tibi, vt gratia plena q̃ CHRISTVM genuisti, omnes tibi aduoluimur, omnes te imploramus. Erue nos ô intemerata à cunctis diaboli tentationibus. Esto nostra conciliatrix & aduocata in hora iudicij. libera nos à futuro igne & tenebris: & tui filij gloria virgo nos dignare. Tu nanque es spes apud Deum Christianorum sanctissima,cui honor in secula seculorum. Amen.

Spes desperantium. Lucæ 1.

Conciliatrix & aduocata.

Spes Christianorũ apud Deum.

4. IRE-

4. IRENAEVS libro quinto aduersùs hæreses: vt infrà, quæst. sequent.

5. GREGORIVS Nazianzenus in Oratione in sanctum Cyprianum: Virgo quædam erat nobilis & decora,cuius pulchritudo iuuenem Cyprianum amore sauciauit. Tẽtabat igitur eam,sed nullo internuncio nisì dęmone quodam & corporis & voluptatum amatore. At illa postquàm malum sensit ac insidias cognouit, omnibus alijs omissis, ad Deum confugit, ac sponsum suum cõtra cupidinẽ execrandam protectorem facit: qui & Susannam liberauit,& Teclã saluauit:hanc quidem à senibus amarulentis, illam autem à Proco Tyranno,& patre magis etiam tyranno. Et quisnam ille erat? Christus,q & spiritus increpat,& eos qui in submersionis periculo erãt, subleuat,& pedester per mare ambulat, & dæmonum legiones in profundum præcipitat,& liberat iustum ex lacu,leonibus pro cibo expositum,& manuum extensione feras superantem liberat & prophetam profugum à ceto deuoratum,qui in visceribus etiam fidẽ seruabat:saluat etiam in flamma pueros Assyrios,cùm rogum angelus refrigeraret,ac tribus se quartum adiungeret. Hæc & plura alia cùm commemorâsset,virginem Mariam rogauit,vt periclitãti virgini opem ferret,ieiunijq; & humi cubationis pharmacum obiecit, ac interìm pulchritudinem tanquàm insidiatricem tabefecit, quô subtractione materiæ, passionum flammas consumeret,simulque Deum humilitate placauit. Siquidem ex cunctis rebus nulla magis quàm aduersitate colitur,ac lachrymis clementiam retribuit. Vincit virgo, vincitur dæmon: tentator ad amatorem accedit, victum se prædicat.

Dan. 13.

Luc. 9. Matth. 14 8.

Dan. 6. Ionæ 2. Dan 3.

Virgo quædã B. virginẽ inuocauit, & exaudita est.

6. IDEM in tragœdia,quę inscribitur, Christus patiẽs: vt in quęstione sequenti.

7. FVLGENTIVS in sermone de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris,vt suprà,quæstione decimaquinta.

8. ANSELMVS Archiepiscopus Cantuariensis in libro de excellentia gloriosissimæ virginis Mariæ,capite duodecimo: Rogamus te domina per ipsam gratiam, qua te pius & omnipotens Deus sic exaltauit,& omnia tibi secum possibilia esse donauit, quatenùs id apud ipsum nobis impetres & obtineas,vt plenitudo gratiæ,quam meruisti,in nobis sic operetur,quô participium beati pręmij nobis eius misericorditer quandoq; condonetur. Ad hoc quippe Deus noster per te factus est frater noster,vt quemadmodùm ipse dignatus est consors fieri nostræ humanitatis, sic nos mereamur consortes

Inuocatio B. virginis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri suæ diuinitatis. Intende ergò domina pijssima, vt nobis ad effectum proueniat, propter quod Deus noster ex tuo castissimo vtero factus homo inter homines venit: nec sis quæsumus exoratu difficilis, quia proculdubiò idem benignissimus filius tuus Dominus noster Iesus Christus erit ad concedendum quicquid voles promptissimus & exaudibilis. Tantummodò itaq; velis salutem nostrã, & verè nequaquàm salui esse non poterimus. Quid igitur stringet larga misericordiæ tuæ viscera Domina contra nos, vt nolis saluare nos? Certè Deus noster (teste Propheta) misericordia nostra est, & tu eiusdem Domini nostri absque dubio vera mater. Si tu ergò quæ Dei mater es, & eò reuerà misericordiæ mater & gratiæ, denegas nobis effectum misericordiæ, cuius tam mirabiliter facta es mater, qd faciemus, cùm idem filius tuus aduenerit cunctos æquo iudicaturus iudicio? Subueni ergò nobis domina pijssima, & non cõsiderata peccatorum nostrorum multitudine, velle tuum ad miserendum nobis inflecte. Cogita quęso & recogita apud te, quia non ad dãnandum, sed ad saluandum peccatores conditor noster ex te factus est homo. Cur itaque non iuuabis nos peccatores, quandò propter nos in tantam celsitudinem es leuata, vt te dominam habeat & venere-
tur omnis pariter creatura? Ab initio renouationis humanę omnibus sub tuum pręsidium confugientibus hucusq; succurristi, & idcircò præ omni creatura, omni laude dignissima dici & esse meruisti. Età succurre, oramus, vt laus quam per tot secula dignè possedisti, continua tibi duret in gratia ipsa, qua mundo perdito subueniſti. Tibi ergò nos commendamus, tu procura nè pereamus: effice potiùs, vt salus nostra de die in diem multiplicetur, & filio tuo Domino nostrò Iesu Christo vita nostra iugi deuotione famuletur.

Christus ad cõcedendum facilis quicquid Maria postulauerit.

Pſal. 58 & 143. Mater misericordiæ rectè dicitur Maria

Sub eius præsidiũ confugiẽtibus semper succurrit.

9. BERNARDVS sermone secũdo Dominicæ primę post octauas Epiphaniæ: Quotiès mihi necessè est, fratres, post lachrymosas querimonias vestras exorare matrem misericordię, vt suggerat suo benignissimo filio, quoniam vinum non habeatis? Et ipsa, dico vobis, charissimi, si piè à nobis pulsata fuerit, nõ deerit necessitati nostræ: quoniã misericors est, & mater misericordiæ. Nam si compassa est verecundiæ illorum, à quibus fuerat inuitata: multò magis compatietur nobis, si piè fuerit inuocata. Placent enim illi nuptiæ nostræ, & pertinent ad eam multò ampliùs illis, nimirùm de cuius vtero tanquàm è thalamo suo cælestis sponsus processit.

Mariæ inuocatio. Mater misericordiæ.

Pſalm 18.

10. IDEM sermone primo in Assumptione beatæ Mariæ: Prœcessit nos regina nostra, prœcessit, & tam gloriosè suscepta est, vt fiducialiter

tialiter sequantur dominam seruuli clamantes, Trahe nos post te: in odore vnguentorum tuorum curremus. Aduocatam præmisit peregrinatio nostra, quæ tanquàm iudicis mater, & mater misericordiæ suppliciter & efficaciter salutis nostræ negocia pertractabit. Ascendens ergò in altum virgo beata, dabit ipsa quoquè dona hominibus. Quidni daret? Siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cælorũ est, misericors est. Deniq; mater est vnigeniti filij Dei. Nihil enim sic potest potestatis eius seu pietatis magnitudinem cõmendare: nisi fortè aut nõ creditur Dei filius honorare matrem, aut dubitare quis potest omninò in affectum charitatis transisse Mariæ viscera, in quibus ipsa quæ ex Deo est charitas nouẽ mensibus corporaliter requieuit.

Cantic. 1. Aduocata. Mater misericordiæ.

Regina cælorum.

Cur Mariæ tãta sit pietas seu potestas.

11. ITEM sermone quarto in eadẽ solennitate: Sileat misericordiam tuam virgo beata, si quis est, qui inuocatam te in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Nos qdem seruuli tui cęteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potiùs nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur, sed misericordia miseris sapit dulciùs, misericordiã amplectimur charius, recordamur sæpiùs, crebriùs inuocamus. Hęc est enim, quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetrauit. Cõstat enim pro vniuersò genere humano fuisse solicitam, cui dictum est: Nè timeas Maria: Inueniſti gratiam, vtiq; quam quærebas. Quis ergò misericordię tuę, ô benedicta, sõgitudinem & latitudinem, sublimitatem & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius vsq; in diem nouissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua quoq; misericordia plena sit omnis terra. Sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationẽ, & profundum eius sedentibus in tenebris & in vmbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cælum repletum, infernus euacuatus est, instauratæ ruinę cælestis Hierusalem, expectãtibus miseris vita pdita data. Sic potẽtissima & pijssima charitas & affectu cõpatiẽdi, & subueniẽdi abũdat effectu, eqnè locuples in vtroq;. Ad hũc igitur fontem sitibunda properet anima nostra, ad hunc misericordiæ cumulum tota solicitudine miseria nostra recurrat. Sit pietatis tuæ ipsam quam apud Deum gratiam inueniſti, notam facere mundo: reis veniam, medelam ęgris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitãtibus adiutorium & liberationem sanctis tuis precibus obtinendo. In hac quoquè die solennitatis & lætitiæ dulcissimum MARIAE nomen cum laude inuocãtibus seruulis, per te re-

Luc. 1.

Mariæ in oẽs beneficia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te regina clemens gratiæ ſuę munera largiatur IESVS CHRI-
Rom. 9. STVS filius tuus Dominus noſter: qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.

XIX

Patrum de Maria Virgine teſtimonia.

Lib. 5. contr. hæreſ. A. IRENAEVS: Sicut Eua ſeducta eſt, vt effugeret Deum, ſic MARIA ſuaſa eſt obedire Deo, vtī virginis Euę virgo Maria fieret aduocata: & quēadmodùm adſtrictum eſt morti genus humanū per virginem, ſoluatur per virginē, ęqua lance diſpoſita virginalis inobediētię p virginalē obedientiā.

In Liturgia. B. *Chryſoſtomus:* Vt verè dignum & iuſtū eſt, glorificare te Deiparā & ſemper beatiſſimā & penitùs incōtaminatam matrem Dei noſtri, honoratiorē Cherubim, & glorioſiorem incōparabiliter Seraphim, q̄ citra corruptionem Deum peperiſti: verè Deiparā te magnificamus. *Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui,* quoniam ſaluatorem animarum noſtrarum peperiſti.

Lib. 2. de virginibus. C. *Ambroſius:* Sit nobis tanq̄ in imagine deſcripta virginitas vitaq́; B. Mariç, de qua velut ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis & forma virtutis. Quid nobilius Dei matre? qd ſplēdidius ea, quā ſplendor elegit? qd caſtius ea, q̄ corp⁹ ſine corporis cōtagiōe generauit? talis fuit Maria, vt ei⁹ vni⁹ vita oīm diſciplina ſit. D. Atha-

In Euang. de ſanc. noſtra Deipara. D. *Athanaſius:* Quando quidē ipſe Rex eſt, q̄ natus eſt ex virgine, idēq́; Dñs & Deus: eapropter & mater q̄ eum genuit, & Regina & Domina, & Deipara propriè & verè cenſetur. Iſta noua Eua mater vitæ appellatur, variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. Dicimus eam igitur iterùm atque iterùm & ſemper & vndequaquè beatiſſimam. Ad te clamamus, recordare noſtrî ſanctiſſima virgo, quæ etiàm à partu virgo permanſiſti. *Aue gratia plena, Dominus tecum:* beatam te prædicant omnium angelorum & terreſtrium hierarchię. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Intercede hera & domina, & regina, & mater Dei pro nobis.

In trag. Chriſtus patiens E. *Gregorius Nazianzenus:*

O ter beata mater, ô lux virginum,
Quæ templa cæli lucidiſſima incolis,
Mortalitatis liberata ſordibus,
Ornata iam immortalitatis es ſtola:
Meis benignam ab alto aurem exhibe verbis,
Meaſq́; virgo ſuſcipe, obſecro, preces.

Ser. 2. de Annun. Domini. F. *Auguſtinus:* Sancta Maria, ſuccurre miſeris, iua puſillanimes, refoue flebiles, ora p̄ populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque

Universidad de Deusto
Biblioteca

celebrant tuam commemorationem.

Sermo. de laudib. Mariæ.

G. FVLGENTIVS: Facta est Maria fenestra cęli, quia per ipsam DEVS verum fudit seculis lumen. Facta est Maria scala cęlestis, quia per ipsam Deus descēdit ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cęlos. Facta est Maria restauratio fœminarum, quę per ipsam à ruina primę maledictionis probantur esse subtractæ.

Ser. 2. de aduē tu. Lege eundē hom. 2. sup. Missus est. & in illud Apoc. Signū magnū apparuit Item in ser. de natiuitate Virginis.

H. BERNARDVS: Virgo regia ipsa est via, per quam Saluator aduenit, procedens de ipsius vtero tanquàm sponsus de thalamo suo. per te accessum habeamus ad filium ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitę, mater salutis, vt per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis.

PATRES.

1. A. IRENAEVS libro quinto contra hæreses: Sicut Eua seducta est, &c. vt in textu.

1. B. CHRYSOSTOMVS in Liturgia, vt in textu, & suprà quæstione decimaquinta.

1. C. AMBROSIVS libro secundo de virginibus: Sit vobis ô sanctę virgines, tāquàm in imagine descripta virginitas vitaq; beatę Marię, de qua velut in speculo refulget species castitatis & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuendi: vbi tanq; in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, qd effugere, quid tenere debeatis, ostēdit. Primus discēdi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius DEI matre? Quid splendidus ea, quam splendor elegit? quid castius ea, quę corpus sine corporis contagione generauit? Nam de cęteris eius virtutibus quid loquar? Virgo erat non solùm corpore, sed etiàm mente: q̄ nullo doli ambitu syncerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquēdi parcior, legendi studiosior. non in incerto diuitiarum, sed in prece pau-

Mariæ virtutes, & quæ viuendi ratio fuerit.

pauperis spem reponens. Intēta operi, verecunda sermone: arbitrū mētis solita non hominē, sed Deū quęrere. Nullū lędere, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus nō inuidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quandò ista vel vultu læsit parentes? quandò dissensit propinquis? quandò fastidiuit humilem? quādò deriſit debilē? quādò vitauit inopem? Eos solos solita cœtus virorum inuisere, quos misericordia nō erubescerer, neq; prętereret verecundia. Nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum. Non gestus fractior, nō incessus solutior, non vox petulantior: vt ipsa corporis species simulacrū fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo p̄tendat ingressu, nihil intùs latere tenebrarum: vt mens nostra nullis retinaculis corporalibus impedita, tanq; lucernæ lux intùs posita, foris luceat. Quid ego exequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam, alterum vltra naturam superfuisse, alterum penè ipsi naturæ defuisse? Illic nulla intermissa tēpora, hinc congeminatos ieiunio dies? Et si quandò reficiendi successisset voluntas, cibus plerunq; obuius, qui mortē arceret, nō delicias ministraret. Dormire non priùs cupiditas, q̄ necessitas fuit: & tamen cùm quiesceret corpus, vigilare animus, qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta cōtinuat, aut disposita gerit, aut gerenda pronūciat. Prodire domo nescia, nisi cùm ad Ecclesiam conueniret, & hoc ipsum cū parentibus, aut propinquis. Domestico operosa secreto, forensi stipata comitatu, nullo meliore tamen sui custode, quàm seipsa: quę incessu affatuq; venerabilis, nō tam vestigium pedis tolleret, quàm gradum virtutis attolleret. Vt tamen alios habeat virgo membrorum custodes suorum: morum autem suorum se habeat ipsa custodem. Plures erunt, de quibus discat, seipsa se doceat, q̄ virtutes magistras habet: qa quicquid egerit, disciplina est. Sic Maria intendebat omnibus, quasi à pluribus moneretur: sic implebat oia virtutis officia, vt non tam disceret, q̄ doceret. Talē hanc Euāgelista mōstrauit, talē angelus reperit, talē Spiritus sanctus elegit. Quid enim in singulis morer? vt eā parentes dilexerint, extranei p̄dicauerint, quę digna fuit, ex qua Filius Dei nasceretur? Hæc ad ipsos ingressus angeli inuenta domi in penetralibus sine comite, nè quis intētionem abrūperet, nè quis obstreperet. Neq; enim comites fœminas desiderabat, q̄ bonas comites cogitatiōes habebat. Quinetiā tū sibi minùs sola videbaī, cū sola esset. Nā quēadmodū sola, cui tot libri adessent, tot Archāgeli, tot Prophetę?

Ieiunia Mariæ.

Luc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Denicq & Gabriel eam, vbi reuisere solebat, inuenit: & angelũ Maria quasi viri specie mota trepidauit, quasi non incognitum audito nomine recognouit. Ità peregrinata est in viro, quæ non est peregrinata in angelo: vt agnoscas aures religiosas, oculos verecundos. Deniquè salutata obmutuit, & appellata respondit: sed quæ primo titubauerat aspectu, posteà promisit obsequium. Quàm verò religiosa in propinquas fuerit, scriptura diuina significat. Nam & humilior facta est, vbi se à Deo cognouit electam: & statim ad cognatã suã in montana processit, non vtiquè vt exemplo crederet, q̃ iam crediderat oraculo. Beata enim, inquit, quæ credidisti. Et tribus cum ea mensibus mansit. Tanti autem interuallo temporis non fides quæritur, sed pietas exhibetur. Et hoc, posteaquàm in vtero parẽtis exiliens puer matrem Domini salutauit, prius compos deuotionis, q̃ naturæ. Indè tot sequentibus signis, cùm sterilis pareret, virgo conciperet, loqueretur mutus, adoraret magus, expectaret Simeon, sidera nunciarent, Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculum, conseruabat, inquit, hæc omnia in corde suo. Quanuis mater Domini, discere tamẽ præcepta Domini desiderabat: & quę Deum genuerat, Deum tamen scire cupiebat. Quid, quòd annis quoq; omnibus ibat in Hierusalẽ solenni die Paschæ, & ibat cum Ioseph? Vbiq; in virgine comes singularum virtutum est pudor. Hic indiuiduus debet esse virginitati, sine quo non potest esse virginitas. Nec ad templum igitur Maria sine pudoris sui custode processit. Hæc est imago virginitatis. Talis enim fuit Maria, vt eius vnius vita, omniũ disciplina sit. Si igitur author nõ displicet, opus probemus, vt quæcunque sibi eius exoptat præmium, imitetur exemplum. Quantæ in vna virgine species virtutum emicant? Secretum verecundiæ, vexillum fidei, deuotionis obsequium: virgo intra domũ, comes ad ministerium, mater ad templum. O quantis illa virginibus occurret: quantas complexa ad Dominũ trahet, dicens: Hæc torum filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato seruauit pudore. Quemadmodùm eas ipse Dominus commendabit Patri, nimirùm illud repetẽs suum: Pater sancte, istę sunt quas seruaui tibi: in quibus filius hominis caput reclinans quieuit: peto vt vbi ego sum, & ipsę sint mecum. Sed non solùm sibi debent prodesse, quæ non solæ vixerũt sibi. Hæc parentes redimat, hæc fratres. Pater iuste, mundus me non cognouit: istę autem me cognouerunt, & mundum cognoscere noluerũt. Quæ pompa illa, quanta angelorum lętitia plaudentium, quòd habitare mereatur virgo in cælo, quæ cælestem vitam vixit in seculo?

Luc. 1.

Matt. 2. Luc. 2.

Luc. 2.

Mariæ vita, omniũ disciplina est.

Ioan. 17.

Tunc

Tunc etiàm Maria tympanum sumens, choros virginales excitabit, cantantes Domino, quòd per mare seculi, sine secularibus fluctibus transiêrunt. Tunc vnaquęq; exultabit, dicens: Introibo ad altare Dei mei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Immolo Deo sacrificium laudis, & reddo altissimo vota mea. Neque enim dubitauerim vobis patere altaria, quarũ mentes altaria Dei confidẽter dixerim: in quibus quotidiè pro redemptione corporis CHRISTVS immolatur. Nam si corpus virginis Dei templum est, animus quid est, qui tanquàm membrorum cineribus excitatis, sacerdotis æterni redopertus manu, vaporem diuini ignis exhalat? Beatæ virgines, quæ tam immortali spiratis gratia, vt horti floribus, vt templa religione, vt altaria sacerdote. Ergò sancta Maria disciplinam vitæ informet.

Exod. 15.

Psal. 42. & 43.

1. D. ATHANASIVS in sermone super Euãgeliũ de sanctissima nostra Deipara: Quandoquidem ipse rex est, qui natus est ex virgine &c. vt in textu.

E. GREGORIVS Nazianzenus in fine Tragœdiæ suæ, quæ inscribitur, CHRISTVS patiens:

O ter beata mater, ô lux virginum, &c. vt in textu.

Inuocat B. virginem.

Meaq́ue virgo suscipe, obsecro, preces:
Nam solus est honor hîc tibi à mortalibus,
Quæ facta verbi mater es diuinitùs:
Confisus vndè verba persoluo tibi,
Plexamq́ue de prato coronam florido
Tibi offero regina, quòd me plurimis
Dignata quondàm gratijs, varijs adhæc

Mariæ auxilium & beneficia.

Me liberas semper calamitatibus,
Multisq́; defensas ab aduersarijs,
Tam qui videntur, quàm videri qui haud queunt.
Me flecte tandèm, quomodò in vita auctior

Præsens vitæ & aduocata.

Virtute fiam, teq́; semper præsidem
Vitæ meæ, ac demùm benignam ac sedulam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habeam aduocatam filio coram tuo,
Cum cæteris charis Deo virgunculis.
Nè me ergò tradier sinas tortoribus,
Aut perditori hominum fieri ludibrio:
Adsiste, & à tenebris & igne libera:
Fac vt fide tuaque saluer gratia:
Per te ex Deo nobis profecta est gratia.
Quarè hunc tibi hymnum pango charisterion:
Salue puella gratiosa, mater &
Virgo omnium castissima ac pulcherrima,
Exercitibus præstantior cælestibus,
Regina mũdi. *Regina mundi, gaudium mortalium,*
Semper benignam te exhibe mortalibus,
Mihiq; sis salus vbiquè maxima.

1. F. AVGVSTINVS sermone secundo de Annunciatione Dominica: Sãcta Maria, succurre miseris, &c. vt in textu, & suprà in quæstione decimaquinta.

1. G. FVLGENTIVS in sermone de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris: Facta est Maria fenestra cæli, &c. vt in textu, & suprà, quæstione decimaquinta.

1. H. BERNARDVS sermone secundo in Aduentu Domini: Virgo regia ipsa est via, per quã Saluator aduenit, procedens ex ipsius vtero, tanquàm sponsus de thalamo suo. Tenentes ergò viam, studeamus & nos dilectissimi ad ipsum p eam ascẽdere, qui per ipsam ad nos descendit, per eam venire in gratiam ipsius, qui per eam in nostram miseriam venit. Per te accessum habeamus ad filium ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, vt per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostræ corruptionis, & humilitas Deo grata nostræ veniam impetret vanitati. Copiosa charitas tua nostrorum coopeRiat multitudinem peccatorum, & fœcũditas gloriosa fœcunditatẽ nobis cõferat meritorũ. Domina nostra, mediatrix nostra, aduocata

Oratio ad B. virginem.

Domina, mediatrix, & aduocata nostra

ta nostra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos cõmenda, tuo nos filio repsenta. Fac ô benedicta per gratiam quam inuenisti, per progatiuam quã meruisti, per misericordiam quam peperisti: vt qui te mediante fieri diguatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, te quoquè intercedente, participes faciat nos gloriæ & beatitudinis suæ IESVS CHRISTVS filius tuus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen. Rom. 9.

2. BERNARDVS sermone secundo de laudibus virginis matris super Euãgelium, Missus est: Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationis: respice stellam, voca Mariam: &c. vt suprà, quæstione decimaoctaua, A.

3. IDEM in sermone de verbis Apocalypsis, Signũ magnũ apparuit in cælo: Et quidẽ sufficere poterat Christus, siquidẽ & nunc ois sufficientia nostra ex eo est: sed nobis bonũ non erat, esse hominem solũ: Cõgruũ magis, vt adesset nostrę reparatiõi sexus vterq;, quorũ corruptiõi neuter defuisset. Fidelis planè & potẽs mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus, sed diuinã in eo reuerentur homines maiestatẽ. Non sola illi cãtatur misericordia, cantatur pariter & iudiciũ: ga etsi didicit ex his q̃ passus est, compassionem, vt misericors fieret, habet tamen & iudiciariam potestatẽ. Opùs est mediatore ad mediatorẽ istũ, nec alter nobis vtilior, q̃ Maria. Crudelis nimirùm Eua, per quã serpens antiquus pestiferũ etiã ipsi viro virus infudit: sed fidelis Maria, q̃ salutis antidotũ & viris & mulieribus ꝓpinauit. Illa enim ministra seductionis, hęc propitiatiõis. Illa suggessit ꝓuaricatiõem, hęc iniecit redemptionẽ. Quid ad Mariã accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerũ in ea, nihil terribile, tota suauis est, oibus offerens lac & lanam. Reuolue diligentiùs euangelicę historiæ seriem vniuersam, & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod deniquè signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, decæterò suspectam habeas & accedere verearis. Quòd si (vt verè sunt) plena magis oĩa pietatis & gratię, plena mansuetudinis & misericordię, q̃ ad eam pertinent inueneris: age gratias ei, qui talem tibi mediatricẽ benignissima miseratiõe prouidit, in qua nihil possię esse suspectũ. Deniq; omnibus oĩa facta est, sapientibus & insipiẽtibus copiosissima charitate debitricẽ se fecit, oĩbus misericordiæ sinũ aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi: captiuus redẽptionem, ger curationẽ, tristis consolationẽ, peccator veniã, iustus gratiã, angelus lętitiã: deniq; tota Trinitas gloriã, Filij persona carnis humanę substantiã, vt nõ sit, qui se abscondat à calore eius. Ipsa est

Maria benigna mediatrix. 1. Cor. 9.

De Mariæ plenitudine accipiũt vniuersi. Psal. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maria cõtriuit caput serpentis. Genes. 3.

est quondàm à Deo promissa mulier, serpẽtis antiqui caput virtutis pede contritura: cuius planè calcaneo in multis versutijs insidiatus est, sed sine causa. Sola enim cõtriuit vniuersam hęreticam prauitatem. Alius non de substantia carnis suę Christum edidisse dogmatizabat, alius paruulũ nõ pepisse, sed reperisse sibilabat: alius (vel post partũ) viro cognitã blasphemabat: alius Dei matrẽ audire non sustinens, magnum illud nomen theotocos, impijssimè suggillabat: sed cõtriti sunt insidiatores, cõculcati supplantatores, cõfutati derogatores, & beatam eam dicunt oẽs generationes. Amplectamur Mariæ vestigia fratres mei, & deuotissima supplicatione beatis illius pedibus prouoluamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donèc benedixerit nobis. Potens est enim. Nempe vellus est mediũ inter rorẽ & aream, mulier inter solem & lunã, Maria inter Christũ & Ecclesiam cõstituta. Et quibusdã interiectis: Quis stellas nominet, quibus Mariæ regium diadema cõpactum est? Supra hominẽ est coronæ huius rationem exponere, indicare compositionem. Nos tamen pro modulo nostræ exiguitatis abstinẽtes à periculoso scrutinio secretorũ, nõ incongruè forsitan duodecim stellas istas, duodecim prę rogatiuas gratiarũ intelligere videamur, qbus Maria singulariter adornatur. Siquidẽ inuenire est in Maria p̃rogatiuas cęli, p̃rogatiuas carnis, p̃rogatiuas cordis: & si fuerit ternarius iste p quaternariũ multiplicatus, habemus fortè stellas duodecim, quibus Reginæ nostræ diadema p̃fulgeat vniuersis. Mihi sanè singularis rutilat fulgor, primò quidẽ in Marię generatione: secundò in angelica visitatione: tertiò in spiritus superuentione: quartò in filij Dei inenarrabili conceptione. Sic & in his quoq; sidereum planè irradiat decus, q̃ virginitatis primiceria, quòd sine corruptiõe fœcũda, quòd sine grauamine grauida, q̃ sine dolore puerpera. Nihilominus etiàm speciali q̃dam splendore in Maria coruscant mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyriũ cordis. Et in fine sermonis: Iam te mater misericordię p ipsum synceriſsimę tuę mẽtis affectũ, tuis iacens ,puoluta pedibus luna, mediatricem sibi apud solẽ iustitiæ constitutã deuotis supplicatiõibus interpellat, vt in lumine tuo videat lumen, & solis gratiam tuo mereatur obtentu, quã verè amauit prę omnibus, & ornauit, stola glorię induens, & coronã pulchritudinis ponẽs in capite tuo. Plena es gratiarũ, plena rore cęlesti, innixa sũper dilectũ, delicijs affluens. Ciba hodiè pauperes tuos domina, ipsi quoquè catelli de micis edant, nec puero Abrahæ tantùm, sed & camelis potum tribuas de superfluenti hydria tua, quia

Cũctas hæreses interemit.

Luc. 1.

Mariæ pedibus ꝓcidẽdũ.

Potentia eius media inter Christum & Ecclesiam.

Stellæ duodecim in corona B. Virginis, sunt 12. priuilegia.

Ecclesiæ oratio ad matrẽ misericordiæ & mediatricẽ apud solẽ iustitiæ.

Cantic. 8. Matth. 15. Genes. 24.

quia tu verè puella es prælecta & præparata altissimi filio tuo, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

Rom. 9. Honorari Mariam voluit Deus.

4. IDEM in sermone de natiuitate Mariæ: Altiùs ergò intueamini, quanto deuotiõnis affectu à nobis Mariam voluerit honorari, q̃ totius boni plenitudinem posuit in Maria: vt proindè si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare, quæ ascendit delicijs affluens. Hortus planè deliciarum, quem non modò afflauerit veniens, sed & perflauerit superueniens auster ille diuinus, vt vndiq; fluant & effluant aromata eius, charismata scilicet gratiarum. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, vbi dies? Tolle Mariam hãc maris stellam, maris vtiq; magni & spatiosi, quid nisi caligo inuoluens, & vmbra mortis, ac densissimę tenebræ relinquuntur? Totis ergò medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hãc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam: hæc inquam volũtas eius est, sed pro nobis. In omnibus siquidem & per omnia prouidens miseris, trepidationem nostram solatur, fidẽ excitat, spem roborat, diffidẽtiam abigit, erigit pusillanimitatem. Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus ad folia fugiebas. IESVM tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur vtiq; pro reuerentia sua: Pater enim diligit Filium. An verò trepidas & ad ipsum? Frater tuus est & caro tua, tentatus per omnia absq; peccato, vt misericors fieret. Hũc tibi fratrem Maria dedit: sed forsitan & in ipso maiestatem vereare diuinam, quòd licèt factus sit homo, manserit tamen Deus. Aduocatũ habere vis & ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, non modò pura ab omni contaminatione, sed & pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim: exaudietur & ipsa pro reuerentia sua. Exaudiet vtiq; matrem filius, & exaudiet filium pater. Filioli, hæc peccatorum scala; hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Potest ne filius aut repellere, aut sustinere repulsam? non audire, aut non audiri filius potest? Neutrum planè. Inuenisti (ait angelus) gratiam apud Deum. Feliciter. Semper hæc inueniet gratiam, & sola est gratia qua egemus. Prudens virgo non sapientiam sicut Salomon, non diuitias, non honores, non potentiam, sed gratiam requirebat. Nimirùm sola est gratia qua saluamur. Quid nos alia concupiscimus fratres? Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus: quia quod quærit inuenit, & frustrari non potest. Et in fine sermonis: Cæterùm quicqd illud est quod offerre

1. Tim. 2. Hebr. 5.

Nota. Maria aduocata ad Christum.

Scala peccatorũ à Maria ad filium, & à Filio ad Patrẽ

Luc. 1.

Per Mariam quærenda gratia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paras, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo ad largitorẽ gratiæ gratia redeat, quo influxit. Neque enim impotens erat Deus & sine hoc aquę ductu (scilicet Maria) infundere gratiam prout vellet, sed tibi vehiculum voluit prouidere. Fortè enim manus tuę aut sanguine plenę, aut infectæ muneribus, q; non eas ab omni munere excussisti. Ideoq; modicũ istud quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis Marię manibus offerendũ tradere cura, si nõ vis sustinere repulsam. Nimirùm cãdidissima quædam lilia sunt, nec causãbitur ille liliorum amator inter lilia nõ inuentum, quidquid illud sit, quod inter Mariæ manus inuenerit.

CAPVT TERTIVM DE CHARITATE ET DECALOGO.

I

Est'ne satis Christiano, in fidei ac spei doctrina instituto?

REfert summoperè, illum qui fidem ac spem est consecutus, Charitate quoquè prędituꝫ esse. Nam de his tribus coniunctim docet Paulus: *Nunc manent,* [a] inqt, *Fides, Spes, Charitas, tria hæc: maior aũt horũ est Charitas.* Magna certè Fides, quę satis esse [b] queat ad montes transferendos, & patrãda miracula: magna etiam Spes, salutis quędam [c] galea & ancora, quę proposita DEI bonitate & prędmij magnitudine, tum efficacem consolationem laborantibus, tum fiducia singularem precantibus suggerit. Maxima verò Charitas, [d] virtutum oñium princeps, q̃ modum finem q̃; nescit, nec moriẽtes deserit, morte ipsa fortior, qua sine Fides & Spes Christiano qdem inesse, sed ad bene beateq; viuẽdum [e] sufficere minimè possunt. Vndè à Ioanne dictum est: [f] *Qui non diligit, manet in morte,* quãuis interim credat ac speret ille, vt fatuę virgines in [g] Euangelio nobis exemplo esse possunt.

a 1 Cor. 13. d

b 1 Cor. 13. a Mar. 11. e Matth. 7. e

c 1. Thess. 5. b Ephes. 6. c Hebr. 6. d

d Prosper lib. 3. de vita contempla. ca. 13. & 15. Aug. in Psal. 47. Idẽ tract. 5. in ep Ioã. Itẽ in Ench cap. 117. & ser. 53. de tẽpore.

e Aug. 15. de Trinit cap. 18.

f 1. Ioan. 3. c

g Matth. 25. a Aug ser. 23. de verbis Domini.

SCRIPTVRAE.

PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Nunc manent fides, spes, charitas, &c. vt in textu.

IBIDEM: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ità vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ità vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

MARCI vndecimo: Habete fidem Dei Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & nõ hęsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei.

MATTHAEI septimo: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cęlorum: sed qui facit volũtatem Patris mei, qui in cęlis est, ipse intrabit in regnũ cęlorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

confitebor illis, Quia nunquàm noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

PRIORIS ad Thessalonicenses quinto capite: Nos autem qui dici sumus, sobrij simus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis.

AD Ephesios sexto: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeã salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

AD Hebræos sexto: Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut ancoram habemus animę tutam ac firmam, & incedentem vsq; ad interiora velaminis, &c.

PRIMAE Ioannis tertio: Qui non diligit, manet in morte.

MATTHAEI vigesimoquinto: Nouissimè veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.

PATRES.

Laus charitatis.

1. PROSPER Regiensis Episcopus libro tertio de vita contemplatiua, capite decimotertio: Charitas est, vt mihi videtur, recta voluntas ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa: iuncta Deo inseparabiliter, & vnita: igne quodam sancti Spiritus, à quo est, & ad quem refertur, incensa: inquinamenti omnis extranea, corrumpi nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, diuinæ cõtemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionũ
1. Timoth. 1. bonarum, salus morum, finis cælestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantiũ, palma victorum, anima sanCausa meritorum bonorũ. ctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum. In peccatis suis mortuos suscitat, languentes sanat, perditos instaurat, spem desperatis inspirat, pacificas mentes inhabitat: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus omninò fidelibus: quam fides concipit, ad quam spes currit, cui profectus oĩm seruit, ex qua quicquid est boni operis, viuit, sub qua obediẽtia crescit, per quam patientia vincit, propter quam carnalia blandimenta

menta deuotio religiosa contemnit: sine qua nullus Deo placuit, cũ qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Hæc est charitas vera, germana, perfecta, quam excellentiorem viã nominat sanctus Apostolus. Et verè ipsa est via, q̃ ducit per se ambulantes ad patriã: quia sicut sine via peruenit nullus quò tendit: ità sine charitate, quę dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare.

Nullus sine ea Deo placuit, & cũ illa nemo peccare potuit. 1. Cor. 12.

2. ET capite decimoquinto: Ergò si charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, facilè peccato resistimus, bonis omnibus abundamus, seculi blandimenta contemnimus, & omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati, vel aspera, etiam cum delectatione perficimus: si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minùs diligit Deum: quẽ si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vndè peccati desiderijs seruiamus. Et quid est diligere Deũ, nisi illi * occupare animum, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximum, quem ipse in se censuit diligendum, in ipso amore seruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligẽdi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt, aut corpora sua minùs diligenda plùs diligunt, aut proximos non sicut seipsos, aut Deum plùs quàm seipsos fortè non diligunt. Sed de mundo, quòd diligi omninò non debeat, ipsius Dei nostri per sanctum Ioãnem Apostolum vox est dicentis: Nolite diligere mundũ. Corpus autem nostrum, quia pars nostrî est, ad hoc nobis diligendum, vt saluti eius ac fragilitati naturaliter cõsulamus, & agamus quatenùs spiritui ordinatè subiectum, ad æternam salutem accepta immortalitate & incorruptione perueniat: non suis voluptatibus diffluendo, animæ rigorem sibi cedentis emolliat, puritatem polluat, & totam dignitatem suæ delectationis morbo corrũpat. Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas vtilitates nostras, non propter sperata beneficia vel accepta, non propter affinitates vel consanguinitates, sed propter hoc tantùm, quòd sunt naturæ nostræ participes, diligamus: quia non eos sicut nosipsos amamus, quandò propter illa superiùs dicta diligimus. Neque enim ideò proximum tanquàm seipsum diligit quisque, quia sibi frater aut soror, pater aut filius, mater aut filia, nepos aut neptis est. Carnaliter quippe amat qui taliter amat: quoniam

1. Tim 1. Quàm perfectos nos faciat charitas.

Deut. 6. Matt 22. Luc. 10. Marc. 12.

* aliàs copulari animo,

Ordo dilectionis à quibus peruertatur. Vide Aug. li. 1. de doctr. Christ. ca 27.

1. Ioann 2. Corpus quõ diligendum.

Proximum quandò diligamus sicut nosipsos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proximi nostri quinam sint.

non illi tantùm proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit, sed proximi nostri credendi sunt omnes homines, naturæ nostræ, sicut dixi, participes. Nam si propinquos nostros quanuis incompositos, turpes, ac malè moratos, plùs quàm quoslibet sanctos, quos à nobis secundùm sanguinem vocamus extraneos, diligamus: non solùm carnaliter diligimus, sed etiam grauiter in tali eorum dilectione peccamus. Proindè secundùm nos proximos omnes diligimus, quandò ad mores bonos, & ad æternam vitam consequendam, sicut nobis, saluti eorum consulimus, quandò nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus: & sicut nobis subueniri optamus, ità eis pro viribus subuenimus: aut si facultas defuerit, voluntatem subueniendi tenemus. Quapropter hæc est proximi tota dilectio, vt bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi verò plùs, quàm se, diligunt Deum, qui pro eius amore suæ ad tempus saluti non parcunt, seipsos tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus proprijs, patriæ suæ extorres fieri, parentibus & vxoribus ac filijs suis renunciare parati sunt, & vt totum dicam, ipsam corporis mortem non solùm non refugiunt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis sui vita magis, quàm à DEO vita vitæ suæ discedere. Iste igitur nobis dilectionis ordo seruandus est, iuxta illud, quod dicit Spiritus sanctus: Ordinauit in me charitatem: vt sicut ordinata charitas poscit, DEVM principaliter diligamus: & propter ipsum in ipso ea, quæ diligenda sunt, tantum quantum ipse præcipit, diligamus. Ipse enim præcipit, vt corpora nostra propter nos, proximos sicut nos, & ipsum plùs diligere, quàm nos debeamus: ità sanè, vt eis quos nobis coniunctiores familiaritas facit, si eos fama non reprobat, & vita commendat, nos amplius impendamus, omnium profectus nostros esse credamus, & de aliorum peccatis, tanquàm de nostris misericorditer lugeamus. Sic ergò possunt in hac vita illi esse perfecti, qui perfectè diligũt Deum. Et illi perfectè Deum diligunt, qui volendo quod vult Deus, & nolendo quod non vult, nec vllis peccatis quibus offenditur, acquiescunt: & semper sead virtutes, quas ipse dignatur donare, diligendas & habendas extendunt. Hi sunt, qui omnia bona quę implere potuerint, ab illo se adiutos vt possint, veraciter credunt: quicquid mali commiserint, vitio suæ voluntatis asscribunt: quicquid boni non potuerint implere, ab illo, vt possint, iugiter petunt: cùm potue-

Diligentes Deum plùs quàm seipsos

Ordo dilectionis. Cant. 2.

Leuit. 19. Matt. 22.

Perfectè qui Deum diligant.

potuerint, illi gratias agunt. Bona eius quæ fuerint consecuti, etiàm alijs conferri socialiter volunt, & vsq; in suos inimicos dilectionis suæ latitudinẽ porrigentes, hoc omnes cupiunt esse, quod ipsi sunt.

3. AVGVSTINVS in Psalmum quadragesimumseptimum: Intellige vim charitatis. Ipsa est virtus quam nemo vincit. Huius ignem nulli fluctus seculi, nulla flumina tentationis extinguunt. De hac dictũ est: Valida est sicut mors dilectio. Quomodò enim mors quandò venit, resisti ei non potest, quibuslibet artibus, quibuslibet medicamentis occurras, violentiam mortis vitare non potes, quia mortalis natus es: sic contra violentiam charitatis mundus nihil potest. Ecõtrariò enim similitudo data est de morte. Quomodò enim mors ad auferendum violentissima est, sic charitas violentissima est ad saluandum. Per charitatem enim multi mortui sunt seculo, vt viuerent Deo. Hac charitate accensi martyres, non simulati, non vana gloria ventilati, non tales de quibus dictum est: Si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest: sed tales, quos verè Christi & veritatis charitas perduceret ad passionem. Quid eis fecerunt tentationes sæuientiũ? Maiorem violentiam habuerunt oculi flentium suorum, q̃ persecutiones insectantium. Quàm multos enim tenebant filij, nè paterentur: quàm multorum genibus prouoluebantur vxores, nè viduę relinquerentur: quàm multos parentes filij prohibebant mori, sicut nouimus & legimus in passione beatæ Perpetuæ. Facta sunt ista, sed lachrymæ quantælibet, & quantolibet impetu fluerent, quomodò ardorem charitatis extinguerent? Hæc est virtus Sion, cui & alibi dicitur: Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis: Annunciate in turribus eius, ponite corda vestra in virtute eius.

Cant 8. Quõ charitas valida sicut mors.

1. Cor. 13.

Psalm. 122.

4. IDEM tractatu quinto in epistolam beati Ioãnis, super ea verba, In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli: Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum: Certè iam manifestatũ est vndè dicat, & qui non diligit, inquit, fratrem suum. Dilectio ergò sola discernit inter filios Dei & filios diaboli. Signẽt se omnes signo crucis Christi: Respõdeant oẽs, Amẽ. Cantẽt omnes, Halleluia: Baptizentur oẽs, intrẽt omnes Ecclesias, faciant parietes basilicarum: non discernuntur filij Dei à filijs diaboli, nisi charitate. Qui habent charitatem, nati sunt ex DEO: qui non, non sunt nati ex Deo: Magnũ iudiciũ, magna discretio. Quicquid vis, habe: hoc solum non habeas, nihil tibi prodest: alia si non habeas, hoc habe, & implẽsti legem. Qui enim diligit alterum, legem impleuit, ait Apostolus:

1. Ioan. 3. Charitas separat filios Dei à filijs diaboli.

Sola charitas sufficit, & sine ea nihil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom. 13. Matth. 13. stolus: Et plenitudo legis charitas. Puto istam margaritam esse illã. Homo negociator describitur in Euãgelio, qui inuenit vnam margaritam, & vendidit omnia quæ habebat, & emit eam. Hæc est margarita preciosa charitas, sine qua nihil tibi prodest quodcunq; habueris, quam si solam habeas, sufficit tibi.

5. IDEM Augustinus in Enchiridio ad Laurẽtium, capite centesimo decimoseptimo: Charitas, quam fide ac spe maiorẽ dixit Apostolus, quãto in quocunq; maior est, tãto melior est in quo est. Cùm enim quæritur, vtrùm quisq; sit homo bonus, nõ queritur quid credat aut speret, sed qd amet. Nã qui rectè amat, ꝓculdubiò rectè credit & sperat: qui verò nõ amat, inaniter credit, etiãsi sunt vera q̃ credit. Inaniter sperat, etiãsi adverã felicitatẽ doceãtur ptinere q̃ sperat, nisi & hoc credat ac speret, quod sibi petenti donari possit, vt amet.

1. Cor. 13. Homo bonus esse iudicatur non ex fide aut spe, sed ex charitate.

6. ITEM sermone quinquagesimotertio de tempore: Charitas omnium arx est virtutum, promissio regni, præmium summum sanctorum in cælo, quia in perenni gaudio nihil gratius, nihil dulcius habent sancti perfecto amore Dei. Quem quia præsentem vident, suauiùs diligunt, & dulciùs fruuntur ipso bono. In omnibus præceptis Dei charitas obtinet principatum, sine cuius perfectione nihil Deo placere posse Paulus Apostolus testatur, quia nec martyrium, nec seculi contemptum, nec eleemosynarum largitionem sine charitatis officio quicquam proficere posse ostendit.

Charitatis laus.

1. Cor. 13.

7. AVGVSTINVS libro decimonono de Trinitate, capite decimooctauo: Nullũ est isto Dei dono excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni & filios pditiõis æternæ. Dãtur & alia ꝓ spiritum sanctũ munera, sed sine charitate nihil ꝓsunt. Nisi ergò tantũ impertiatur cuiq; Spiritus sanctus, vt eum Dei & ꝓximi faciat amatorẽ, à sinistra nõ transfertur ad dexterã. Nec spiritus ꝓpriè dicitur donũ, nisi propter dilectionem: quam qui nõ habuerit, si linguis hominum loquatur & angelorum, sonans æramentũ est & cymbalum tinniens. Et si habuerit ꝓphetiam, & scierit omnia sacramenta, &c. Quãtum ergò bonum est, sine quo ad æternam vitam neminem bona tãta perducunt? Ipsa verò dilectio siue charitas, nam vnius rei est vtrunque nomen, si habeat eam qui non loquitur linguis, nec habet prophetiam, nec omnia scit sacramenta, omnemq; scientiam, nec distribuit omnia sua pauperibus, vel non habendo quod distribuat, vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suum vt ardeat, si talis passionis nulla tentatio est, perducit ad regnum, ità vt ipsam fidem non faciat vtilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest

Excellẽtia & necessitas charitatis.

1. Cor. 13.

testquidẽ esse, sed non & prodesse. Propter quod & Apostolus Paulus, In CHRISTO, inquit, IESV neque circuncisio, neque præputium aliquid valet, sed fides quę per dilectiõem operatur: sic eam discernens ab ea fide qua & dæmones credunt & contremiscũt. Dilectio igitur quę ex Deo est, & Deus est, propriè spiritus sanctus est, ꝑ quem diffunditur in cordibus nostris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas. Quocircà rectissimè spiritus sanctus cùm sit Deus, vocatur etiàm donũ Dei. Quod donum propriè quid nisi charitas intelligenda est, quę perducit ad Deum, & sine qua quodlibet aliud donum Dei non perducit ad Deum?

Sine charitate fides esse potest, sed nõ prodesse. Galat 5. Iacob. 2.

Rom. 5.

8. AVGVSTINVS de verbis Domini sermõe vigesimotertio: Intentum me fecit Euangeliũ sanctum. Etiàm ipsas virgines & ipsas ferentes lãpades, alias dixit prudẽtes, alias stultas. Vndè intuemur, vndè discernimus? De oleo. Aliquid magnum significat oleum, valdè magnum: Putas non charitas est? Quærendo dicimus, non sentẽtiam ꝓcipitamus. Vndè mihi videatur oleum charitas significari, dicam vobis: Apostolus dicit: Adhuc supereminentiorem vobis viam demonstro. Supereminentiorem viam quam demõstrat? Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum ęramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Ipsa est supereminens via, id est, charitas, q̃ meritò oleo significatur. Omnibus enim humoribus oleum supereminet. Mitte aquam, & superinfunde oleum, oleũ supereminet. Mitte oleum, superinfunde aquã, oleum supereminet. Si ordinem seruaueris, vincit: si ordinem mutaueris, vincit: Charitas nũquàm cadit. Ibid. Sapientium lampades ardebant de oleo æterno, de conscientiæ securitate, de interiore gloria, de intima charitate.

Matt 25.

Oleũ charitas 1. Cor. 12.

1 Cor. 13.

II

Quid verò est Charitas?

A. Virtus infusa diuinitùs, qua sincerè diligitur propter se Deus, & propter Deum proximus.

Matt 22. d Luc. 10. e. Marci 12. c

B. Diligendus enim præcipuè est Deus in omnibus,[a] & super oĩa, & propter se solùm, vt q̃ vnus summum æternumq; bonum existit, quod solùm

Aug. lib. 3. de doctr. Christ. cap. 10.

a Ber. in tractatu de diligendo Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b 1. Cor 10 & Colos. 3. c

nostros expletanimos: cuius amor & [b] honor nostræ tum voluntatis, tum actionis omnis initium & scopus esse debet.

c Aug. ho. 38. ex 50. d Au. in psal. 118 concione 8. Item ser. 51. & 59. de tempore.

C. Deindè propter [c] Deum amandus proximus, hoc est, citra discrimen [d] homo quilibet, quandò inter nos omnes proximi, maximaq; propinquitate coniuncti sumus, secundùm eandem scilicet naturam humanam filijs Adæ communem, & ob diuinam gratiam æternamque gloriam cũctis, qui velint, communicabilem.

SCRIPTVRAE.

MATTHAEI vigesimo secundo: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi IESVS: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

LVCAE decimo: Et eccè quidam legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptũ est? quomodò legis? Ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Rectè respondisti. hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus? *Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidã descendebat ab Ierusalem in Iericho, &c. Quis horum triũ videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille

*aliàs, suscipiens

ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi IESVS: Vade, & tu & fac similiter.

MARCI duodecimo: Interrogauit eum vnus de Scribis, quod esset primum omnium mandatum. IESVS aũt respondit ei: Quia primum omnium mãdatum est, Audi Israël, DOMINUS Deus tuus DEUS vnus est. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi, Diliges proximum tuum tanquàm teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi Scriba: Bene Magister, in veritate dixisti, quia vnus est DEUS, & non est alius prẽter eum, & vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximũ tanquàm seipsum, maius est omnibus holocautomatibus & sacrificijs. IESVS aũt videns quòd sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à regno Dei.

PRIORIS ad Corinthios decimo: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Ad Colossenses tertio: Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini IESV CHRISTI facite, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

PATRES.

1. A. AVGVSTINVS libro tertio de doctrina Christiana, capite decimo: Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se atque proximo propter Deum. Charitas quid sit.

1. B. BERNARDVS in tractatu de diligendo Deo: Vultis à me audire, quarè & quomodò diligẽdus sit Deus? Et ego: Causa diligendi Deum, Deus est: Modus, sine modo diligere. Ob duplicem autem causam Deum dixerim propter seipsum diligendum: siue quia nihil iustius, siue quia nil diligi fructuosiùs potest. Meretur amari propter seipsum Deus, & ab infideli: qui etsi nesciat CHRISTVM, scit tamẽ seipsum. Proindè inexcusabilis est omnis etiàm infidelis, si nõ diligit Dominum Deum suum ex toto corde, tota anima, tota virtute sua. Clamat nempe intùs ei innata & non ignota rationi iu- Causa & modus diligendi Deum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stitia, quia ex toto se illum diligere debeat, cui se totum debere non ignorat, &c. Et quibusdam interpositis: Hic primùm vide, quo modo, immò quàm sine modo à nobis DEVS amari meruerit, qui prior ipse dilexit nos tantus & tantùm, & gratis tantillos & tales. Et cùm dilectio quæ tendit in DEVM, tendat in immensum, tendat in infinitum, (nam & infinitus DEVS est, & immensus) quisnam quæso debeat finis esse nostri vel modus amoris? Quid quòd amor ipse noster non iam gratuitus impenditur, sed rependitur debitus? Amat ergò immensitas, amat æternitas, amat supereminens scientiæ charitas, amat Deus, cuius magnitudinis non est finis, cuius sapientiæ nō est numerus, cuius pax exuperat omnem intellectum, & vicem rependimus cum mensura. Non sine præmio diligitur Deus, etsi absq; præmij intuitu diligendus sit. Vacua nanq; vera charitas esse non potest, nec tamen mercenaria est. Quippe non quærit quæ sua sunt. Affectus est, non contractus, nec acquiritur pacto, nec acgrit. Sponte afficit, & spontaneū facit. Verus amor seipso contentus est. Habet præmium, sed id quod amatur. Nam quidquid propter aliud amare videaris, id planè amas, quò amoris finis pertendit, non per quod tendit. Paulus non euangelizat vt comedat, sed comedit vt euangelizet, eò quòd amet non cibum, sed Euangelium. Verus amor præmium non requirit, sed meretur. Præmium sane necdùm amanti proponitur: amanti debetur, perseueranti redditur. Posteà verò, vt perfecta iustitia sit diligere proximum, DEVM in causa habere necesse est. Alioquin proximum purè diligere quomodò potest, qui in Deo non diligit? Porrò in Deo diligere non potest, qui Deum non diligit. Oportet ergò Deum diligi priùs, vt in Deo diligi possit & proximus. Facit ergò etiàm se diligi Deus, qui & cætera bona facit. Et in fine: Quia carnales sumus, & de carnis cōcupiscētia nascimur, necesse est, vt cupiditas nostra vel amor noster à carne incipiat, quæ si recto ordine dirigitur, quibusdam suis gradibus duce gratia proficiēs, spiritu tandem cōsummabitur: quia nō priùs quod spirituale, sed quod animale, deindè quod spirituale. Et priùs necesse est portemus imaginem terrestris, deindè cælestis. In primis ergò diligit seipsum homo propter se. Caro quippe est, & nil sapere valet præter se. Cumq; se videt per se nō posse subsistere, Deū quasi necessarium incipit per fidē inquirere & diligere. Diligit itaq; in secūdo gradu Deū, sed ppter se, nō ppter Deū. At verò cū ipsum cœperit occasiōe, pprię necessitatis colere & frequētare, cogitādo, legēdo, orādo, obediēdo: quadā huiuscemodi familiaritate paulatim

Quomodò Deus amari meretur.

Psal. 144. & 146. Philip. 4.

Deus sine ꝓmij intuitu diligendus, nec tamen sine præmio diligitur. 1 Cor. 13.

1. Cor. 9. Verus amor meretur præmium.

Nota

Proximi dilectio pura non est, nisi propter Deū fiat.

Proximi dilectio non est sine Dei dilectione.

Quibus gradibus amoris ad veram charitatem ascendatur. 1. Cor. 15.

tim sensim; Deus innotescit, cōsequēter & dulcescit: & sic gustato, q; suauis est Dominus, transit ad tertiū gradum, vt diligat Deum nō iam propter se, sed propter ipsum. Sanè in hoc gradu diù statur: & nescio si à quoquam hominum quartus in hac vita perfectè apprehènditur, vt se scilicet diligat homo tantùm propter Deum.

1. C. AVGVSTINVS homilia trigesimaoctaua ex libro quinquagintà homiliarum: Incipiat homo amare Deum, & non amabit in homine nisi Deum: videat enim charitas vestra primùm, amicitiæ amor qualiter debeat esse gratuitus. Non enim propterea debes habere amicum vel amare, vt aliquid tibi præstet. Si propterea illum amas, vt præstet tibi vel pecuniam vel aliquod commodum tēporale, non illum amas, sed illud quod præstat. Amicus gratis amādus est, propter sese, non propter aliud. Si hominem te hortatur amicitiæ regula, vt gratis diligas: quàm gratis amandus est DEVS, qui iubet vt hominem diligas? Nihil delectabilius DEO. Nam in homine sunt quę offendant, per amicitiam tamen cogis te, vt etiàm illa quæ offendunt, in homine toleres propter amicitiam. Si ergò non debes propter quædā tolerāda dissoluere hominis amicitiam, DEI amicitia quibus rebus debet cogi vt dissoluatur à te? Nihil inuenis delectabilius Deo. Deus non est qui te offendat, si tu eum non offendas, nihil illo pulchrius, nihil illo dulcius. Sed dicturus es mihi: Non illum video, quomodò sum amaturus quem non video? Et quomodò dicis amare quem non vides? Modò ostendo vndè coneris videre, quod istis oculis non potes videre. Eccè amas amicum, quid in illo amas? Gratis eum amas. Sed fortè amicus iste tuus, vt alia omittam, senex homo est. Fieri enim potest vt habeas amicum senem. Quid amas in sene? Incuruum corpus, album caput, rugas in fronte, contractam maxillam? Si corpus quod vides, nihil deformius præ senectute: & tamen aliquid amas, & corpus quod vides non amas, quia deforme est: vndè vides quod amas? Si enim quæram à te, quarè amas? respōsurus es mihi, homo est fidelis. Ergò fidem amas. Si fidem amas: quibus oculis videtur fides, ipsis oculis videtur Deus. Incipe ergò Deum amare, & amabis hominem propter Deum. Ibidèm: Si omnis qui amat, salvum vult habere quod amat, si intelligat quæ sit vera salus, incipit illàm amare in se, & ipsàm cogitur veram amare & in amico.

Gratuitus amor.

Dei amicitia dissolui non debet.

2. IDEM Augustinus in psalmum centesimum decimumoctauum, concione octaua: Omnis homo est omni homini proximus: nec vlla cogitanda est longinquitas generis, vbi est natura communis:

Omnis homo proximus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.10. nis:quanquàm nec proximum nouerat qui Domino ait, Et quis est mihi proximus? quandò illi est propositus homo quidam, qui descendens ab Hierusalem in Hiericho, incidit in latrones, cui proximum non fuisse nisi qui cum illo fecit misericordiam, ipse qui interrogauerat, iudicauit: patuitq;, in faciẽda misericordia neminem alienum esse putandum ab eo qui diligit proximum. Et post pauca: vt sciamus diligere Deum, sciendus est Deus: & vt sciat homo diligere proximum tanquàm seipsum, priùs debet diligendo Deum diligere seipsum. Quod vndè poterit scire, si nescit Deum, si nescit & seipsum?

Proximi nostri sunt oẽs Christiani. 3. ET sermone quinquagesimotertio de Tempore: Si fortè quislibet quærat, quis sit proximus, sciat omnem Christianum rectè, proximum dici, quia omnes in baptismo filij Dei sanctificamur, vt fratres simus spiritaliter in charitate perfecta. Nobilior est generatio

Ioann.3. spiritalis quàm carnalis, de qua in Euangelio ipsa veritas ait: Nisi qs renatus fuerit ex aqua &c. Qui autem taliter intelligens proximum diligit, sine dubio charitatem veram in semetipso tenebit.

Inimicus qua tenùs diligẽdus. 4. ITEM sermone quinquagesimonono de Tempore: Sic autem diligendus est inimicus, non inquantùm inimicus, sed inquantùm homo est, vt ei hoc velis prouenire quod tibi, id est, vt ad regnum correctus reuocatusq; perueniat. Proximꝰ est autem omnis homo.

Proximus est omnis homo. Omnes proximi sumus conditione terrenæ natiuitatis & mortalitatis, & etiàm spe cælestis hæreditatis: quia nescimus quis quid futurus sit, quoniam aut Iudęus aut hęreticus aut paganus: fortè enim per misericordiam Dei conuertetur ad Deum, & inter sanctos primum locum habere merebitur.

III

Quot sunt Charitatis præcepta?

A. DVO quidẽ summaria, quorum primum de diligẽdo Deo, sic[a] in veteri nouaq; lege proponitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Hoc est primũ & maximum mãdatum. Secundum*

a Deut.6.a Matth.22.d Marci 12.e Lucæ 10.e Gregor.li.10. Moral.c.6. & 7.

cundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis vniuersa lex pendet & Prophetæ.

E. HAEC charitas est [b] plenitudo legis & summa iustitiæ. hoc est [c] vinculum perfectionis: charitas, inquam, [d] de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta.

b Roma.13.c

c Colos.3.e

d 1.Tim.1.a

SCRIPTVRAE.

DEVTERONOMII sexto: Audi Israel, Dominus DEVS noster, Deus vnus est. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodiè, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ.

MATTHAEI vigesimosecundo: MARCI duodecimo, LVCAE decimo, vt suprà, quæstione præcedenti.

AD Romanos decimotertio: Qui diligit proximum, legẽ impleuit. Nã, NON adulterabis, NON occides, NON furaberis, NON falsum testimonium dices, NON concupisces, & si quod est aliud mandatum: in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergò legis est dilectio.

AD Colossenses tertio: Induite viscera misericordiæ, benignitatem, &c. Super omnia autem hęc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

PRIORIS ad Timotheum primo: Finis præcepti est charitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta,

EX PATRIBVS.

1. A. GREGORIVS Magnus libro decimo Moraliũ in Iob, capite sexto: Dei dilectio per tria distinguitur: quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligi conditor iubetur. Qua in re notandum est, quòd diuinus sermo cùm Deum diligi præcipit, non solùm narrat ex quo, sed etiàm informat ex quãto, cùm subiungit, ex toto: vt videlicet qui perfectè Deo placere desiderat, sibi de se nihil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo præcepta deriuatur, cùm & per quendam iustum dicitur: Quod ab alio tibi odis fieri, vide nè tu alteri facias. Et per semetipsam veritas dicit: Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Quibus duobus scilicet vtriusque testamenti mandatis, per vnum malitia compescitur, per aliud benignitas prærogatur: vt malum quod pati non vult quisque non faciens, cesset à nocendi opere: & rursùm bonum quod sibi fieri appetit, impendens, erga vtilitatem se proximi exerceat ex benignitate.

Tob. 4.

Matth. 7.

2. DEINDE capite septimo eiusdem libri: Bene ergò lex DEI multiplex dicitur: quia nimirùm cùm vna eademq; sit charitas, si mentem plenè ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit. Cuius diuersitatem breuiter exprimimus, si in electis singulis bona illius restringendo numeremus. Hæc nanque primùm per Abel & electa Deo munera obtulit, & fratris gladium non reluctando tolerauit. Hæc Enoch & inter homines spiritaliter viuere docuit, & ad sublimem vitam ab hominibus etiàm corporaliter abstraxit. Hæc Noe, despectis omnibus, solum Deo placabilem ostendit, atque in arcæ fabricam studio longi laboris exercuit, & mundo superstitem pio opere exercendo seruauit. Hæc per Sem & Iaphet humiliter verenda patris erubuit, & superiecto dorsis pallio, quæ non videbat, abscondit. Hæc Abrahæ dextram quia ad mortem filij obediendo extulit, hunc prolis innumeræ, gentium patrem fecit. Hæc Isaac mentem quam semper ad munditiam tenuit, caligantibus ætate oculis, ad videnda longè pòst ventura dilatauit. Hæc Iacòb compulit & amissum bonum filium medullitùs gemere, & prauorum filiorum præsentiam sub æquanimitate tolerare. Hæc Ioseph docuit à fratribus venundatum, libertate animi infracta seruitium perpeti, & eisdem pòst fratribus mente non elata principari. Hæc Moysen, delinquente populo, & vsque ad peti-

Virtus charitatis multiplex.

Gene 4.

Gene. 5.

Gene 7.

Gene. 9.

Gen. 22.

Gen. 27.

Gen. 37.

Gen. 42.

Exod. 32.

petitionem mortis in precibus strauit, & vsque ad interfectionem populi per zeli studiũ erexit: vt & pro peremte plebe sese morti obiiceret, & contra peccantem protinùs vice Domini irascentis saeuiret. Hęc Phinees brachium in vltionem peccantium erexit, vt arrepto gladio coeuntes transfigeret, & iram Domini iratus placaret. Hæc Iosue exploratorem docuit, vt & priùs contra falsiloquos ciues veritatem verbo defenderet, & hanc postmodùm gladio cõtra hostes allegaret. Hęc Samuel & in principatu humilem præbuit, & integrum in deiectione seruauit: qui cùm persequentem se plebem diligeret, ipse sibi testimonium extitit, quia culmen ex quo deiectus est, non amauit. Hæc Dauid ante iniquum regem & humilitate commouit ad fugam, & pietate repleuit ad veniam: qui persecutorem suum & timendo fugit vt dominum, & tamen cùm potestatem feriendi reperit, non agnouit inimicum. Hæc Nathan & contra peccantem Regem in authoritatem liberæ increpationis sustulit, & cùm Regis culpa deesset, in petitione humiliter strauit. Hæc per Esaiam nuditatem carnis in prædicatione non erubuit, & subducto carnali velamine, superna mysteria penetrauit. Hæc Heliam, quia feruoris zelo viuere spiritaliter docuit, ad vitam quoquè & corporaliter abstraxit: Hæc Helisæum, quia magistrum simpliciter diligere instituit, magistri spiritu dupliciter impleuit. Per hanc Hieremias, nè in Aegyptum populus descenderet, restitit: sed tamen & inobedientes diligens, quò descendi prohibuit, & ipse descendit. Hæc Ezechielem, quia priùs à terrenis desiderijs sustulit, pòst per cincinnum capitis in aëre librauit. Hæc in Daniele quia à regijs dapibus gulam compescuit, ei & esurientium ora leonum clausit. Hæc tribus pueris, quia in tranquillitate positis incendia vitiorum subdidit, tribulationis tempore & flammas in fornace temperauit. Hęc in Petro & minis terrentium principum fortiter restitit, & in circuncisione submouenda, minorum verba humiliter audiuit. Hæc in Paulo & manus persequentium humiliter pertulit, & tamen in circuncisionis negocio longè se imparis prioris sensum audenter increpauit. Multiplex ergò ista lex Dei est, quæ singulis rerum articulis non permutata congruit, & causis se variantibus non variata coniungit.

Num. 25.

Iosue 9.

1. Reg. 3.

1. Reg. 24.

2. Reg. 12.

Esa 20.

4. Reg. 2.

Ibid.

Iere. 42.

Ezec. 8.

Dan. 14.

Dan. 3.

Actor. 15.

Galat. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IIII

Quo indicio se prodit syncera Charitas?

a Greg. hom. 30. in Euang.

A. PROBATIO [a] dilectionis seu charitatis, exhibitio est operis, & diuinorum obseruatio mandatorum. Vndè & Ioannes CHRISTO dilectus inquit: [b] *Hæc est vera charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt.* Et rursum:

b 1. Ioann. 5. a

c 1. Ioan. 2. a

[c] *Qui dicit se nôsse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autē seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus.*

d Ioan. 14. b c

B. QVINETIAM CHRISTVS ipse docet: [d] *Si diligitis me, mandata mea seruate. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Qui non diligit me, sermones meos non seruat.*

SCRIPTVRAE.

PRIMAE Ioannis quinto, Primæ Ioannis secundo, Ioannis decimoquarto, vt in textu.

EX PATRIBVS.

GREGORIVS homilia trigesima in Euangelia: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Probatio ergò dilectionis, exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idem Ioannes dicit: Qui dicit, diligo Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Verè enim diligimus, si ad mandata eius à nostris nos voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diffluit, profectò Deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit.

Ioan. 14.

1. Ioan. 2. & 4.

V

V

Quæ sunt mandata Dei, ad Charitatem præcipuè spectantia?

DECEM Dei verba primùm per Moysen Iudæis tradita, & deindè per CHRISTVM & Apostolos [a] Christianis omnibus commendata, quæ & Decalogi nomen obtinuerunt, atque ità recensentur:

Exod 20. a b 34. d Leuit. 19. a b Deu. 4. a b 5. a b 10. a

a Matt. 19. c 5. c 22. b Mar. 10. & 12. c Luc. 18. d & 10. e Rom. 2. b 13. c 7. b Gal. 5. e Iac. 2. b 1. d 4. c 1. Tim. 1. b Concil. Triden. sess. 6. can. 19. 20. & 21.

Ego sum Dominus Deus tuus.

I. *Non habebis Deos alienos coram me. Nō facies tibi sculptile,* [b] *vt adores illud.*

b Leuit. 26. a Exponunt Decalogum Orig. in Exod. hom. 8. Aug. quæst. 71. in Exo. & serm. 95. de temp. & de 10. chordis.

II. *Nō assumes nomē Domini Dei tui in vanū.*

III. *Memento vt diem Sabbati sanctifices.*

IIII. *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quā Dominus Deus tuus dabit tibi.*

V. *Non occides.*

VI. *Non mœchaberis.*

VII. *Non furtum facies.*

VIII. *Non loquéris contra proximum tuum falsum testimonium.*

IX. [c] *Non concupisces vxorem proximi tui:*

c Deuteron. 5. e.

X. *Non domum, non agrum, nō seruum, nō ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt.*

SCRIPTVRAE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXODI vigesimo: Locutusq; est Dominus cunctos sermones hos: Ego sum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quę est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum q̃ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles: Ego sum Dñs DEVS tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatẽ patrũ in filios in tertiam & quartã generationem eorum qui oderunt me: & faciens misericordiã in millia his qui diligũt me, & custodiunt p̃cepta mea. Non assumes nomen Dñi Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem Dñs eum, qui assumpserit nomen DOMINI DEI sui frustrà. Memento vt diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies oñia opa tua. Septimo autem die Sabbatum DOMINI DEI tui est: nõ facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit DOMINUS cælum & terrã, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo: idcircò benedixit DOMINUS diei Sabbati, & sanctificauit eum. Honora patrem tuum et matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam DOMINUS DEUS tuus dabit tibi. Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non loquéris contra proximum tuum falsum testimonium, Nõ concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorẽ eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

ET capite trigesimoquarto: DIXIT DOMINUS ad Moysen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Israel pepigi fœdus. Fuit ergò ibi cum Dñó quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. Cumq; descenderet Moy-

ses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.

LEVITICI decimonono: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad omnẽ cœtum filiorũ Israel, & dices ad eos: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dñs Deus vester. Vnusquisque patrem suum & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego DOMINUS DEVS vester. Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego DOMINUS DEVS vester. Non facietis furtum, Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen DEI tui. Ego DOMINUS. Et in fine capitis: Custodite omnia prȩcepta mea & vniuersa iudicia, & facite ea. Ego DOMINUS.

DEVTERONOMII quarto: Et nunc Israël audi prȩcepta & iudicia quę ego doceo te, vt faciens ea, viuas, & ingrediẽs possideas terram, quam DOMINUS DEVS patrum vestrorum daturus est vobis. Non addetis ad verbũ quod vobis loquor, nec auferetis ab eo: custodite mandata DOMINI DEI vestri, q̃ ego præcipio vobis. Scitis quòd docuerim vos præcepta atq; iustitias, sicut mandauit mihi DOMINUS DEVS meus: sic facietis in terra ea, quam possessuri estis, & obseruabitis, & implebitis opere. Hęc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi prȩcepta hęc, dicant, En populus sapiens & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quę habeat deos appropinquantes sibi, sicut DOMINUS DEVS noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cȩremonias, iustaq; iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodiè ante oculos vestros? Custodi igitur temetipsum & animam tuam solicitè. Nè obliuiscaris verborum quę vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

derunt oculi tui, & nè excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diē in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quandò Dominus locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceantq; filios suos. Et accessistis ad radices montis qui ardebat vsq; ad cælum: erantq; in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusq; est dñs ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam penitùs non vidistis, & ostendit vobis pactū suum, quod præcepit vt faceretis, & decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mandauit in illo tempore, vt docerem vos cæremonias & iudicia, quę facere deberetis in terra quam possessuri estis. Custodite igitur solicitè animas vestras.

Et capite quinto: Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nō habebis deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem oīnium, q̄ in cælo sunt desupèr, & quę in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea, & non coles. Ego ēm sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddèns iniquitatē Patrum super filios in tertiā & quartam generationē his qui oderunt me, & faciens misericordiā in multa millia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustrà, quia nō erit impunitus, q̄ super re vana nomē eius assumpserit. Obserua diem Sabbati, vt sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. Sex diebus operaberis, & facies oīnia opera tua. Septimus dies Sabbati est, id est, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quicquam operis, tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla, & bos, & asinus, & oīne iumentū tuū, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus tuus

tuus & ancilla tua, sicut & tu. Memento quòd & ipse seruieris in Aegypto, & eduxerit te indè Domin' Deus tuus in manu forti & brachio extento. Idcircò præcepit tibi, vt obseruares diem Sabbati Honora patrē tuū & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt lōgo viuas tēpore, & bene sit tibi in terra, quā Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non occides. Neq; mœchaberis. Furtumq; non facies. Nec loquēris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, nō seruum, non ancillam, non bouem, nō asmum, & vniuersa quę illius sunt. Hęc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens ampliùs, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi.

Item capite decimo In tēpore illo dixit Dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerūt, & ascēde ad me in montem, faciesq; arcam ligneam, & scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his, quas antè confregisti, ponesq; eas in arca. Feci igitur arcā de lignis setim. Cumq; dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem, habēs eas in manibus. Scripsitq; in tabulis iuxta id quod priùs scripserat, verba decē, quę locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quandò populus congregatus est, & dedit eas mihi. Reuersusq; de monte descēdi, & posui tabulas in arcam quam feceram, quæ hucusquè ibi sunt, sicut mihi præcepit Dominus.

Matthæi decimonono: Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi, Quæ? Iesus aūt dixit: Nō homicidiū facies, nō adulterabis,

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō facies furtū, Non falsum testimoniū dices, Honora patrē tuum & matrem tuam, diliges proximum tuū sicut teipsum.

Item capite quinto: Nolite putare, quoniam veni soluere legem aut Prophetas, &c. vt infrà quæstione sequenti.

Et vigesimo secundo, vt suprà quęstione secunda.

Marci decimo. Procurrens quidā genuflexo ante eum, rogabat eum: Magister bone, quid faciā, vt vitam ęternā percipiam? Iesvs aūt dixit ei: Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisì vnus, devs. Prœcepta nōsti. Nè adulteres, Nè occídas, Nè fureris, Nè falsum testimonium dixeris, Nè fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem. At ille respondens ait illi: Magister, hęc oīa obseruaui à iuuentute mea. Iesvs autem intuitus eum, dilexit eum.

Et capite duodecimo, vt suprà quęstione secunda.

Lvcae decimo octauo: Et interrogauit eum quidā princeps, dicens: magister bone, quid faciens vitam ęternā possidebo? dixit aūt ei Iesvs, Quid me dicis bonū? nemo bonus nisì solus devs: Mandata nōsti: Non occídes, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem.

Lvcae decimo, vt suprà quęstione secunda.

Ad Romanos secundo: Non enim auditores legis iusti sunt apud devm, sed factores legis iustificabuntur.

Et capite decimo tertio: Nemini quicquā debeatis: nisì, vt inuicèm diligatis. qui eīm diligit proximū, legē impleuit. Nā, Nō adulterabis, non occídes, nō furaberis, nō falsum testimoniū dices, nō cōcupisces, & si quod est aliud mandatū, in hoc verbo instaurat, diliges proximū tuū sicut teipsum. dilectio ꝓximi malū nō operatur. Plenitudo ergò legis est dilectio.

Item capite septimo: Quid ergò dicemus? lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisì per legem. nam con-

cupiscentiam nesciebam, nisì lex diceret, Non concupisces, &c. Itaque lex quidem sancta, & mādatum sanctum, & iustum, & bonum, &c.

Ad Galatas quinto: Vos in libertatem vocati estis fratres: tantùm nè libertatem in occasionē detis carnis, sed per charitatem seruite inuicèm. Oīs enim lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Iacobi secundo: Si tamen legem perficitis regalem secūdùm scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi trāsgressores. Quicunque autem totam legem seruauerit, offendit autem in vno, factus est omnium reus. Qui eīm dixit, Non mœchaberis: dixit &, Non occídes. quòd si non mœchaberis, occides autem: factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari.

Et capite primo: Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.

Et capite quarto: Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrē suum: detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legē, non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere et liberare.

Prioris ad Timotheum primo: Finis autem præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. A quibus quidam aberrātes, conuersi sunt in vaniloquiūm, volentes esse legis doctores, intelligentes neque quæ loquūtur, neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur.

Levitici vigesimo sexto: Non facietis vobis idólum et sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

netis in terra vestra, vt adoretis eum.

DEVTERONOMII quinto: Non loquéris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillã, non bouem, non asinum, et vniuersa quæ illius sunt.

PATRES.

Præcepta euangelica.

CONCILIVM Tridentinum sessione sexta, canone decimonono: Si quis dixerit nihil præceptum esse in Euangelio præter fidẽ, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera: aut decem p̃cepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.

Mandata Dei & Ecclesiæ Christianis obseruanda.

ET canone vigesimo: Si quis hominem iustificatum, & quãtumlibèt perfectum, dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantùm ad credendum: quasi verò Euangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ ęternę sine conditione obseruationis mandatorum, anathema sit.

Christus legislator.

ITEM canone vigesimoprimo: Si quis dixerit CHRISTVM IESVM à Deo hominibus datum fuisse vt redemptorem cui fidãt, non etiàm vt legislatorem, cui obediant: anathema sit.

VI

Quid sibi vult hoc exordium, Ego sum Dominus Deus tuus?

Deut. 6. a d 4. d 10. d Malach. 1. b d Hier 32. c Psal. 46. a

A. Decalogum exorditur Deus à notitia suî, & ab insinuatione Maiestatis suæ, vt cognitum Legislatorem magìs reuereamur, eiusque propositis mandatis maior apud omnes authoritas constet.

a Mat. 5. c 19. c 28. d Heb. 5. c Psal. 118. a c 1. Ioan. 3. d Aug. quæst. 140 super Exodum.

Nempe tam seriò nobiscum agitur, vt si vnquàm [a] salui esse velimꝰ, hîc velut in clarissimo speculo, diuinæ maiestatis voluntatem, omnemque rectè viuendi rationem certò contẽplemur, agnitamq; le-

legem illam sanctissimam, [b] adiuuante CHRISTI spiritu, accuratè seruemus.

b Rom. 8. c Ioan. 1. c. Philip. 4. c

B. Nec enim præcipit solùm, sed [c] benedictionẽ quoquè promittit & opem tribuit noster Legislator. [d] *Spiritum meum*, inquit, *ponam in medio vestrî, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini.*

c Psal. 81. b Deut. 28. a b

d Ezech. 36. f & 11. d

C. Quarè cùm CHRISTVS etiàm præcepisset, *Tollite iugum meum super vos*, nè quis causaretur difficultatem, adiecit: *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue*, ijs videlicet, qui gratię spiritu imbuti, in charitate non ficta ambulant.

Mat. 11. d 1. Ioan 5. a Con. Tri. sess. 6. ca. 11. & can. 18. Chrysost. lib. 1. de Cõpunc. cordis. Basil. quæst. 176. in regulis breuioribus. Aug. de nat. & gra. cap. 41. & 69. Item ser. 61. & 191. de tẽp. Hiero in symb. ad Dama.

SCRIPTVRAE.

DEVTERONOMII sexto: Hæc sunt præcepta & cęremonię atque iudicia, quæ mandauit DOMINVS DEVS vester vt docerem vos, & faciatis ea in terra ad quam trãsgredimini possidendam, vt timeas DOMINVM DEVM tuum, & custodias omnia mãdata & p̃cepta eius, quæ ego præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebꝰ vitæ tuæ, vt prolongentur dies tui. Audi Israël, & obserua, vt facias quæ præcepit tibi DOMINVS, & bene sit tibi, & multipliceris ampliùs, sicut pollicitus est DOMINVS DEVS patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. Audi Israel, DOMINVS DEVS noster, DEVS vnus est, &c. Et in fine capitis: Præcepitq; nobis DOMINꝰ, vt faciamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

oñia legitima hęc, et timeamus Dominum Deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie. Eritq; nostrî misericors, si custodierimus & fecerimus oñia præcepta eius coram Domino Deo nostro, sicut mandauit nobis.

Et capite quarto: Caue nè quandò obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi sculptam similitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit, quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator. Ibid. Scito ergò hodiè, & cogitato in corde tuo, quòd dñs ipse est Deus in cælo sursùm, & in terra deorsùm, & non sit alius. Custodi pręcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi: vt bene sit tibi, & filijs tuis post te, & permaneas multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.

Item capite decimo: Circuncidite igitur præputiũ cordis vestri, & ceruicem vestrã nè induretis ampliùs, quia dñs Deus vester ipse est Deus Deorum, & Dominus Dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo & viduę, amat peregrinum, et dat ei victum atq; vestitum. et vos ergò amate pegrinos, quia et ipsi fuistis aduenę in terra Aegypti. dñm Deũ tuum timebis, et ei seruies: ipsi adhęrebis, iurabisq; in nomine illius. Ipse est laus tua, et Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia et terribilia, quæ viderunt oculi tui.

Malachiae primo: Magnificetur Dominus super terminũ Israël. Filius honorat Patrem, et seruus dñm suum: si ergò pater ego sum, vbi est honor meus? et si Dominus ego sum, vbi est timor meũs? dicit Dominus exercituum. Et in fine: Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, et nomen meum horribile in gentibus.

Hieremiae trigesimosecundo: Non erit tibi difficile omne

oñe verbũ. Qui facis misericordiã in millibus & reddis iniqtatem patrũ in sinum filiorũ eorum post eos: Fortissime, magne, & potens, Dominus exercituũ nomen tibi. Magnus cõsilio, & incompręhensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super oẽs vias filiorũ Adam, vt reddas vnicuiq; secundùm vias suas, et secundùm fructum adinuentionum eius.

Psalmo quadragemosexto: Quoniam Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnem terram.

Matthaei quinto: Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas. Nõ veni soluere, sed adimplere. Amẽ quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnũ, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergò soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cęlorum. Qui aũt fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Dico eñ vobis, quia nisi abũdauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cęlorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides. qui aũt occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia oñis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo, Raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue: reus erit gehẽnæ ignis. Si ergò offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, qui frater tuus habet aliquid aduersùm te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum. Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Dictũ est: Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellũ repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit &c. Iterùm audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis: reddes autem do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mino iuramenta tua. Ego autē dico vobis, non iurare omninò, neq; per cælum, quia etc Audistis quia dictum est, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prębe illi & alteram: & ei qui vult tecum iudicio cōtendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliū. Audistis quia dictum est, Diliges proximū tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autē dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cęlis est, qui solē suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si em̄ diligitis eos qui vos diligunt, quā mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fratres vestros tātùm, quid amplius facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? Estote ergò vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.

MATTHAEI decimonono: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

ET capite vigesimooctauo: EUNTES ergò docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis.

AD Hebræos quinto: Et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.

PSALMO centesimo decimooctauo: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege DOMINI. Tu mandâsti, mandata tua custodiri nimìs. Maledicti qui declinant à mandatis tuis.

PRIMAE Ioannis tertio: Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius IESV CHRISTI, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, et ipse in eo. Et in hoc scimus quoniā manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis.

AD

AD Romanos octauo: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

IOANNIS primo capite: DE plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est.

AD Philippenses quarto: Omnia possum in eo qui me confortat.

PSALMO octogesimo tertio: Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem.

DEVTERONOMII vigesimooctauo: Si audieris vocē DOMINI Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodiè, faciet te DOMINUS DEUS tuus excelsiorem cunctis gētibus quæ versantur in terra. Venientq; super te vniuersæ benedictiones istę, & appræhendent te: si tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus vētris tui, & fructus terrę tuæ, fructusq; iumentorum tuorum, greges armentorū tuorū, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. DABIT DOMINUS inimicos tuos qui consurgunt aduersùm te, corruentes in conspectu tuo: per vnā viam venient contra te, et per septem fugient à facie tua. Emittet DNS benedictionem super cellaria tua, et super omnia opera manuum tuarū: benedicetq; tibi in terra quam acceperis. Suscitabit te DOMINUS sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi, si custodieris mandata DOMINI DEI tui, et ambulaueris in vijs eius. Videbuntq; ōmes terrarum populi, quòd nomen DNI inuocatum sit super te, et timebunt te. Abundare te faciet DNS omnibus bonis, fructu vteri tui, et fructu iumētorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam iurauit DOMINUS PATRIBUS tuis, vt daret tibi. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt tribuat

Universidad de Deusto
Biblioteca

buat pluuiam terræ tuæ in tempore suo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum, et fœnerabis gentibus multis, et ipse à nullo fœnus accipies. Constituet te Dominus in caput, et non in caudam, et eris semper supra, et non subter: si tamen audieris mandata DOMINI DEI tui, quæ ego præcipio tibi hodiè, et custodieris et feceris, ac nō declinaueris ab eis, nec ad dextram, nec ad sinistram, nec secutus fueris DEOS alienos, neque colueris eos.

EZECHIELIS trigesimosexto: Dabo vobis cor nouū, et Spiritū nouū ponā in medio vestri, et auferā cor lapideū de carne vestra, et dabo vobis cor carneū. Et spiritū meū ponā in medio vestrī &c. vt ī textu. ET habitabitis in terra quā dedi patribus vestris: & eritis mihi in populū, & ego ero vobis in Deū. Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri: vt non portetis vltrà opprobrium famis in Gentibus.

ET capite vndecimo. Dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea: et sint mihi in populum, et ego sim eis in Deum.

MATTHAEI vndecimo: Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, et discite à me quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, et onus meum leue.

PRIMAE Ioannis quinto: In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos DEI, cùm DEUM diligamus, et mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: et mandata eius grauia non sunt.

PA-

PATRES.

1. A. AVGVSTINVS quæstione centesima quadragesima super Exodum: Cùm tam multa locutus sit Deus, duæ tantùm tabulæ dantur Moysi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ testimonij futurę in arca. Nimirùm omnia cætera quæ præcepit Deus, ex illis decem præceptis, quæ duabus tabulis conscripta sunt, pendere intelliguntur, si diligenter quærantur & bene intelligantur: quomodò hæc ipsa rursùs decem præcepta, ex duobus illis, dilectione scilicet Dei & proximi, in quibus tota lex pendet & prophetæ. — Ex decalogo pendent ofa Dei præcepta. Matth. 22.

1. C. CONCILIVM Tridentinum sessione sexta, capite vndecimo: Nemo autem, quantumuis iustificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa & à patribus sub anathemate prohibita voce vtì, DEI præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia: nam DEVS impossibilia non iubet, sed iubēdo monet & facere quod possis, & petere quod non possis: & adiuuat, vt possis. Cuius mandata grauia non sunt, cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum, vt ipse testatur, seruant sermones eius. Quod vtiquè cum diuino auxilio præstare possunt. licèt enim in hac mortali vita quātumuis sancti & iusti in leuia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicūtur, peccata quandoquè cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa vox est & humilis & verax: Dimitte nobis debita nostra. quo fit, vt iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debeant, quo liberati iam à peccato, serui autem facti Deo, sobriè, iustè, & piè viuētes, proficere possunt per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus nanque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis priùs deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se heredem esse constitutum, hæreditatemq; consecuturum, etiamsi Christo non compatiatur, vt & conglorificetur. nam & Christus ipse, vt inqt Apostolus, cùm esset filius Dei, didicit ex ijs quæ passus est, obedientiam: & cō summatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternę. Propterea Apostolus ipse monet iustificatos, dicēs: Nescitis quòd ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currite, vt comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertū: sic pugno, non quasi aërem verberās: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: nè fortè cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus:

Iustificati adstringitur ad obseruationem præceptorum. Dei mandata non impossibilia. 1. Ioan. 5. Matth. 11. Ioan. 14. Peccata venialia iustitiā nō tollunt. Matth. 6. Luc. 11. Rom. 6. Tit. 2. Deus neminē prior deserit. Rom. 8. Hebr. 5. 1. Cor. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Petr. 1. Iustus nõ peccat in quocũque opere.

Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hęc enim facientes, non peccabitis aliquandò. Vndè constat, eos orthodoxę religionis doctrinę aduersari qui dicunt, iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qui statuũt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiã excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, vt inprimis glorificetur Deus, mercedem quoq; intuentur ęternam: cùm scriptum sit: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. & de Moyse dicat Apostolus, quòd respiciebat in remunerationem.

Mercedẽ etiã intueri operãtes possunt Psalm. 118. Hebr. 11.

Dei mandata non impossibilia.

2. ITEM canone decimooctauo: Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam iustificato & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit.

Facilia sunt Dei præcepta Matth 11.

3. CHRYSOSTOMVS in libro primo de Compũctione cordis: Reuerà ipse pronunciauit de præceptis suis, quòd nihil in eis laboriosum sit & nihil onerosum, dicens: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Et nos econtrà grauia efficimus, quę ille leuia constituit: & quæ ille suauia posuit, nos facimus amara peccando. Quòd si laboriosum aliquid esset in præceptis, decenter & meritò virtutem labor comitaretur: præmia enim proposita sunt post laborem. Nunc verò infelix anima ne hanc quidem reuerẽtiam diuinis legibus dabit, vt sileat & quiescat, nè ad prævaricationem laborando perueniat, quãuis sint aliqua in quibus paululum laboris est adhibendum, in his duntaxàt, in quibus Paulus dicit: Nam quod in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostræ, supra modum immensum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Videę ergò etiam quidquid in præsenti est, leue esse, etiam si tribulatio sit. Quo modo leue? Quia immensum pondus futuræ gloriæ leuem facit præsentis temporis tribulationem, etiam si sensibus nostris grauius videatur. Deniq; & ipse causas in consequentibus exponit, vt omne id duci leue debeat, quicquid passio præsentis temporis intulerit. Ait enim: Non respicientibus nobis quę videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quę autem nõ videntur, æterna sunt.

2. Cor. 4.

Matth. 5. Deus, qa bonus & iustus, impossibilia non iubet.

4. BASILIVS in regulis breuioribus, siue concisiùs disputatis, interrogatione centesima septuagesimasexta, agẽs de inimicorum dilectione: Sine dubio (inquit) non præcepisset hoc qui bonus ac iustus est, nisi etiam facultatem qua id faceremus, fuisset largitus.

5. AVGV-

5. AVGVSTINVS in libro de natura & gratia, capite quadragesimotertio: Non igitur Deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet & facere quod possis, & petere quod non possis. Nota.

Quia bonus & iustus est, impossibilia præcipere nõ potuit Deus.

6. ET capite sexagesimonono: Valdè bona sunt præcepta, si legitimè his vtamur. Eo quippe ipso quo firmissimè creditur, Deum iustum & bonum impossibilia non potuisse præcipere, hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid peramus. Omnia quippe fiũt facilia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina ipsa quę leuis est: secundùm hoc dictum est, Et præcepta eius grauia non sunt: vt cui grauia sunt, consideret nõ potuisse diuinitùs dici, grauia non sunt, nisi quia potest esse cordis affectus, cui grauia nõ sunt, & petat quo destituitur, & impleat quod iubetur: Et quod dicitur ad Israel in Deuteronomio, si piè, si sanctè, si spiritaliter intelligatur, hoc idem significat, quia vtiquè cùm hoc testimonium commemorâsset Apostolus, Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo: quod hic habet, in manibus tuis: In corde enim sunt spiritales manus: Hoc est, inquit, verbum fidei quod prędicamus. Conuersus ergò quisque, sicut præcipitur, ad Dominum Deũ suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, mandatum Dei nõ habebit graue. Quomodò est enim graue, cùm sit dilectionis mandatum? Aut enim quisque non diligit, & ideò graue est: aut diligit, & graue esse non potest.

Omnia facilia charitati. Matth. 11. 1. Ioan. 5.

Deut. 30.

Rom. 10.

7. IDEM Augustinus sermone sexagesimoprimo de tempore: Sed dicit aliqs: Nulla ratione possum inimicos meos diligere. In omnibus scripturis Deus tibi dicit, quia potes. Tu econtrariò respondes, non posse. Considera nunc, vtrùm tibi, an Deo debeat credi. Et ideò quia veritas mentiri non potest, iam vanas excusationes suas relinquat humana fragilitas: quia nec impossibile aliquid potuit imperare, qui iustus est: nec damnaturus est hominem pro eo, quod non potuit vitare, qui pius est.

Iustitiæ & pietati diuinæ repugnat, dicere, Impossibilia nobis præcepta esse.

8. ITEM sermone centesimo nonagesimoprimo de tempore: Est autem patrum nostrorum fides hęc: Credimus in Deum Patrem omnipotentem, &c. Execramur etiam blasphemiam eorum, qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo esse præceptum, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in commune posse seruari.

Blasphemia est execrabilis.

9. HIERONYMVS in explanatione Symboli ad Damasum: Execramur etiam eorum blasphemiam, &c. vt Augustinus. Iterùm.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VII

Quid complectitur in se primum præceptum?

Deu 12.a 4 b e 18. b 1 Reg. 28.a Psalm. 113 b c Leuit. 19. f 20.a c Ecclesiastici 34.a

A. Prohibet ac damnat idololatriam, obseruationes superstitiosas, vsum etiam artis magicæ vel diuinatoriæ.

B. Docet etiam atque exigit, vt nullam prorsus [a]creaturam, quantunuis excellentem, pro Deo habeamus, sed solum vnum verum, ęternū, immensumque Deum credamus & confiteamur, eiq; vni sacrificium & singularem summumq; [b]cultum, quem Gręci λατρειαν appellant, exhibeamus.

a Aug. lib. 10. de ciuit. Dei cap. 1 & epist. 49. ad Deogratias, quæst. 3.

b Aug. 10. de ciui. Dei ca. 1. & 4 Cõtra Faustũ lib. 15. ca. 9. & lib. 20 c. 21

Ioã. 4 c Rom 10.c 1. Ioan. 4 b c Mat. 4 b Luc. 4 b Esaiæ 43.a b 1. Timoth. 6.c Rõ. 9.b Psal. 83.d

C. Hoc fit, vt super omnia colamus, inuocemus, adoremus summum illud ęternūque bonum, Optimum Maximum Creatorem, Redemptorem, Saluatorem, vnum & immortalẽ Deum, qui est super omnia benedictus, omnis gratiæ & glorię largitorem.

SCRIPTVRAE.

Deuteronomii duodecimo: Subuertite oĩa loca, in quibus coluerunt oẽs gentes, quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos & colles, & subter omne lignū frondosum. Dissipate aras earũ, & confringite statuas, lucos igne cõburite, et idola cõminuite: dispdite noĩa earũ de locis illis.

Et capite quarto: Locutusq; est dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam penitùs nõ vidistis. Custodite igitur solicitè animas vestras. Non vidistis aliquam

aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dñs in Horeb de medio ignis: nè fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinẽ, aut imaginem masculi vel fœminæ, similitudinem omnium iumentorum quæ sunt super terrã, vel auium sub cælo volantium, atq; reptiliũ q̃ mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis: nè fortè eleuatis oculis ad cælum, videas solem & lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dñs Deus tuus in ministerium cunctis gentibus q̃ sub cælo sunt.

Item capite decimooctauo: Q̃n ingressus fueris terram, quã Dñs Deus tuus dabit tibi, caue nè imitari velis abominationes illarum gentiũ. Nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos scisciteur, & obseruet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neq; qui pythones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dñs, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo Perfectus eris & absq; macula cum Dño Deo tuo. Gentes istæ quarũ possidebis terram, augures & diuinos audiũt: tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es.

Primi Regum decimooctauo: Saul abstulit magos & ariolos de terra: & interfecit eos, q pythões habebãt in vẽtre.

Psalmo centesimo decimotertio: Simulacra gentium argentum & aurũ, opa manuũ hoĩm. Os habent & non loquentur: oculos habent & nõ videbunt. Aures habẽt & non audiẽt: nares habẽt & nõ odorabunt. Manus habent & non palpabũt: pedes habẽt & nõ ambulabũt: nõ clamabũt in gutture suo. Similes illis fiãt q̃ faciũt ea, & oẽs q cõfidunt in eis.

Leuitici decimonono: Nõ augurabimini, nec obseruabitis somnia. Nõ declinetis ad magos, nec ab ariolis aliqd scisciteminì, vt polluamini per eos. ego Dñs Deus vester.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et capite vigesimo: Anima q̃ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponã faciẽ meã cõtra eã, vt interficiã eam de medio populi sui. Et in fine capitis: Vir siue mulier, in q̃bus pythõicus vel diuinatiõis fuerit spirit⁹, morte morianť: lapidibus obruẽt eos: sanguis eorũ sit sup illos.

Ecclesiastici trigesimoquarto: Ab immũdo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur? Diuinatio erroris & auguria mẽdacia, & somnia malefacientiũ, vanitas est,

Ioannis quarto: Venit hora et nũc est, q̃n veri adoratores adorabũt Patrẽ in spiritu et veritate. Nam et Pater tales q̃rit, qui adorent eũ. Spiritus est Deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.

Ad Romanos decimo: Dicit eñ scriptura, Omnis qui credit in illum, nõ confundeť. Nũ eñ est distinctio Iudęi & Greci: nã idem dñs oĩm, diues in oẽs qui inuocãt illũ. Oñis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Primae Ioannis quarto: Oĩs qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit deum. Qui non diligit, non nouit deum: q̃n deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, q̃n filium suum vnigenitum misit deus in mundũ, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: nõ quasi nos dilexerimns deum, sed q̃n ipse prior dilexit nos, et misit filium suum propitiationẽ pro peccatis nostris. In hoc cognoscimus, q̃n in eo manem⁹ et ipse in nobis, q̃n de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidim⁹ et testificamur, q̃n Pater misit filiũ suum Saluatorem mũdi.

Matthaei quarto: Tunc dicit ei IESVS: Vade Satana: scriptũ est enim, dñm deum tuũ adorabis, et illi soli seruies.

Lucae quarto: Respondens IESVS, dixit illi: Scriptum est, dominum deum tuum adorabis, et illi soli seruies.

Esaiae quadragesimotertio: Et nunc hæc dicit dñs creans te Iacob, et formãs te Israel. Noli timere, quia redemi te, &

et vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cùm transieris p aquas, tecum ero, et flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non comburéris, et flamma non ardebit in te. Quia ego dominus Deus tuus sanctus Israel Saluator tuus. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Ego sum, ego sum dominus, & non est absq; me Saluator. Ego annunciaui, & saluaui. Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud?

Prioris ad Timotheum sexto: Præcipio tibi corã Deo qui viuificat omnia, & Christo Iesv qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem: vt serues mãdatum sine macula, irrepræhensibile vsq; in aduentum dñi nostri Iesv Christi: quem suis temporibus ostẽdet beatus & solus potens, Rex regum & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominũ vidit, sed nec videre potest, cui honor & imperium sempiternum, Amen.

Ad Romanos nono: Ex quibus est Christvs secundũ carnem, qui est super oñia Deus benedictus in secula. Amẽ.

Psalmo octogesimotertio: Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiã & gloriam dabit Dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Dñe virtutum, beatus homo qui sperat in te.

PATRES.

1. B. AVGVSTINVS libro decimo de ciuitate Dei, capite primo: Quæ λατρεία Græcè nuncupatur, & Latinè interpretatur seruitus: sed ea qua colimus Deum, vel quæ θρησκεία Græcè, Latinè autem Religio dicitur: sed ea q̃ nobis est erga Deum, vel quã illi θεοσεβίαν, nos verò non vno verbo exprimere, sed Dei cultum possumus appellare: hanc ei tantùm Deo deberi dicimus, qui verus est Deus, facitq; suos cultores Deos. Quicunque igitur sunt in cælestibus habitationibus immortales & beati, si nos non amãt, nec beatos esse nos volunt, colẽdi vtiq; non sunt. Si autem amant, & beatos volunt, p-

Latriæ cultus soli Deo debetur.

fectò

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectò indè volunt, vndè & ipſi ſunt: an aliundè ipſi beati, aliũdè nos?

2. ET epiſtola quadrageſima nona ad Deogratias, q̃ſtione tertia: Neq; illinc excuſant impij ſua ſacrilega ſacra & ſimũlacra, quòd eleganter interpretãtur quid q̃q; ſignificent. Omnis quippe illa interpretatio ad creaturã refertur, nõ ad creatorẽ, cui vni debetur ſeruitus religiõis illa, q̃ vno noſe Latria Græcè appellatur. Nec nos dicimus terrã, maria, cælum, ſolẽ, lunam, ſtellas, & quaſdã non in ꝓmptu ſitas cæleſtes poteſtates, eſſe dæmonia: ſed cùm omnis creatura partìm corporalis ſit, partìm verò incorporalis, quã etiã ſpiritalem vocamus, manifeſtũ eſt, id quod à nobis piè ac religioſè fit, à volũtate animi ꝓficiſci, q̃ creatura ſpiritalis eſt, & omni corporali ꝓponenda. Vndè colligitur, corporali creaturæ nõ eſſe ſacrificandũ. Reſtat ſpiritalis, q̃ vel pia, vel impia eſt. Pia ſcilicet in hominibus & angelis iuſtis & Deo ritè ſeruiẽtibus: Impia verò in hominibus & angelis iniquis, quos etiã dæmões dicimus. Ac ꝓ hoc nec ſpiritali, quãuis iuſtæ, creaturæ ſacrificandum eſt. Quoniã quãto magis pia eſt & ſubdita Deo, tanto minùs ſe tali honore dignatur, quem ſcit nõ deberi nisi Deo. Quanto ergò pernicioſius eſt ſacrificare dæmonijs?

Latria.

Corporali creaturæ nõ ſacrificandũ.

Nec ſpiritali.

3. IDEM libro decimo de ciuitate Dei, capite primo: Nunc videndum ac differendũ eſt, quantũ Deus donat, immortales ac beati in cæleſtibus ſedibus, dñatiõibus, principatibus, poteſtatibus cõſtituti, quos iſti deos, & ex q̃bus quoſdã vel bonos dæmões, vel nobiſcũ angelos nominãt, quõ credẽdi ſint velle à nobis religionẽ pietatẽq; ſeruari, hoc eſt, vt apertiùs dicã, vtrũ etiã ſibi, an tantũ Deo ſuo, qui etiã noſter eſt, placeat eis vt ſacra faciamus, & ſacrificemus, vel aliq̃ noſtra ſeu noſipſos religiõis ritibus cõſecremus. Hic eſt enim diuinitati, vel ſi expreſsiùs dicendũ eſt, deitati debitus cultus, ꝓpter quẽ vno verbo ſignificandũ, qm̃ ſatis mihi idoneũ non occurrit Latinũ, Græco, vbi neceſsè eſt, inſinuo, qd velim dicere. Latriã q̃ppe noſtri, vbicunq; ſanctarũ ſcripturarũ poſitũ eſt, interpretati ſunt ſeruitutẽ. Sed ea ſeruitus, q̃ debetur hominibus, ſecundũ quã ꝑcipit Apoſtol⁹, ſeruos dñis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Græcè nũcupari ſolet. Latria verò, ſecundũ cõſuetudinẽ qua locuti ſunt, q̃ nobis diuina eloq̃a condiderũt, aut ſemp, aut tam frequẽter vt penè ſemp, ea dicitur ſeruitus q̃ ꝓtinet ad colendũ Deũ. Proindè ſi tantũmodò cultus ipſe dicatur, nõ ſoli Deo deberi videtur. Dicimur enim etiã colere hoẽs, q̃s honorifica vel recordatiõe vel ꝑſentia frequẽtam⁹. Nec ſolũ ea, q̃bus nos religioſa humilitate ſubijcim⁹, ſed quædã etiã q̃ ſubiecta ſunt nobis, coli phibẽtur. Nã ex hoc verbo agricolæ, & coloni,

Latino noſe deſtituimur ad cultũ ſoli Deo debitum ſignificandũ.

Seruitus. Ephe. 6. Dulia.

Cultus.

loni, & incolæ vocãtur. Ac ꝓ hoc cultũ quidẽ nõ deberi nisi Deo, ꝓpria quadã notiõe verbi huius veriſsimum eſt. Sed quia & aliarũ rerũ dicitur cultus, ideò Latinè vno verbo ſignificari cultus Deo debitus non poteſt. Nam & ipſa religio, quanuis diſtinctiùs nõ quemlibet, ſed Dei cultum ſignificare videatur: vndè iſto nomine interpretati ſunt noſtri eam, quæ Græcè θρησκία dicitur: tamen quia Latina loquẽdi conſuetudine, non ſolùm imperitorum, verùm etiàm doctiſsimorum & cognationibus humanis atque affinitatibus, & q̃buſq; neceſsitudinibus dicitur exhibenda religio: non eo vocabulo vitatur ambiguum, cùm de cultu deitatis vertitur quæſtio: vt fidenter dicere valeamus, religionem non eſſe nisi Dei cultum: quoniam videtur hoc verbum à ſignificando obſeruantia propinquitatis humanæ inſolenter auferri. Pietas quoquè propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci εὐσέβειαν vocant. Hæc tamen & erga parentes officiosè haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiàm in operibus miſericordiæ frequẽtatur: quod ideò arbitror eueniſſe, quia hęc fieri præcipuè Deus mandat, eaq; ſibi vel pro ſacrificijs, vel præ ſacrificijs placere teſtatur. Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt, vt & Deus ipſe dicatur pius: quem ſanè Græci nullo ſuo ſermonis vſu εὐσεβῆ vocant, quanuis εὐσέβειαν pro miſericordia illorum etiàm vulgus vſurpet. Vndè in quibuſdam ſcripturarũ locis, vt diſtinctio certior appareret, non εὐσέβειαν, quod ex bono cultu, ſed θεοσέβειαν, quod ex Dei cultu compoſitum reſonat, dicere maluerũt. Vtrumlibet aũt horum, nos vno verbo enunciare non poſſumus. Quæ itaque λατρεία Græcè nuncupatur, &c. vt paulò antè in hac quæſtione.

Religio.

Pietas.

4. ITEM capite quarto eiuſdẽ libri decimi: Huic (vni Deo Deorũ) nos ſeruitutem, quæ latria Græcè dicitur, ſiue in quibuſq; ſacramẽtis, ſiue in nobiſipſis debemus. Huius enim templũ ſimul oẽs & ſinguli tẽpla ſumus, quia & oĩm concordiã & ſingulos inhabitare dignatur: non in omnibus q̃ in ſingulis maior, quoniã nec mole diſtẽditur, nec partitione minuitur. Cùm ad illũ ſursùm eſt, eius eſt altare cor noſtrum: eius vnigenito cum ſacerdote placamur: ei cruentas victimas cędimus, quando vſq; ad ſanguinẽ pro eius veritate certamus: & ſuauiſsimũ adolemus incẽſum, cũ in eius cõſpectu pio ſanctoq; amore flagramus: ei dona eius in nobis, nosq; ipſos vouemus, & reddimus: ei beneficiorũ eius ſolẽnitatibus feſtis & diebus ſtatutis dicamus ſacramusq; memoriam, nè volumine tẽporum ingrata ſubrepat obliuio: ei ſacrificamus hoſtiã humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidę charitatis. Ad hũc videndũ ſicut videri poterit, eiq;

Latria.

Dies feſti cur inſtituti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiq; cohęrendũ, ab omni peccatorũ & cupiditatũ malarũ labe mũdamur, & eius nomine cõsecramur. Ipse enim fons nostrę beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hũc eligẽtes, vel potiùs religentes, amiseramus enim negligentes: hunc ergò religentes, vndè & religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, vt perueniẽdo quiescamus: ideò beati, quia illo fine perfecti. Bonum enim nostrum, de cuius fine inter Philosophos magna contẽtio est, nullũ est aliud, q̃ illi cohęrere, cuius vnius anima intellectualis in corporeo, si dici potest, amplexu, veris impletur fœcundaturq; virtutib⁹. Hoc enim bonum diligere in toto corde, in tota anima, & in tota virtute p̃cipimur. Ad hoc bonũ debemus & à qbus diligimur, duci: & quos diligimus, ducere. Sic cõplentur duo illa p̃cepta, in quibus tota lex
Matt. 22. pẽdet & prophetę: Diliges Dñm Deũ tuũ in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mẽte tua: & diliges proximum tuum tanquã teipsum. Vt enim homo sese diligere nõsset, constitutus est ei finis, quò referret omnia, quæ ageret vt beatus esset. Non enim qui se diligit, aliud esse vult quàm beatus. Hic autem finis est, adhęrere Deo. Iam igitur scienti diligere seipsum, cùm mandatur de proximo diligendo sicut seipsum, quid aliud mandatur, nisi vt ei quantùm po-
Dei cultus. test, cõmendet diligendum Deum? Hic est Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tãtùm Deo debita seruitus. Quæcunq; igitur immortalis potestas quantalibet virtute prædita, si nos diligit sicut seipsam, ei vult esse subditos, vt beati simus, cui & ipsa subdita beata est. Si ergò nõ colit Deum, misera est, quia Deo priuatur: si aũt colit Deum, non vult se coli pro Deo. Illi enim potiùs diuinæ sentẽ-
Exod. 22. tię suffragatur, & dilectionis viribus fauet, qua scriptum est: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Domino soli. Nam vt alia nunc taceam, q̃ pertinẽt ad religionis obsequiũ, quo colitur Deus, sacrificiũ certè
Sacrificium soli Deo debetur. nullus hominum est, qui audeat dicere deberi, nisi Dño soli. Multa deniq; de cultu diuino vsurpata sunt, quæ honoribus deferũtur humanis: siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ità tamen, vt quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi: si autem eis multum additur, & adorandi. Quis verò sacrificandũ censuit, nisi ei, quem Deũ aut sciuit, aut putauit, aut finxit? Quàm porrò antiquus sit in sacrificando Dei cultus, duo illi fratres Cain & Abel satis indicant, quorum maioris Deus reprobauit
Gen. 4. sacrificium, minoris aspexit.

5. IDEM Augustinus libro decimoquinto contra Faustum Manichęum, capite nono: Adonai, verbum Hebręum est, & interpretatur

tur Dominus, eo modo quo solus Deus dicitur Dominus: sicut latria, quod verbum Græcum est, & interpretatur seruitus, non quæ- Latria.
cunque, sed illa, qua tantummodò Deo seruitur.

6. ET libro vigesimo contra eundem, capite vigesimoprimo: Populus Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur: ità tamẽ, vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quanuis in memorias martyrũ, constituamus altaria. Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquandò dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit: vt ex ipsorũ locorum admonitione maior affectus exurgat, ad acuendam charitatem & in illos quos imitari possumus, & in illum quo adiuuante possumus. Colimus ergò martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorũ cor ad talem pro Euangelica veritate passionem paratum esse sentimus. At illo cultu, quæ Græcè latria dicitur, Latinè vno verbo dici non potest, cùm sit quędam propriè diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Cùm autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, vndè idololatria dicitur eorũ, qui hoc etiàm idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam angelo. & quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam, siue vt corrigatur, siue vt caueatur. Ipsi enim sancti vel homines vel angeli exhiberi sibi nolunt, quod vni DEO deberi nôrũt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cùm commoti miraculis quę per eos facta sunt, Lycaonij tanquàm dijs immolari voluerunt: cõscissis enim vestimentis suis, confitentes & persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri vetuerunt. Apparuit & in angelis, sicut Apo. 19 & 22.
in Apocalypsi angelum se adorare prohibentem ac dicentem adoratori suo, Conseruus tuus sum & fratrum tuorũ. Ista sibi planè superbi spiritus exigunt, diabolus & angeli eius, sicut per omnia templa & sacra gẽtilium. Et post pauca: Longè minoris peccati est el-
riũ *derideri à martyribus, quàm vel ieiunum sacrificare martyribus. Sacrificare martyribus dixi, non dixi sacrificare DEO in memorijs martyrum: quod frequentissimè facimus illo duntaxàt ritu, quo sibi sacrificari noui testamenti manifestatione præcepit: quod pertinet ad illum cultum, qui latria dicitur, & vni Deo debetur.

Solli Deo constituuntur altaria, quanuis in memorias martyrum.

Sanctis non offeruntur sacrificia.

Martyres & Sancti quomodò colantur.

Latria, diuinitati debita seruitus.

Nulli creaturæ sacrificatur.

Dæmones expetunt sacrificia.

aliàs, redire

Deo in memorijs Martyrũ sacrificatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIII

Quomodò præter Deum sanctos colimus & inuocamus?

A De sanctis, hoc est, sanctificatis & in Christo renatis oñibus hoc loco nõ agimus, sicut [a] Paulus hoc nomẽ ad Christianos oẽs crebrò refert: sed eos intelligimus, qui vera suę sanctitatis [b] in cælo præmia sunt consecuti. De quibus idem Paulus testatur, quòd [c] *per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, & adepti repromissiones.*

a Rom. 1. a
2. Cor. 1. a
Philip 4. d
Colos 1. a
Philem. b

b Apoc. 7. c d

c Heb. 11. f

B. Ac hi verè quidem sancti & immaculati, sine macula & ruga, hæc præstantiora Ecclesiæ mẽbra, & electa ꝓrsùs organa diuini spiritus, in q̃ peccatũ ac malũ iam nullũ cadere potest. Qui sancti partìm ex Angelica, partìm ex humana natura cõstãt, creaturæ quidẽ illæ oĩm nobilissimæ ac beatissimæ, q̃bus datũ est, vt summis & æternis in cęlo bonis afluãt, & cũ [d] Christo dño semp coniũctissimè viuãt.

Ephe. 5. f
Apoc. 5. c. 7. c
d 21. a g 22. a
Ephe 4. f
1. Cor. 6. d

d Philip. 1. c
2. Cor 5. a b
Grego. 4. moral. c 32.

C. Igitur & illius gratia, quæ apud nos in terris geruntur, possunt [d] intelligere: & quoniam eximia in fratres etiàm absentes charitate flagrant, salutis nostræ cura [f] tanguntur, nobis ꝑpetuò fauẽt & optãt quæq; salutaria, tantoque studiosiùs causam nostrã agũt, quo sunt minùs de seipsis soliciti, quoq; maiorẽ sin-

e Gteg. lib. 12. moral. ca. 13. & l. 4. dial. cap. 33. Au. de cura pro mort. ca. 15. & 16. Orig. contra Celsum lib. 8. 4 Reg 5. g 6. b
1 Cor. 14. e

f Dan. 10. c d Matt. 18. b
Heb. 1. d. Tob. 12. c. Luc. 15. b. Act. 5. d 12. a Apo. 5. b 8. a Cyprian. de mortalit.

sincerę [g] charitatis ac virtutis oĩs, q̃ beatis congruit, perfectionem continenter exercent.

g Hiero. in Vigilant. Berna. in vigil Pet. & Pau. & se 2. de S. Vict.

D. Est igitur cur hæc cæli lumina & Ecclesia firmamenta, simul & ornamenta post Deum maxima [h] veneremur: est cur sanctos hos præ cæteris mortalibus quantumlibet excellẽtibus magni faciamus, prædicemus, imitemur, & amemus plurimùm: est cur eosdem tanta taliq̃ dignitate iam auctos, magnis afficiamus honoribus, pro nostra quidem exiguitate: est deniquè cur eos ipsos pro Christiana pietate compellemus siue [a] inuocemus, non sanè vt per se largiantur, sed vt apud DEVM oĩs boni largitorem nobiscum precentur, sintq̃ vel immerentibus fauentes & efficaces intercessores.

h Damasce. lib. 4 orthod. fid. cap. 16.

a Basil. in 40. mart. & in Mamãt. Nazian. in Cypria. Athan. Basil. Amb de viduis & de side resur. & in ca. 22. Luc. Chryso. hó. 66. ad pop. Ephræm de laudi. martv. Hiero. in epitaph. Pau. Aug. de cura ꝓ mor c. 4. & li. 7 cõt. Donat. ca. 1. Berna. ser. 66. in Cantic. Theod. li 8. græcar. aff. & in Philotheo Prudẽtius in li. Peri stephanõ. 7. Synaction. 6. Vide etiàm suprà in Salut. Angelicã. Gen. 48. c Iob 5. a Gen. 32. f Oseæ 12. a Zach. 1. c Hiere. 15. a

E. Cvivsmodi cultus & inuocatio si rectè fiat, nimirùm vt summus ille [b] cultus & honos summo DEO debitus, quem λατρείαν diximus, integrè constet, nihil sanè habet incommodi, neque cum scriptura [c] pugnat, sed firmis Ecclesiæ testimonijs cõprobatur, multumque affert vtilitatis.

b Aug l. 10. de ciuit. Dei c. 1. & li. 20. contra Faust. c. 21 Itẽ li. 8. de ciuitat. Dei ca. 27.

c Rom 15. g Heb. 11. e Ephe. 6. c Coloss. 4. a 1. Thess. 5 d 2. Thess. 3. a Lu 7. a Iob 42. b. e

F. Qvòd autem hunc in modum sanctos colimus, & cùm Ecclesia inuocamus, adeò Christi Saluatoris & Domini nostri glo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

d Trident. Conc. sessio. 25.

riam [d] non obscurat, vt etiàm magis illustret, amplificet, augeatq;. Hîc enim CHRISTI Redemptoris virtus eximia splendescit ac gloria, quòd is non quidem in se tãtùm, sed in sanctis [e] etiam suis est apparetque potẽs, gloriosus, mirabilis: quòd eosdem [f] honorat ipse, nimisque [g] honorari vult in cælo & in terra: quòd per eos itidẽ, & propter [h] eos multa largit, & parcit sæpè immerentibus. Nec eñ obscurum est, quòd [a] Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, Hieremias, quanquàm defuncti, viuis tamen profuisse legantur.

e Psal. 67. g Ioann 14. b
f Ioan. 12. d Matth. 19. d Luc. 19. c Apoc. 2. g 3. d
g Psalm. 138. d
h Chryso. hõ. 2. in Psal. 50 & hõ. 27. in Mat. & 42. in Gene. Item serm. de virtutib. & vitijs.
a Gene. 26. a c Exod. 32. c 3. Re. 15. a Esa. 37. g 4. Reg. 19. g 2. Machab. 15. b c

G. VNDE Patres cùm de Sanctis loquũtur, [b] suffragatores eos & intercessores patronosque nostros frequenter appellant. Nec immeritò sanè, quòd Sanctorum fida suffragia, cùm humiliter & piè in CHRISTI nomine implorantur, experientia teste, multis opitulentur.

b Amb. de viduis. & in c. 21. Luc. Leo ser. 1. & 2. de Petr. & Pau. Et in sermonib. de anima duersar. Pontif. Paulinus ad Cytherium & de B. Felice. Maximus de Tanrinis martyrib. Basil. in 40. mart. Augu. quæst. 108. in Exo. Euse. de præpar. euãg. li. 13. c. 7.

H. QVARE iam pridèm damnati sunt [c] Vigilantiani, qui Sanctos & horum [d] Reliquias sacras suis fraudant honoribus, quos illis Ecclesia tribuit Orthodoxa.

c Hiero cõtra Vigilãt. & in epist. ad Riparium. & in cap. 65. Esaiæ. 2 Synod. Nicen. & Gangrens.
d 4. Reg. 13. d Augu. 22. de ciuit. Dei. c. 8 Damasc. li. 16 Basi. in Psal. 115. Chrysost. in Iuuent. & Max. Ité in Babylã. Amb. epist. 85 & ser. 91. & 92. Trident. sess. 25. Act. 19. b 5. c Lucæ 8. f Matth. 14. d Gen. 19. a 23. a 33. a b 42. b Iosue 5. d 1. Re. 29. g 25. d 4. Reg. 2. c

I. NEC audiendi etiàm calumniatores, q fingũt diuinum honorem in homines hac ratione transferri, Sanctos pro DIJS adorari, creaturas creatori à Catholicis exæquari. Nam longè secùs rem habere, cùm alia multa conuincunt, tum vetus & solennis illa testatur supplicatio, quam LITANIAM vocant. Vbi DEVS diuinæque personæ primùm, ac multò quidem sublimiùs quàm [e] Sancti & Sanctorum ordines omnes coluntur & inuocãtur. Hinc & illę de Sanctis institutę feriæ, quas Augustinus, aduersùs Faustum Manichęum scribẽs, [f] ità defendit: Populus Christianus, inqt, memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorũ consocietur, atque orationibus adiuuetur.

e Bern. ser. de 4. modis ørãdi. Victor l. 3. de persecut. Vuandal.
f Lib. 20. cõt. Faust. ca. 21. In Psal. 88. cõci. 2. & ser. 47 de sanctis Bern. in vigil. Petri & Pau. Isido. lib. 1. de offi. Eccl. cap. 14. & 35.

SCRIPTVRAE.

A. AD Romanos primo: Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis.

POSTERIORIS ad Corinthios primo: Paulus Apostolus IESV CHRISTI per voluntatem Dei, & Timotheus frater: Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cũ omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia.

AD Philippẽses quarto: Salutate omnẽ sanctum in CHRISTO IESV. Salutant vos omnes sancti.

AD Colossenses primo: Paulus Apostolus IESV CHRISTI per volũtatem Dei, & Timotheus frater: eis qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in CHRISTO IESV. Audientes fidem vestram in CHRISTO IESV, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes.

AD Philemonem. Gaudium magnũ habui & consolationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nẽ in charitate tua, qa viscera sanctorũ requeruẽt p te frater.

APOCALYPSIS septimo: Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex oĩbus gentibus & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum & in cõspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno. Et omnes angeli stabant in circu throni & seniorum & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amẽ. ET respondit vnus de senioribus, & dixit mihi: Hi q amicti sunt stolis albis, qui sunt & vndè venerunt? Et dixi illi: Dñe mi, tu scis Et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni: ideò sunt ante thronũ Dei, & seruiũt ei die ac nocte in tẽplo eiꝰ: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Nõ esuriẽt, neq; sitient amplius, nec cadet super illos sol, neq; vllus ęstus, quoniã Agnus q in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarũ, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

AD Hebrẽos vndecimo: Sancti per fidẽ deuicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.

B. AD Ephesios quinto: Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiã, nõ habentẽ maculã aut rugã, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.

APOCALYPSIS quinto: Quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderũt corã Agno, habẽtes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorũ, q̃ sunt oratiões Sanctorũ: & cantabãt canticũ nouũ, dicẽtes: Dignus es Dñe accipere librũ, & aperire signacula eius: quoniã occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex oĩ tribu & lingua, & populo & natiõe, & fecisti nos Deo nostro regnũ & sacerdotes, & regnabimus sup terrã. Et vidi, & audiui vocẽ angelorum multorũ in circuitu throni & animaliũ et seniorũ, et erat numerus eorũ millia millium, dicentiũ voce magna: Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, et diuinitatem, et sapientiã, et fortitudinẽ, et honorẽ, et gloriã, et benedictionẽ.

IBIDẽ capite septimo, vt paulò antè hac eadẽ q̃stione citatũ.

ET capite vigesimoprimo: Et ego Ioãnes vidi sanctã ciuitatẽ Hierusalẽ nouã, descendentẽ de cęlo, à Deo paratã, sicut sponsam ornatã viro suo. Et audiui vocẽ magnã de throno, dicentẽ: Eccè tabernaculũ Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erũt, et ipse Deus cũ eis erit eorũ Deus: et absterget Deus oẽm lachrymã ab oculis eorũ: et mors vltrà nõ erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltrà, q̃ prima abiẽrũt. Ac in fine: ET ciuitas nõ eget sole neq; luna, vt luceãt in ea. nã claritas Dei illuminabit eã, et lucerna eius est Agnus. Et ambulabũt gẽtes in lumine eius: et reges terręafferẽt gloriã suã et honorẽ in illã. Et portę eius nõ claudentur per diẽ. nox eñ nõ erit illic. Et offerẽt gloriã et honorẽ gentiũ in illã. Non intrabit in eã aliquod coinquinatũ, aut abominationẽ faciẽs et mendaciũ, nisi q scripti sunt in libro vitę Agni.

ET capite vigesimosecũdo: ET oĩe maledictũ nõ erit amplius, et sedes Dei et Agni in illa erũt, et serui eius seruiẽt illi. ET videbũt faciẽ eius, et nomẽ eius in frõtibus eorũ. ET nox vltrà nõ erit: et nõ egebunt lumine lucernę, neq; lumine solis, q̃m Dñs Deus illuminat illos, et regnabunt in secula seculorum.

AD Ephesios quarto: Nolite contristare spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptionis.

PRIORIS ad Corinthios sexto: An nescitis q̃m mẽbra vestra tẽplum sunt spiritus sancti qui in vobis est, quẽ habetis à Deo, et non estis vestri?

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD Philippenſes primo: Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Quòd ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro. Coarctor autem è duobus: deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo magis melius: permanere autem in carne, neceſſarium propter vos.

POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, q̃ ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis &c. Audentes igitur ſemper, & ſcientes q̃m dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. (per fidem em̃ ambulamus, & nõ per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & preſentes eſſe ad Dominum.

C. QVARTI Regum quinto capite: Et dixit Eliſeus: Vndè venis Giezi? Qui reſpondit, Non iuit ſeruus tuus quoquàm. At ille ait, Nónne cor meum in præſenti erat, quandò reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui?

ET capite ſexto: Rex autem Syriæ pugnabat contra Iſraël, conſiliumq́; iniit cũ ſeruis ſuis, dicens: In loco illo & illo ponamus inſidias. Miſit itaq; vir Dei ad regẽ Iſraël, dicens: Caue nè trãſeas in locũ illũ: quia ibi Syri in inſidijs ſunt. Miſit itaq; rex Iſraël ad locũ quẽ dixerat ei vir Dei, & p occupauit eũ, & obſeruauit ſe ibi nõ ſemel neq; bis. Cõturbatumq́; eſt cor regis Syriæ p hac re, & cõuocatis ſeruis ſuis, ait: Quare nõ indicatis mihi, q̃s p ditor mei ſit apud regẽ Iſraël? Dixitq́; vn' ſeruorũ ei': Nequaq̃ dñe mi rex, ſed Eliſe' p pheta q eſt in Iſraël, indicat regi Iſraël oĩa verba q̃cũq; locut' fueris i cõclaui tuo.

PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Si oẽs p phetent, intret aũt quis infidelis vel idiota: cõuincit ab oĩbus, dijudicatur ab oĩbus. Occulta cordis eius manifeſta fiunt: & ità cadẽs in faciẽ, adorabit Deũ, p nunciãs q verè Deus in vobis ſit.

DA-

DANIELIS decimo: Et ait ad me (vir lineis veſtitus &c.) Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego véni propter ſermones tuos. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus: & eccè Michael vnus de principib' primis venit in adiutorium meum, & ego remãſi ibi iuxta regẽ Perſarum. Véni aũt, vt docerem te q̃ vẽtura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus, q̃m adhuc viſio in dies &c. Nunquid ſcis quarè venerim ad te? & nunc reuertar, vt prælier aduersùm principem Perſarũ. Cùm ergò egrederer, apparuit princeps Græcorũ veniens. Verũtñ annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & nemo eſt adiutor me' in oĩb' his, niſi Michaël princeps veſter.

MATTHAEI decimooctauo: Videte nè contemnatis vnum ex his puſillis: dico em̃ vobis, quia angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei qui in cælis eſt.

AD Heb. 1. cap. Nõne oẽs (angeli) ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi p pter eos, q hæreditatẽ capiẽt ſalutis?

TOBIAE duodecimo: Q̃n orabas cum lachrymis & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiũ tuũ, et mortuos abſcondebas p diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuã Dño. Et quia acceptus eras Deo, neceſsè fuit vt tentatio probaret te. Et nunc miſit me Dñs vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim ſum Raphael angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dñm.

LVCAE decimoquinto: Dico vobis quòd ità gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſup nonagintanouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.

ACTORVM quinto: Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, et educens eos, dixit: Ite, et ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et capite duodecimo: Et ecce angelus Domini adstitit, et lumen refulsit in habitaculo: percussoque latere Petri &c.

Apocalypsis quinto, vt suprà hac eadem quæstione.

Et capite octauo: Et alius angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: et data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum: quod est ante thronũ Dei Et ascendit fumus incẽsorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo.

D. Genesis quadragesimo octauo ait Iacob: Angelus qui ẽruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.

Iob quinto: Voca ergò si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.

Genesis trigesimo secundo: Et ecce vir luctabatur cum eo vsque manè. Qui cùm videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eum, Dimitte me: iam em̃ ascendit aurora. Respondit, Non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Ait ergò: Quod nomen est tibi? Respondit: Iacob. At ille, Nequaquàm, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël: qm̃ si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit eùm Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Respõdit: Cur quæris nomẽ meum? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

Oseae capite duodecimo: In vtero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est (Iacob) cum angelo. Et inualuit ad angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum: in Bethel inuenit eum.

Zachariae primo capite: Et respondit Angelus Domini, & dixit Domine exercituum, vsquequò tu non miserebéris Ieruſalem & vrbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus

agesimus annus est. Et respõdit Dominus angelo qui loquebatur in me, verba bona, verba consolatoria.

Ieremiae decimoquinto: Et dixit Dñs ad me, Si steterit Moyses & Samuel corã me, nõ est anima mea ad populũ istũ.

E. Ad Romanos decimoquinto: Obsecro ergò vos fratres p Dominum nostrum Iesvm Christvm, & per charitatẽ sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa &c.

Ad Hebræos decimotertio: Orate pro nobis: cõfidimus em̃ quia bonam cõscientiam habemus, in omnibus bene volentes conuersari: Ampliùs autem deprecor vos hoc facere, quo celeriùs restituar vobis.

Ad Ephesios sexto: Vigilãtes in oñi instãtia, & obsecratione p oĩbus sanctis, & p me, vt detur mihi sermo in apertiõe oris mei cum fiducia, notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ità vt in ipso audeam, prout oportet me loqui.

Ad Colossenses quarto: Orationi instate, vigilãtes in ea in gratiarum actione, orãtes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi.

Prioris ad Thessalonicẽses quinto: Fratres, orate p nobis.

Posterioris ad Thessalonicẽses tertio: Decęterò fratres, orate p nobis, vt sermo Dei currat & clarificet, sicut et apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hominibus.

Lvcae septimo: Centuriõis aũt cuiusdã seruus malè habẽs, erat moriturꝰ: q illi erat preciosus. Et cùm audisset de Iesv, misit ad eum seniores Iudęorum, rogãs eum vt veniret & saluaret seruum eius. At illi cùm venissent ad Iesvm, rogabãt eum solicitè, dicentes ei: Quia dignus est vt hoc illi præstes: &c.

Iob quadragesimo secundo: Dixit Dñs ad Elipaz Themaniten, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam nõ estis locuti corã me rectum, sicut seruus meꝰ Iob. Sumite ergò vobis septẽ tauros & septẽ arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum ꝓ vobis: Iob autẽ seruus meus orabit ꝓ vobis: faciem eiꝰ suscipiã, vt nõ vobis imputetur stultitia: neq; eñ locuti estis ad me recta sicut seruꝰ meus Iob. Abiêrunt ergò Elipaz Themanites, & Baldad Suhites, et Sophar Naamathites: & fecerunt sicut locutus fuerat Dñs ad eos, & suscepit Dñs faciem Iob. Dñs quoquè conuersus ad pœnitentiam Iob, cùm oraret ille pro amicis suis.

F. PSALMO sexagesimoseptimo: Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suę.

IOANNIS decimoquarto: Amen amen dico vobis: qui credit in me, opera q̃ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado.

ITEM duodecimo. Si quis mihi ministrat, me sequat: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.

MATTHAEI decimonono: Amẽ dico vobis, q̃ vos qui secuti estis me, in regeneratiõe cùm sederit filius hois in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et oĩs qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomẽ meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

LVCAE decimonono: Venit autem primus, dicens: Dñe, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi: Eugè bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habẽs super decem ciuitates. ET alter venit, dicens: Dñe, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates.

APOCALYPSIS secundo: Qui vicerit, & custodierit vsq; in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquàm vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam.

ET capite tertio: Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.

PSALMO cẽtesimo trigesimooctauo: Mihi aũt nimìs honorificati sunt amici tui Deꝰ: nimìs cõfortatꝰ est principatꝰ eorum.

GENESIS vigesimosexto ait Dñs ad Isaac: Ero tecũ, & benedicã tibi. tibi eñ et semini tuo dabo vniuersas regiões has, cõplẽs iuramẽtum quod spopõdi Abrahã patri tuo. Et multiplicabo semen tuũ sicut stellas cęli, daboq; posteris tuis vniuersas regiones has, et benedicent̃ in semine tuo oẽs gentes terrę, eò quòd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit p̃cepta & mãdata mea, et cęremonias legesq; seruauerit. ET nõnullis interpositis: Apparuit ei Dñs in ipsa nocte, dicens: Ego sum Deus Abrahã patris tui: noli timere, qa ego tecũ sum: benedicã tibi, & multiplicabo semen tuum ꝓpter seruum meum Abrahã.

EXODI trigesimosecundo: Moyses orabat Dñm Deum suum, dicens: Cur Dñe irascitur furor tuꝰ contra populũ tuum, quẽ eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Nè q̃so dicãt Aegyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret in mõtibus et deleret è terra: qescat ira tua, et esto placabilis sup nequitia populi tui. Recordare Abrahã, Isaac, & Israel seruorum tuorum, qbus iurâsti p temetipsum, dicẽs: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cęli: & vniuersam terrã hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusque est Dominus nè faceret malum quod locutus fuerat aduersùs populum suum.

TERTII Regum decimoquinto: Ambulauitq; (Abiam) in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor

Universidad de Deusto
Biblioteca

cor eius ꝑfectum cum Dño Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed ꝓpter Dauid dedit ei Dñs Deus ſuus lucernam in Ieruſalē, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtatueret Ieruſalē: eò quòd fecisſet Dauid rectum in oculis Dñi, et nō declinâſſet ab omnibus, quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ ſuæ.

ESAIAE trigeſimoſeptimo: Hęc dicit Dñs de rege Aſſyriorum: Nō intrabit ciuitatē hāc, & nō iaciet ibi ſagittā, & nō occupabit eam clypeus, & nō mittet in circuitu eius aggerē. In via qua venit, ꝑ eam reuertet, & ciuitatē hanc nō ingredietur, dicit Dominus. Et ꝓtegam ciuitatem iſtam, vt ſaluē eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Egreſſus eſt autem angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque millia.

QVARTI Regum decimonono: Protegamq; vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me & propter Dauid ſeruum meum.

SECVNDI machabęorū decimoquinto. Machabęus aūt ſemper confidebat cum oñi ſpe auxilium ſibi à Deo affuturum, & hortabatur ſuos nè formidarent. Singulos autem illorum armauit nō clypei & haſtę munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortatiōibus, expoſito digno fide ſomnio, ꝑ quod vniuerſos lætificauit. Erat autem huiuſcemodi viſus: Oniam q fuerat ſummus ſacerdos, virū bonū et benignū, verecundū viſu, modeſtum moribus & eloqo decorū, & qui à puero in virtutib⁹ exercitatus ſit, man⁹ ꝓtendentē orare ꝓ oñi populo Iudęorū: poſt hoc apparuiſſe & aliū virū ętate et gloria mirabilē, & magni decoris habitudine circa illū. Reſpondentē verò Oniā dixiſſe, hic eſt fratrū amator & populi Iſrael: hic eſt q multū orat ꝓ populo et vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias ꝓpheta Dei. Extēdiſſe aūt Ieremiā dextrā, et dediſſe Iudę gladiū aureū, dicētē: Accipe ſanctū gladiū mun⁹ à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Et poſt q̄dam: Iudas verò, & qui

& qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes congreſſi ſunt, manu quidem pugnantes, ſed Dñm cordibus orantes, proſtrauerunt non minùs trigintaquinque millia.

H. QVARTI Regum decimotertio: Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in ſepulcro Eliſei. Quod cùm tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.

1. ACTORVM decimonono: Virtutes non quaſlibet faciebat Deus per manū Pauli, ità vt etiàm ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria vel ſemicinctia, & recedebāt ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.

ET capite quinto: Magìs autē augebatur credentium in Dño multitudo virorum ac mulierum: ità vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabbatis: vt veniēte Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis, &c.

LVCAE octauo: Acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.

MATTHAEI decimoquarto: Et cùm cognouiſſent eum viri loci illius, miſerūt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes: & rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quicunq; tetigerūt, ſalui facti ſunt.

GENESIS decimonono: Veneruntq; duo angeli Sodomam veſperè, ſedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurrexit et iuit obuiàm eis: adorauitq; pronus in terram, et dixit: Obſecro domini, declinate in domum pueri veſtri, et manete ibì.

ET capite vigeſimotertio: Surrexit Abraham, et adorauit populum terræ, filios videlicet Heth.

ITEM capite trigeſimotertio: Et ipſe (Iacob) ꝓgrediens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

adorauit pronus in terrā ſeptiès, donèc appropinquaret frater eius. Et appropinquātes ancillæ & filij earum, incuruati ſunt. Acceſſit quoq; Lia cū pueris ſuis: et cùm ſimiliter adorâſſent, extremi Ioſeph et Rachel adorauerunt.

CAPITE quadrageſimoſecundo: Cumq; adorâſſent Ioſeph fratres ſui, et agnouiſſet eos etc.

IOSVE quinto: Cū aūt eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, et vidit virum ſtantē cōtra ſe, euaginatū tenentē gladiū, perrexitq; ad eum, et ait: Noſter es, an aduerſariorum? Qui reſpondit: Nequaquā, ſed ſum princeps exercitus Dñi, et nunc venio. Cecidit Ioſue ꝓnus in terrā. Et adorans, ait: Quid Dñs meus loquitur ad ſeruum ſuum? Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Fecitq; Ioſue vt ſibi fuerat imperatum.

PRIMI Regum vigeſimo: Surrexit Dauid de loco qui vergebat ad Auſtrum, et cadens ꝓnus in terram adorauit tertiò, et oſculātes ſe alterutrū, fleuerūt pariter (Dauid et Ionathas.)

ET capite vigeſimoquinto: Cùm aūt vidiſſet Abigail Dauid, feſtinauit, et deſcēdit de aſino, et ꝓcidit corā Dauid ſup faciem ſuā, et adorauit ſuper terram, et cecidit ad pedes eius.

QVARTI Regum ſecundo: Videntes aūt filij ꝓphetarum qui erant in Iericho econtrà, dixerunt: Requieuit ſpiritus Elię ſuper Eliſeum. Et venientes in occurſum eius, adorauerunt eum proni in terram.

PATRES.

Patres noui teſtaméti nō differuntur à patria cæleſti poſt mortē. 2. Cor. 5.

1. B GREGORIVS libro quarto Moraliū, capite trigeſimoſecundo: Poſtquā de corporibus tranſeūt ꝓdicatores Eccleſiæ, nequaquā per morarum ſpatia, ſicut antiqui Patres, à cęleſtis patrię ꝓceptione differuntur. Mox qppe vt à carnis colligatiōe exeunt, in cæleſti ſede quieſcūt, Paulo atteſtāte, qui ait: Scimus quoniā ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, q̄ ædificationē ex Deo habemus, domū nō manufactā, ꝑternā in cælis. Priùs aūt quàm redēptor noſter morte ſua humani generis pœnā ſolueret, eos etiā qui cæleſtis patriæ vias ſectati ſunt, poſt egreſſum carnis, inferni clauſtra tenuerunt: non vt pœna quaſi peccatores plecteret, ſed vt eos in locis remotioribus quieſcētes, quia necdū interceſsio mediatoris aduenerat, ab ingreſſu regni, reatus primæ culpæ prohiberet. Vndè iuxta eiuſdē redemptoris noſtri teſtimoniū, diues qui apud inferos torquetur, in ſinu Abrahę reqeſcere Lazarū cōtemplatur. Qui ꝓfectò ſi adhuc in imis non eſſent, hos ille in tormentis poſitus non videret. Vndè & idem redemptor noſter pro noſtræ culpæ debito occumbens, inferna penetrat, vt ſuos qui ei inhæſerant, ad cæleſtia reducat. Sed quò nunc homo redemptus aſcendit, illuc ꝓfectò ſi peccare noluiſſet, etiam ſine redemptione pertingeret. Luc. 16.

1. C. IDEM libro duodecimo Moraliū, capite decimotertio: Sicut hi qui adhuc viuentes ſunt, mortuorum animæ quo loco habeātur, ignorāt: ità mortui vitam in carne viuentiū, poſt eos qualiter diſponatur, neſciūt: quia & vita ſpiritus, lōgè eſt à vita carnis: & ſicut corporea atq; incorporea diuerſa ſunt genere, ità etiā diſtincta cognitione. Quod tñ de animabus ſanctis ſentiendū non eſt: quia quæ intùs omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendū eſt, qa foris ſit aliquid quod ignorent. Sed carnales quiq; quia amorē p̄cipuum filijs impendunt, hoc eos B. Iob neſcire poſtmodū aſſerit, q̄d hîc vehementer amauerunt: vt ſiue nobiles ſiue ignobiles ſint filij, neſciant, quorum eos ſemper cura fatigabat. Animæ ſanctorum oīa in Deo vidēt, quæ ſcilicet ad eorū gloriā & noſtrā ſalutem conducunt. Iob 14.

2. IDEM libro quarto Dialogorū, capite trigeſimotertio: Quia in illa æterna hæreditate omnes communi claritate Deum conſpiciunt, quid eſt quod ibi neſciant, vbi ſcientem omnia ſciunt? In Dei claritate omnia ſciunt.

3. AVGVSTINVS in libro de cura pro mortuis gerēda, capite decimoquinto: Proindè fatendum eſt, neſcire quidem mortuos q̄d hîc agatur, ſed dum hîc agitur: poſteà verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt. Non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe: & quæ illos, quibus hæc indicāt, oportet audire. Poſſunt & ab angelis, qui rebus q̄ agūtur hîc, præſtò ſunt, audire aliquid mortui, quod vnumquenq; illorum audire debere iudicat, cui cūcta ſubiecta ſunt. Nisi enim eſſent angeli, qui poſſent intereſſe & viuorum & mortuorum locis, non dixiſſet Dñs IESVS, Contigit autē mori inopē illū, & ferri ab angelis in ſinum Abrahæ. Nunc ergò hîc, nunc ibi eſſe potuerunt, qui hinc illuc quem Deus voluit abſtulerunt. Poſſunt etiam ſpiritus mortuorum Quot modis mortui poſſint ea quæ hîc gerūtur, cognoſcere. Luc. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritu Dei reuelante

aliqua quæ hic aguntur, quæ necessarium est eos nôsse, & q̃ necessarium non est eos nõ nôsse, non solùm præterita vel præsentia, verũ etiam futura spiritu Dei reuelante cognoscere: sicut non omnes homines, sed Prophetę dum hîc viuerẽt, cognoscebãt nec ipsi omnia, sed quæ illis esse reuelanda Dei prouidentia iudicârat. Mitti quoq; ad vivos aliquos ex mortuis, sicut econtrariò Paulus ex viuis in Paradisum raptus est, diuina scriptura testatur. Nam Samuel propheta defunctus viuo Sauli etiam regi futura prędixit: quanuis nonnulli non ipsum fuisse qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquẽ spiritum tam malis operibus congruentem, illius existiment similitudinem figurâsse: cùm liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & propter eloquij nonnullam similitudinem Salomonis pronunciatur, contineat in laude patrum, quòd Samuel etiam mortuus prophetauerit. Sed si huic libro ex Hebræorum, quia in eo non est, canone contradicitur, quid de Moyse dicturi sumus, qui certè & in Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cum Helia, qui mortuus non est, legitur apparuisse viuentibus?

2. Cor. 12.
1. Reg. 28.

Eccles. 46.

Deut. 34.
Matt. 17.
4. Reg. 2.

Quanuis Sancti viuorum rebus intersint, non oẽs tamen mortui interesse possunt.

ET capite decimosexto: Alij sunt humanarũ limites rerum, alia diuinarum signa virtutum: alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt. Quanuis & naturæ Deus adsit vt sit, & miraculis natura non desit. Nõ igitur ideò putandũ est, viuorũ rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdam sanandis vel adiuuandis Martyres adsunt: sed ideò potiùs intelligendũ est, quòd per Diuinam potentiã martyres viuorũ rebus intersunt, quoniã defuncti per naturã propriã, viuorũ rebus interesse non possunt. Quanquàm ista q̃stio vires intelligentię meæ vincat, quẽadmodùm opitulentur martyres ijs quos per eos certum est adiuuari: vtrũ ipsi per seipsos adsint vno tempore tam diuersis locis, & tanta inter se longinqtate discretis, siue vbi sunt eorum memoriæ, siue præter suas memorias vbicunq; adesse sentiuntur: an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortalium conuersatione remotis, & tamen generaliter orãtibus ꝓ indigentia supplicantium, sicut nos oramus ꝓ mortuis, quibus vtiq; nõ ꝑsentamur, nec vbi sint vel quid agant scimus, Deus omnipotens qui est vbiq; ꝑsens, nec concretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiens martyrum preces, per angelica ministeria vsquequaquè diffusa, præbeat hominibus ista solatia, quibus in huius vitæ miseria iudicat esse præbenda: & suorum merita martyrum vbi vult, quandò vult, quomodò vult, maximeq; per eorum memorias

Augustini dubitatio de modo quo in diuersis locis adsunt.

Oratio pro mortuis.

as, quoniam hoc nouit expedire nobis ad ædificandã fidem Christi, pro cuius illi confessione sunt ꝓfusi, mirabili atq; ineffabili potestate ac bonitate commendet.

5. ORIGENES libro octauo contra Celsum: Vnus est nobis placandus Deus vniuersorum Dominus, vnius fauor ambiendus per pietatem virtutesq; cæteras. Si vult præter hunc placari etiam alios, cogitet quòd sicut motu corporis vmbra quoquè ipsius monetur, ità cùm aliquis Deum habet propitium, sequitur vt amicos habeat omnes eius angelos, animas & spiritus. Sentiunt enim qui sint digni fauore cælestis numinis, quibus non solùm ipsi benè volunt, verumetiã dant operã, vt Deũ ei seruire volẽtibus, cõcilient, & vnà nobiscũ precãtur: vt quotquot eum colimus, audeamus dicere, hominibus bonę voluntatis precantibus vltrò se adiungere innumera sanctorũ angelorũ millia, & intercedere ꝓ mortali nostro genere, & (vt ità loquar) laborare nobiscum in hoc certamine.

Angeli & sanctorũ animæ nostra nôrũt, ac pro nobis & nobiscum precantur.

6. CYPRIANVS in sermone de mortalitate: Patriam nostram paradisum computamus, parentes patriarchas habere iam cœpimus: qui non properamus & currimus, vt patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum: frequens nos & copiosa turba desiderat, iã de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute solicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia est? qualis illic cælestium regnorum voluptas sine timore moriendi, & cum æternitate viuẽdi? quàm summa & perpetua felicitas? illic Apostolorũ gloriosus chorus, &c.

Sancti nos expectant & de nostra salute sunt soliciti.

7. HIERONYMVS aduersùs Vigilantium: Mortuum (Samuelem) suspicaris, & idcircò blasphemas. Lege Euangeliũ: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob: non est Deus mortuorum, sed viuorũ. Si ergò viuunt, honesto iuxta te carcere non clauduntur. Ais enim, vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel subter aram Dei, animas Apostolorum & martyrum consedisse, nec posse suis tumulis, & vbi voluerint, adesse ꝑsentes. Senatoriæ videlicet dignitatis sunt, vt non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera honestaq; custodia in fortunatorum insulis, & in campis Elysijs recludantur. Tu Deo leges pones? Tu Apostolis vincula injicies, vt vsq; ad diem judicij teneãtur custodia, nec sint cum Domino suo? De quibus scriptum est: Sequuntur agnum quocunquè vadit. Si agnus vbiq;, ergò & hi, qui cum agno sunt, vbiquè esse credendi sunt. Et cùm Diabo-

Sancti nõ sunt appellandi mortui. Marci 12. Luc. 16. Apoc. 6.

Sanctos non posse viuis adesse, hæres. est Vigilãtij.

Sancti sunt cum agno. Apoc. 14.

Non minùs q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dæmones nobis adesse posſunt.

lus, & dæmones toto vagentur orbe, & celeritate nimia vbiq; præſentes ſint: martyres, poſt effuſionem ſanguinis ſui, arca operientur incluſi, & indè exire non poterunt? Dicis in libello tuo, quòd dum viuimus, mutuò pro nobis orare poſſumus: poſtquàm autem mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda oratio: præſertim cùm martyres, vltionem ſui ſanguinis obſecrantes, impetrare non quiuerint. Si Apoſtoli & martyres, adhuc in corpore cõſtituti, poſſunt orare pro cæteris, quandò pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti: quanto magis poſt coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam: & Stephanus imitator Domini ſui, & primus martyr in Chriſto, pro perſecutoribus veniã deprecatur: &, poſtquàm cum Chriſto eſſe cœperint, minùs valebunt? Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuagintaſex ſibi dicit in naui animas condonatas: & poſtquàm reſolutus, eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro ijs, qui in toto orbe ad ſuum Euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorq; erit Vigilantius canis viuens, quàm ille leo mortuus? Rectè hoc de Eccleſiaſte proponerem, ſi Paulum in ſpiritu mortuũ confiterer. Denique ſancti non appellantur mortui, ſed dormientes. Vndè & Lazarus, qui reſurrecturus erat, dormiſſe perhibetur. Et Apoſtolus vetat Theſſalonicenſes de dormientibus contriſtari.

An tantũ viui pro viuis, an verò etiam mortui ꝓ viuis orare poſſunt.

Apoc. 6.

Reſpõſio pulchra.

Exod 32.

Actor. 7.

Actor. 27.

Eccl. 9.

Sancti dormientes appellantur.

Ioan. 11.

1. Theſſ. 4.

8. BERNARDVS in vigilia Petri & Pauli Apoſtolorum: Tria ſunt quæ in feſtiuitatibus ſanctorum vigilanter conſiderare debemus: auxilium ſancti, exemplum eius, confuſionem noſtram. Auxilium eius, quia qui potens in terra, potẽtior eſt in cælis ante faciem Domini Dei ſui. Si enim dum hîc viueret, miſertus eſt peccatoribꝰ, & orauit pro eis: nunc tanto ampliùs, quanto veriùs agnoſcit miſerias noſtras, orat pro nobis Patrem: quia beata illa patria charitatẽ eius non immutauit, ſed augmentauit. Neque enim quia impaſsibilis omninò, ideò & incompaſsibilis factus eſt: ſed nunc potiùs induit ſibi viſcera miſericordiæ, cùm ante fontẽ miſericordię exiſtit. Eſt & alia cauſa quæ magis vrget ſanctos, vt ſoliciti ſint de nobis, qa iuxta vocem Apoſtoli, Deus prouidet pro nobis, nè ſine nobis conſummentur, ſicut ait ſanctus Dauid: Me expectant iuſti donèc retribuas mihi. Debemus etiam attendere exemplum eius: quia quandiù in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, non declinauit ad dexteram, neque ad ſiniſtram: ſed viam regiam tenuit donèc veniret ad illum qui dicit: Ego ſum via, & veritas, & vita. Sed & diligentiori intuitu confuſionem noſtram inſpiciamus: quia homo illis

Charitatis incrementũ in cælo.

Pſal. 141.

Ioan. 14.

Sanctorũ in cælis oratio & potentia.

illis ſimilis nobis fuit paſsibilis, ex eodem luto formatus, ex quo & nos. Quid eſt ergò quod nõ ſolùm difficile, ſed & impoſsibile credimus, vt faciamus opera quæ fecit, & ſequamur veſtigia eius? Sic ergò in ſanctorum feſtiuitatibus & gaudere & confundi debemus: gaudere, quia patronos præmiſimus: confundi, quia eos imitari nõ poſſumus. Quid illis potentius dum fuerunt in terris? quorum alteri traduntur claues regni cælorum, alteri magiſterium gentium: alter Ananiam & Sapphiram occidit in verbis oris ſui, alter donat quidquid donat in perſona Chriſti, & cùm infirmatur, tunc fortior eſt & potens. Quàm potentiores ſunt in cælis, qui tam potentes fuerunt in terris? Et qui nobis reliquerunt maiora exempla, quàm illi q in fame & ſiti, in frigore & nuditate, & in omnibus illis quæ Paulus enumerat, iugiter ſunt afflicti, & demùm felici martyrio regna cæleſtia conſcenderunt? Verè nobis rubor confuſionis ſunt, quos vix audemus reſpicere, nè dicam imitari. Oremus ergò eos, vt ipſi propitium nobis reddant amicum ſuum, iudicem noſtrum.

Patroni pctẽtes.

Matth 16. Act. 9. & 5. 2. Cor. 2. & 12.

Hebr. 11.

Orandi Apoſtoli, vt Chriſtũ nobis ꝓpitiũ reddãt.

9. IDEM ſermone ſecundo de ſancto Victore: Factus de medio, appropiauit Deo, vt multo plures eius interceſsione ſaluentur. Habet ex hominibus cui hominum peccata donet, miſericors & miſerator Dominus. Habet tempus & locum intercedendi pius & miſericors aduocatus. Equidem locum quietum & tempus feriatum. In terris viſus eſt, vt eſſet exemplo: in cælum leuatus eſt, vt ſit patrocinio. Hîc informat ad vitã, illic inuitat ad gloriam. Factus eſt mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui ſibi iam poſtulans nihil, totum in nos transferre deſiderat, & ſupplicantis affectum & ſupplicationis fructum. Quid enim quærat ſibi qui nullius eget? Dominus conſeruat eum & viuificat eum, & beatũ facit eum in gloria, nihil illi deerit in loco paſcuæ collocato. Introiuit in potentias Domini: gaudeamus, quia nunc potentior eſt ad ſaluandum. Hodiè Victor poſito corpore, quo ſolo prępediri ab introitu gloriæ videbatur, tanto alacrior, quanto expeditior penetrauit in ſancta, ſimilis factus in gloria ſanctorum. Anima eius in bonis demorabitur. Quæris vbi? Cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum. Ità cum talibus, & tali in loco ſibi ſedet: Sedet excelſa & fulgida, ſedet lætabunda & laudans. Sedet delicata & ornata monilibus, ſtipata mãlis, fulcita floribus. Sedet inquam ſibi vacua curis, delicijs affluens, abundans ocij & quietis ad vacandum ſapientiæ. Qux ſedit & fleuit ſuper flumina Babylonis, ſedet modò ad fontem vitæ

Aduocatus.

Mediator ad regnũ, de nobis tantum ſolicitus.

Pſal. 40.

Potentior ad ſaluandum.

Pſal. 24. Matth. 8.

Animæ ſanctorum in cælis degunt cũ Angelis.

Cantic. 2.

Pſal 136.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitæ &c. Sedet media angelorum, digna planè eorum consortio, quorum desiderio flagrat, puritate nitet, castimonia decoratur. Sedet inter Apostolos vir Apostolicæ gratię: nec est quod se abscondat à cuneo prophetarum: quem illi prædixerunt, glorificauit & portauit in corpore suo. Neque se putat victoriosis martyrum choris Victor noster arcendum, qui duro & diuturno martyrio viuētem sui corporis hostiam immolauit. Sedet veteranus miles debita iam suauitate & securitate quietus. Securus quidem sibi: sed nostrî solicitus. Non enim cum putredine carnis simul se exuit viscеribus pietatis: nec sibi sic induit stolā gloriæ, vt nostræ pariter miserię sue'q; ipsius misericordię obliuionem indueret. Non est terra obliuionis, quam anima Victoris inhabitat, non terra laboris, vt occupetur in ea, non deniq; terra, sed cælum est. Nunquid cælestis habitatio animas quas admittit indurat, aut memoria priuat, aut spoliat pietate? Fratres, latitudo cæli dilatat corda, nō arctat: exhilarat mentes, nō alienat: affectiones non contrahit, sed extendit. In lumine Dei serenatur memoria, nō obscuratur. In lumine Dei discitur, quod nescitur: nō quod scitur, dediscitur. Superni spiritus illi qui ab initio cęlos inhabitant, nunquid quia incolunt cælos, despiciūt terras, & nō magis eas visitant & frequentant? Nunquid quòd semper vident faciem patris, ministerium euacuāt pietatis? Omnes nihilominùs administratorij spiritus sunt, missi in ministeriū propter eos qui hęreditatem capiunt salutis. Quid ergò? Discurrunt angeli, & succurrunt hominibus: & qui ex nobis sunt, nesciunt nos? nec nōrunt iam compati, in quibus passi sunt & ipsi? Qui dolores nesciunt, sentiunt tamen nostros: & qui venerunt de magna tribulatione, non recognoscunt iam in quo fuerunt? Scio qui dixit, Me expectant iusti donèc retribuas mihi. Iustus est Victor etiam expectans nostram proculdubiò retributionem. Non est ille pincerna Pharaonis, qui inuētam gratiam retinuit sibi, prophētæ sui pariter & captiui minimè recordatus. Minister Christi est, Christum sequitur. Non est ille oblitus suæ promissionis, nec socio passionis regni consortium denegauit. Non est discipulus contra magistrum, non potest Victor quicquam facere, nisì quod viderit magistrum facientem. Opera q̄ ille fecit, & iste fecit similiter. Iam cęlos ingressus quos & antè apertos bearis oculis suspiciebat, verè nūc reuelata facie speculatur gloriam Dei, absorptus quidē, sed non oblitus clamorē pauperū. Beata visio, qua in eandem imaginem transformatur de claritate in claritatem, tanquàm à Domini spiritu. O victrix anima, quę sicut passer transuo-

Soliciti de nobis sancti.

Non inhabitant terram obliuionis.

In cælo augescit charitas, pietas & memoria.

Hebr. 1.

Sancti nō minūs nostri curā tanguntur q̄ Angeli.

Psalm. 141.

Genes. 40.

Inuocat S. Victorem.

transuolans, mundi laqueos euasisti: respice ad incautas animas intricatas illis, periclitantes in illis, vt tuo patrocinio eruamur. O miles emerite, qui Christianæ militiæ duris laboribus angelicæ felicitatis requiem commutâsti: respice ad imbelles & imbecilles commilitones tuos, qui inter hostiles gladios & spiritales nequitias, tuis laudibus occupamur. O victor inclyte, qui & de terra & de cęlo gloriosissimè triumphâsti, illius gloriam nobiliter superbus despiciēs, & huius regna piè violētus diripies, respice de cælo ad vinctos terræ, vt hęc sit tuorum cōsummatio triumphorū, si & nobis demùm vicisse te sentiamus. Nam si ex re nomen tibi, perfecta veritas nominis ex nostra liberatione censebitur: & certè deest interpretationi quàm diù nos q tui sumus, minimè liberamur. Quàm pium, quàm dulce, quàm suaue ô Victor in hoc loco afflictionis & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari? Nomē tuum & memoriale tuum fauus distillans in labijs captiuorum, mel & lac sub lingua eorum, qui tuî memoria delectantur. Età ergò fortis athleta, dulcis patrone, aduocate fidelis: exurge in adiutorium nobis, vt & nos de nostra ereptiōe gaudeamus, & tu de plena victoria glorieris. Omnipotens pater, peccauimus tibi facti filij alieni, sed appropiauimus in Victore, qui dum vicit cupiditatem suam, vincat & iram tuam, nos quoquè in gratiam potenter restituat. O victor IESV, te in nostro Victore laudamus, qa te in illo viciſſe cognoscimus. Da ei pijssime IESV sic de sua in te victoria gloriari, vt non subeat obliuio nostrî. Fili DEI, immitte ei, nostrî semper in conspectu tuo memorem esse, nostram in tuo tremēdo iudicio susçipere & agere causam. 1. D. IOANNES Damascenus libro quarto Orthodoxę fidei, capite decimosexto: Honorare decet sanctos vt amicos CHRISTI, vt filios & hæredes Dei: quemadmodùm ait Deiloquus Ioānes Euāgelista. Quicunq; aūt receperunt eum, dedit eis potestatē filios Dei fieri: quarè nō ampliùs sunt serui, sed filij. Si aūt filij, & hæredes: hęredes qdem Dei, cohæredes aūt CHRISTI. Et Dominus in sacris Euangelijs Apostolis dicit: Vos amici mei estis, non etiàm vos vocaui seruos: nam seruus nescit quid facit Dñs eius. Si aūt & rex regnātium, & Dñs Dominantium, & Deus Deorum, conditor omnium & Dominus dicitur, omninò & sancti, dij & domini & reges. Nam horum Deus, qui Deus & Dñs & rex est & dicitur. Ego enim sum (inquit Moysi) Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Et Deū Pharaonis fecit Deus Moysen. Deos autem dico & reges & Dominos, non natura, sed vt affectus regentes, illorum dominantes, & di-

Patronus, aduocatus.

Oratio ad Deum Patrem.

Oratio ad Christum.

Sancti honorādi tanquàm amici & filij Dei.

Ioan 1. Gal 4. Rom 8.

Ioann. 15.

Exod. 3. Exod 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinę imaginis similitudinem (secundùm quã geniti fuerunt) inobliteratam custodientes. Nam & dicitur rex, regis imago, q̃ uniti sunt Deo secundùm voluntatem, quiq̃ illum susc̃piunt inhabitatorem, & qui id participatiõe sunt effecti gratia, quod ipse est natura. Quomodò igitur non honorandi sunt, qui cultores & amici & filij Dei exist̃unt? Nam honor erga gratos & benignos conseruos, benuolẽtiæ erga communem Dñm indicium est. Hi promptuarium Dei & pura habitacula facti sunt. Inhabitabo enim eos, dicit Dominus, & inambulabo, & ero eorum Deus. Et quòd iustorum animæ in manu Dei sunt, & nõ tanget illos mors, dicit diuina scriptura. Nam mors sanctorum, dormitio magis est, quàm mors: Laborauerũt enim in præsenti seculo, & viuunt in æternùm. Et preciosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. At quid preciosius, quàm in manu Dei esse? Vita enim est Deus, & lux: & q̃ in manu Dei sunt, in vita & luce exist̃unt. Quòd aũt p̃ mentẽ corpora eorũ inhabitauerit Deus, dicit Apostolus: Nescitis q̃a corpora vestra Spiritus sancti habitãtis in vobis templũ est? Dñs aũt spiritus est, & si q̃s templum Dei corruperit, corrũpet & illũ Deus. Quomodò igitur nõ honorãda sunt animata tẽpla Dei & animata tabernacula? Hi viuẽtes in fiducia Deo assist̃ũt.

Itẽ tanq̃ Dei templa. 2. Cor 6. Sap. 3.

Psal. 115.

1. Cor. 6. 1. Cor. 3.

2. BASILIVS homilia vigesima in q̃draginta Martyres: Hi sunt qui nostrã obtinentes regionem, quasi quædam turres cõtra aduersariorum incursum refugium exhibent: Nec vno in loco sese claudserunt, sed in multis locis hospitio recepti, multorum patrias ornauerunt: nec tamen separati, sed inter se commixti: si in singulos ipsos diuiseris, proprium numerum non excedunt: si verò in vnum congregaueris, quadraginta nihilominùs erunt, ac ità vt ignis natura p̃manẽt: nam ille & ad p̃gredientem trãsit, & totus est apud habentẽ: sic hi quadraginta sunt vnum, & omnes apud singulos. Beneficium igitur hoc, fratres dilectissimi, gratiam hãc minimè deficientem ex Deo obtinemus. Paratum est hic Christianis auxilium, ecclesia videlicet martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Sæpè operã dedistis, sæpè laborãstis, vt vnum pro vobis orãtem inueniretis: quadraginta sunt hi, vnam oratiõis emittentes vocem. Vbi enim sunt duo vel tres in nomine Domini congregati, ibi Deus est. Vbi verò quadraginta fuerint, quis dubitet Deum esse p̃sentem? Qui aliqua premitur angustia, ad hos confugiat. qui rursùs lætatur, hos oret: hic vt à malis liberetur, ille vt duret in rebus lætis. Hic mulier orans pro filijs auditur: peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotanti verò sãlutem implorat. Cũ his ergò martyribus no-

Refugiũ contra aduersariorum incursum.

Quadraginta sunt oẽs apud singulos.

Christianorũ auxilium.

Orant sancti pro nobis. Matth. 18.

Inuocandi sunt martyres.

nostras effundamus preces. Et paulò pòst: O sanctum chorum, ô sacrum ordinẽ, ô cuneũ inexpugnabilem, ô cõmunes generis humani custodes, optimi curarũ socij, precum ac votorum inuicèm suffragatores, legati apud Deũ potentissimi, astra mundi, flores Ecclesiarum. Vos nõ terra cõtexit, sed cælum excepit. Apert̃ę sunt vobis paradisi portæ, dignum profectò exercitibus angelorum, Patriarchis, Prophetis, & iustis omnibus spectaculum.

Custodia generis humani.

Suffragatores et legati apud Deũ potẽtissimi: quos cælũ excepit.

3. IDEM in homilia vigesimasexta de martyre Mamante: Memores estote martyris, quotquot illo per somnia potiti estis, quotquot in hoc loco cõstituti, adiutorem ipsum ad precãdum habuistis, quibuscunq̃ ex nomine aduocatus ipsis adfuit operibus, quotquot aberrãtes ad viã reduxit, quoscunq̃ sanitati restituit, quibuscunq̃ pueros iam mortuos ad vitã reductos reddidit, q̃tquot vitæ terminos p̃rogauit. Collectis in vnũ his oĩbus, ex communi symbolo martyri encomium construite. Conferte inter vos mutuò, q̃ quisq̃ nouit, illa submin̄istret ignoranti q̃ ignorat, illa accipiat ab eo q̃ nouit, atq̃ ità quasi ad cõuiuium quod quisq̃ habet cõferentes, nostr̃ę ignoscite imbecillitati. Ista nanq̃ demùm sunt martyris encomia, spiritualium charismatũ diuitię. Et pòst pauca: Ad Martyris verò memoriã & tota regio mota est, & ad illius festũ diem vrbs vniuersa immutata gestit. Neq̃ cognati diuitum ad Maiorũ suorũ sepulcra declinãt, sed oẽs ad pietatis locum tendunt. Et in fine: Deus Ecclesiã hanc immotam ac magnis martyrũ turribus munitã conseruet, & oẽs furẽtiũ hæreticorũ insidias & incursus in trãquillitate ac silẽtio auertat.

Sancti martyris in hoẽs beneficia.

Ad festũ diẽ & memoriam martyris cõfluunt.

Turres sunt quibus muniuntur Ecclesiæ.

4. GREGORIVS Nazianzenus oratiõe in sanctũ Cyprianũ: Tu verò nos ab alto ꝓpicius respice, nostrumq̃ sermonẽ ac vitã dirige, & sanctum ouile hoc pasce, aut vnà rege, ac reliqua, quãtùm possibile est, ad meliora dispone, molestosq̃ lupos syllabarũ ac verborum venatores illos abige: ac sanct̃ę Trinitatis cui nũc adstas, splẽdorem nobis pfectiorẽ & clariorẽ gratificare, quã adoramus, quam glorificamus, de cui⁹ nos Republica sumus, adorãtes patrẽ in filio, filium verò in Spiritu sancto, cui & paulò pòst assistemus, synceriores & illæsi in ipso CHRISTO Dño nostro. Et paulò antè: Corpus Cypriani latebat, eratq̃ thesurus ille apud mulierculã quandã pietate feruidã, idq̃ tẽpore longo: siue qa Deus deuotã illam honorare voluerit, ac ideò illi martyrẽ concesserit: siue quia desideriũ nostrũ exercere destinauerit, num ægrè laturi essemus, si martyrũ priuaremur reliquijs. Quum verò martyrum Deus nequaquàm ferret, vt omnium bonum, vnius solùm priuatum esset, neque commune in illius

Inuocat S. Cyprianũ, & eius auxiliũ implorat.

Sanctæ Trinitati adstat Cyprianus.

Reliquiarũ S. Cypriani thesaurus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratiam damno afficere vellet, per reuelatiõem corpus publicauit, idq; fœminæ cuidam tali honore dignæ manifestauit, quo & mulieres sanctificarentur, &c. Hæc igitur breuiter percurrimus, vt debitum illius honorem vel parumper delibaremus, reliqua verò à vobis ipsis adijciantur, quô & vos aliquid martyri offeratis: velutì dæmonum purgationem, morborum dissolutionem, futurorum cognitionem: omnia potest Cyprianus, & puluis cum fide, quemadmodùm nôrunt ij qui sunt experti, ac miraculum ad nos vsq; transmiserunt, temporiq; tradiderunt futuro. quin potiùs maiora his offeratis, & qualia eos decent qui illum ritè venerantur, corporis nempè exinanitionem, animæ eleuationem, prauitatis declinationem, virtutis iucrementum, &c.

Ois potest Cyprianus, & puluis cum fide.

Imitatio Sanctis gratissima.

5. IDEM Nazianzenus in oratiõe funebri in Athanasiũ Alexandrię episcopũ: Athanasiũ laudans, virtutẽ ipsam laudabo. Hũc enim solũ nominare, virtutẽ ipsam est laudare: quoniã oẽm virtutẽ in se comp̃hendens habebat, seu vt rectiùs dicã, habet. Deo enim viuunt oẽs, qui secũdùm Deũ viuũt, etiã si hinc sint digressi, quẽadmodùm & Abrahã, & Isaac, & Iacob audit, Deus ille Deus, tãquàm non DEVS mortuorum sit, sed viuentium. Virtutem verò laudans, Deum ipsum laudabo, à quo hominibus peruenit virtus, vt ad ipsum propter cognationem splendoris deducamur, seu potiùs reducamur. Et sub finem: Tu autẽ è supernis propitius nos respice, & populum hunc sanctum dirige Trinitatis sanctę adoratorem, q̃ in Patre & Filio & sancto veneratur Spiritu, contemplationeq; comprehẽditur. & nos in pace quidem foue & compassce: in certamine autem dirige & susci pe, & cum te ipso statue & ijs qui tales sunt vt tu, etiam si magna sit petitio, in ipso CHRISTO Domino nostro.

Deo viuunt Sancti. Mat. 22.

Qui Sanctos laudat, virtutẽ: & qui virtutẽ laudat, Deum laudat virtutis & sanctitatis authorem.

Inuocat S. Athanasium Nazianzenus.

6. IDEM in oratione funebri, in laudem Basilij Magni dicta: Cæterùm nostra, quôcunquè Deo placuerit, ferantur: ferentur autem intercessionibus illius meliùs. Et in fine: Nunc in cælis degit, ibiq; p nobis, vt arbitror, sacrificia offert, ac p populo orat. Licẽt enim nos reliquerit, non tamen omninò reliquit. Vobis autem qui gesta eius celebratis, in primis consulo, vt semper ad eum respiciatis, & tanquàm ipse videat & videatur, præparemini spiritui. Et paulò pòst: Tu autem sacrum ac diuinum caput ex alto nos respice, & carnis stimulum instructionem nostram à DEO nobis datam, aut tuis siste precibus, aut fortiter me ferre persuade, totamq; vitam nobis in melius permuta: quum verò emigrabimus, nos ibi tuis excipe tabernaculis, quô simul viuentes, Trinitatem sanctam &

In cælis p nobis offert sacrificia Basilius, & p populo precatur.

Inuocat S. Basilium.

& beatam pariter aspiciamus puriùs & perfectiùs, cuius nunc simulacrũ mediocriter percipimus. ibì desiderium sistemus, ac eam accipiemus retributionẽ, quã pugnãdo acquisiuimus & acquirimus.

7. AMBROSIVS in libro de viduis: Magnis, inquit, tenebatur febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et tu habes proximos, qui DEO pro te supplicent, habes Apostolos proximos, habes martyres proximos, si ipsa martyribus deuotionis societate, misericordiæ quoquè muneribus appropinques. Proximus est enim qui misericordiam facit. Fac tu misericordiam, & eris Petro proxima. Non sanguinis necessitudo, sed virtutis cognatio facit p-ximos: quia non in carne ambulamus, sed in spiritu. Ama ergò propinquitatem Petri, affinitatem Andreę: pro te rogent, & recedât cupiditates tuæ verbo Dei pulsæ. Et post pauca: Habetis ergò viduæ auxiliũ, si tales vobis generos posteritatis vestræ patronos, tales p-ximos eligatis. Ergò rogauerunt pro vidua Petrus & Andreas: Vtinàm exístat aliquis, qui tam citò possit rogare pro nobis, vel certè iste qui pro socru rogat Petrus & Andreas frater eius. Tũc enim pro affinitate poterant, nunc iam possunt pro nobis & pro omnibus impetrare. Videtis enim quòd magno peccato obnoxia, minùs idonea fit quę p se precetur, certè quę pro se impetret. Adhibeat igitur ad medicum alios precatores. Aegri enim, nisì ad eos aliorũ precibus medicus fuerit inuitatus, pro se rogare nõ possunt. Infirma est caro, mens ægra est, & peccatorum vinculis impedita, ad medici illius sedem debile non potest explicare vestigium. Obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt: martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vindicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine etiàm si qua habuerũt peccata, lauerunt. Isti enim sunt Dei martyres, nostri præsules, speculatores vitæ actuumq; nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, qui & ipsi infirmitatem corporis, etiàm cùm vincerent, cognouerunt.

Luc. 4. Martyres & Apostoli pro nobis orant.

Luc. 10.

Peccatis obnoxij adhibere debẽt alios simul precatores.

Obsecrandi Angeli & martyres

Præsules, speculatores vitæ nostræ & intercessores sunt Martyres.

8. IDEM Ambrosius oratione secũda in morte fratris de fide resurrectiõis, in fine: Quòd si in hoc erro, quia angelis me post mortẽ sociari mâlo quàm bestijs, libenter in hoc erro: neque vnquàm hac me opinione, dum viuo, fraudari patiar. Quid enim mihi superest solatij, quàm quòd me citiùs ad te frater spero venturum, nec digressus tui inter nos longa diuortia fore, tuisq; intercessionibus mihi hoc posse conferri, vt citiùs desiderantem tui aduoces?

intercessiões Satyri.

9. ITEM in caput vigesimum secundum Lucę: Vndè te euocem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inuocat B. Petrum.

Petre, vt doceas me quid flens cogitaueris? Vndè, inquam, te euocem? De cęlo, vbi iam choro insertus es angelorum, an etiàm de tumulo? quia nō putas iniuriam & ibi esse, vndè Dominus resurrexit. Doce nos quid tibi profuerint lachrymæ tuæ.

10. CHRYSOSTOMVS homilia sexagesimasexta ad populū Antiochenum: CHRISTVS tunc oēm terrarū orbē ad se traxit adorandū, cùm mortuus fuisset. Et quid de Christo loquor, cùm & discipulos postq̄ obierūt, tūc effulgere fecerit? Quid dico discipulos? Nam & eorū loca & sepulcra simul & tēpora perenni memoria celebrari curauit. Tu verò mihi sepulcrū ostendas Alexādri, & proferdiē quo vitā finiuit. Sed nihil horū insigne, sed oīa destructa sunt & exterminata: Christi verò seruorū & sepulcra clara sunt, regiā assecuta ciuitatē, & dies notissimi mūdo festā afferētes lętitiā. Et illius quidē loculū & ꝑprij nesciūt, horū aūt sciunt & barbari: Et seruorū crucifixi sepulcra regijs aulis sunt clariora, non magnitudine & ędificiorū pulchritudine, (nā & in hoc qdē superāt) sed q̄d multo maius est, cōuenientiū studio. Nā & ipse q purpurā indutus est, accedit illa cōplexurus sepulcra, & fastu depositō, stat sanctis supplicatur⁹, vt pro se apud Deū intercedāt: & scenarū fabrū, & piscatorē etiàm mortuos vt ꝓtectores orat, q diademate redimit⁹ incedit. Audebis igitur, q̄sō, horū dominū nūcupare mortuū, cuius serui vel mortui terrarū orbis regū sunt protectores? Nec hoc tantū quis Romæ fieri viderit, verū & Constantinopoli. Nā & his Constantinū Magnū ipsius filius honore magno censuit haberi, si ꝓ foribus piscatoris paternū corpus collocaret. Et quod in regijs sunt ianitores regibus, hoc sunt in monumēto piscatoribus reges: & illi quidē vt dñi loca tenēt interiora, hi verò tanq̄ inqlini & vicini, aulę ianuā sibi gratū habuēre deputari, & infidelib⁹ ex his ostēdentes, quòd in resurrectiōe maior erit piscatoribus dignitas. Si hīc enim ità in sepulcris, multo magis & in resurrectione ordo cōmutatus est. Reges quidem ministrorū, subditi verò regū vicē induerūt, quinimmò & splendidiorē. Et quòd hoc non assentatio sit, ipsa veritas ostendit. Ex illis enim & hi illustres facti sunt. Multo nanq̄ cęteris regalibus sepulcris hæc monumēta sunt clariora. Nam illic quidem magna solitudo, hīc autem magnus concursus. Quòd si velis & regalibus aulis monumenta cōparare, rursum & hīc victoria: nam illic quidem multi deterrentes, hīc verò multi vocātes & attrahētes diuites, pauperes, viros, mulieres, seruos, liberos. Illic magn⁹ timor, hīc inexplicabilis voluptas. Sed dulce spectaculū est, regē aureis indutū & coronatū spectare, & adstantes

Sepulcra & natalitia apostolorum clara sunt.

Imperatores Sctis supplicāt, vt pro se apud Deū intercedant.

Protectores Imperatorū.

adstātes duces & principes, ductores, tribunos & militū magistros: verùm hæc tanto sunt illis honestiora & magis reuerenda, vt illa fabulę sint & ludicra. Simul àc enim pauimenta calcaueris, ad cælum mentem locus transmiserit, & ad supernum regem & illum angelorum exercitū & sublimē thronum, & inacceſsibilē gloriam. Et hīc quidem regnans alicui subiecto præcipit, vt hunc quidem soluat, illum verò liget: sanctorum aūt ossa non hanc habent miserabilem & abiectam potestatem, sed illa multo maiorē. Dęmonas enim sistunt & torquēt, & vinctos ab illis soluunt sæuissimis vinculis. Quid hoc foro magis reuerēdum, cùm videatur nemo, nemo dęmonis instet lateribus, voces sentiuntur & lacerationes, flagella, tormentaq̄, ac linguę ardentes, terribilem illam vim dęmone nō ferente? Et corpus induti, incorporeas opprimunt potestates. Et cinis & ossa, & fauilla inuisibiles illas potestates dilaniant. Itaq̄ quō regias quidē aulas videat, nullus vnq̄ peregrinat⁹ fuerit. multi verò reges plerunq̄ huius spectaculi gratia pegrinati sunt. Futuri nanq̄ iudicij vestigia & signa sanctorum ædes exhibent, vbi dæmones flagellantur, corriguntur homines & liberantur.

Reliquiæ Sctorū dæmonas torquent.

Peregrinationes ad Sanctorum sepulcra.

11. EPHRAEM in sermone de sanctis martyribus: Precamur beatissimi martyres, q, ꝓ Dño saluatore, proq̄ illius charitate spōtè & impigrè tormēta subistis, atq̄ ideò familiariùs Dño coniuncti estis, vt ꝓ nobis miseris & peccatoribus, & negligētię squalore sordentibus Dñm interpellare dignemini, vt supueniat in nos gratia Chri, q̄ corda nostra radio sanctę charitatis illustret, vt ipsum toto corde diligere possimus. Vos nēpe verè beati atq̄ glorioſi estis, quos angeli & hoīes pari cōsensu beatos p̄dicant. Et circa finē: Nunc igit ô beatissimi viri, ô gloriosissimi martyres Dei, me miserū vestris iuuate precibus, vt in illa hora misericordiam cōsequar, quādò manifesta erūt occulta hoīm. Et post pauca: Ego itē imbecillis accepto vestris meritis ac precibus robore, cecini tota deuotiōe animi ante sanctas reliqas vestras hymnum vestræ laudis & gloriæ. Pro me igitur misero ante thronū maiestatis adsistite, vt vestris precibus saluari merear, ac vobiscum æterna beatitudine perfrui.

Oratio ad S. Martyres, vt eorum precibus adiuuetur.

1. Cor. 4.

12. HIERONYMVS in Epitaphio Paulę viduę, ad Eustochiū epistola vigesimaseptima: Nō mœrem⁹ q̄ talē amisim⁹, sed gratias agimus q̄ habuimus, immò habemus. Deo eī viuūt oīa: & qdquid reuertitur ad Dñm, in familię numero cōputatur. Quanq̄ amissio illius, cęlestis domus habitatio sit: q̄ quandiù in corpore fuit, pegrinata est à Dño. Et postea describēs eiusdē pegrinationē ꝑ terrā sanctā, Indè

Deo viuunt Sancti.

2. Cor. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dè diuertẽs, inqt, vidit duodecim Patriarcharũ sepulcra & Sebastẽ, id est, Samariam, q̃ in honorem Augusti ab Herode Grẽco sermone Augusta est nominata. Ibi siti sunt Elisæus, & Abdias Prophetæ, &, quo maior inter natos mulierũ nõ fuit, Ioãnes Baptista. Vbi multis intremuit cõsternata mirabilibus: Nanq; cernebat varijs dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulcra Sanctorũ vbulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonũ, sibilare serpentum, mugire taurorũ, alios rotare caput, & post tergum terrã vertice tangere: &c. miserebatur omniũ, & per singulos effusis lachrymis CHRISTI clementiã deprecabatur. Et in fine: Vale ô Paula, & cultoris tui vltimã senectutẽ orationibus iuua. Fides & opera tua CHRISTO te sociant: præsens, facilius quod postulas, impetrabis.

Apud sepulcra sanctorũ dæmones torquentur.

Invocat Paulam Hieronymus.

Præsens Christo, facilius impetrabit.

13. AVGVSTINVS in libro de cura ꝓ mortuis gerenda, capite quarto: Prouisus sepeliendis corporibus apud memoriã Sanctorũ locus, bonę affectiõis humanę est erga funera suorum: quoniã si nõnulla religio est vt sepeliantur, nõ potest nulla esse, quãdò vbi sepeliantur, attenditur. Sed cùm talia viuorum solatia requirũtur, quibus eorum pius in suos animus appareat, non video, quæ sunt adiumẽta mortuorũ, nisi ad hoc, vt dum recolũt vbi sint posita eorũ ꝗs diligunt corpora, eisdẽ sanctis illos tanquã patronis susceptos apud Dñm adiuuãdos orãdo cõmendẽt. Quod quidẽ facere possent, etiã si talib⁹ locis eos hũare nõ possent. Cũ itaq; recolit anim⁹, vbi sepultũ sit charissimi corp⁹, & occurrit locus noĩe martyris venerabilis, eidẽ martyri animã dilectã cõmẽdat recordãtis & precãtis affect⁹.

Defunctorũ animæ sanctis commendantur tanq̃ patronis.

14. Idẽ libro septimo de baptismo cõtra Donatistas, capite primo: Beatus Cyprianus quidem iam corpore quod corrumpitur, nõ aggrauãte animã, nec deprimente terrena inhabitatione sensum multa cogitantem, sereniùs perspicit veritatem, quam meruit adipisci per charitatem. Adiuuet itaque nos orationibus suis in istius carnis mortalitate, tanquã in caliginosa nube laborantes, vt donante Domino, quantùm possumus, bona eius imitemur.

Sap. 9.

Invocat S. Cyprianum B. Augustinus.

15. BERNARDVS sermone 66. in Cãtica Canticorũ: Videte dectores, videte canes. Irridẽt nos ꝗa baptizamus infantes, ꝙ oramus ꝓ mortuis, ꝗ Sanctorũ suffragia postulamus. In omni genere hoĩm atq; in vtroq; sexu festinãt, ꝓscribere Christũ, in adultis & paruulis, in viuis & mortuis. Hinc quidẽ infantib⁹ ex impossibilitate naturæ, indè verò adultis ex difficultate cõtinẽtię ꝓscribẽtes. Porrò mortuos viuẽtiũ fraudãtes auxilijs, viuẽtes nihilominùs Sãctorũ q̃ decessorũt, suffragijs spoliãtes. Absit: Non relinquet Dñs plebẽ suam, quæ est

Hæretici Catholicos etiamnũ hodiè irridẽt quòd baptizent infantes, orent pro mortuis, & Sanctorum postulẽt suffragia.

Psal. 94

est sicut arena maris: nec contentus erit paucitate hæreticorum, qui omnes redemit. Neque enim parua, sed planè copiosa apud Deum redemptio. Quãtus verò numerus istorum ad magnitudinem precij? Se magis precio fraudant, q̃ ipsum euacuare conãtur. Et paulò pòst: Vincentium preces & hostias mortui q̃ opùs habebũt & digni erunt, mediãtibus percipient angelis: & eorũ qui iam peruenerunt, viuentibus adhuc nequaquàm solatia deerunt per Deũ, qui vbiquè est, & in Deo nusquàm affectu charitatis absentium.

Psal. 129.

Beatorũ solatia viuis non deerunt.

16. THEODORETVS Cyrensis Episcopus de Græcarum affectionum curatione libro octauo, qui est de Martyribus: Hi sunt igitur verè hominum duces, principes, propugnatores, custodes, per quos à nobis infortunia auertuntur, procul⁹q; arcentur, quæ à dæmonibus inferuntur mala. Et sub finem: Martyrum templa conspicua cernuntur, magnitudineq; præstantia, omni præterea ornatus genere variata, splendoremq; quodammodò pulchritudinis suę latè fundentia. Neq; verò ad hæc per annum semèl, aut bis, aut quinquiès aduentamus: sed in eis sępenumerò dies festos peragimus, sępè diebus singulis eorum martyrũ Domino laudes hymnosq; cantamus. Quiq; homines prospera sunt valetudine, cõseruari eam sibi à martyribus petunt: qui verò ægritudinem aliquam patiuntur, sanitatem exposcunt. Insũpèr & steriles viri & mulieres, dari sibi filios petunt: Qui verò parentes sunt, integra sibi & propria custodiri quæ consequuti sunt dona. Item qui peregrè aliquò proficiscuntur, petunt martyres sibi comites esse in via, vel potiùs itineris duces. Qui verò iam sospites rediẽrunt, gratias agunt, acceptum beneficiũ confitentes. Non qui se ad deos accedere arbitrentur, sed qui orent Dei Martyres tanquàm diuinos homines, intercessoresq; sibi eos apud Deum aduocent ac precentur. Piè verò fideliterq; precatos ea maximè consequi quæ desiderant, testantur illa, quæ votorum rei dona persoluunt, manifesta nimirùm adeptę sanitatis indicia. Nam alij quidem oculorum, alij verò pedum, alij porrò manuum simulacra suspendunt ex argento auróve confecta. Gratissimè nanq; accipit eorum Dominus qualiacunq; sunt dona: nec exigua, nec vilia dedignatur, quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hęc itaq; omnium spectaculo exporrecta, testantur morborum depulsionẽ, cuius ipsa certissima signa sunt, à sanitatẽ cõsequutis allata. Hęc inquam sepultorum ibi Martyrum quę sit virtus, ostendunt. Martyrũ autem virtus, quem ipsi coluerunt Deum, verum esse Deũ declarat.

Martyres sint hostm duces, ꝓpugnatores & custodes.

Tẽpla martyrũ q̃ sunt illustria, & quo modo à fidelibus frequẽtentur.

Implorãtur à fidelibus auxilia martyrum.

Non inuocãtur martyres tanq̃ dij, sed tanq̃ aduocati & intercessores.

Nota vsum suspendendi ad memorias martyrũ imagunculas, accepta beneficia significantes.

Virtus Sãctorum, Dei gloriã illustrat.

17. IDEM Theodoretus in Philotheo siue in historia sanctorũ Pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theodoretus sanctorū preces postulat, quorū vitas scripturus est

trum, vita prima quæ est Iacobi Nisibensis Hoc mihi quoq; in præsentia opùs est auxilio, qui conor eorum vitam scribere sanctorū, q̄ parùm ante nos & nostris temporibus claruêre, & velutì quasdam leges ijs qui imitari volent, velim ꝓponere. Horum ergò sunt preces inuocādæ, & incipiendū est narrare. Et in fine: Hęc cùm de viro diuino recensuerim, ad aliā transibo narrationē, rogās vt cōsequar eius benedictionē. Deindè in vita secunda, q̄ est Iuliani Sabę, in fine: Ego autem hic de eo sistens orationē, transibo ad alium, rogās sanctos qui in hanc ingrediuntur narrationem, per suam intercessionē mihi supernā conciliare beneuolentiam. Item vita tertia, q̄ est Marciani, in fine: Rogo & quęso, vt per horum omnium intercessionem diuinum cōsequar auxilium. Similiter vita quarta, quę est Eusebij, in fine: Rursus est addēda, quę illinc capitur, vtilitas, cùm horū magnorum virorum benedictionis rogauerimus vt simus participes. Et in fine quę vitę quę est Publij: Planè scio, quòd si eorū memoriam fecero in hominibus, futurū sit, vt ij quoq; mei meminerint apud Deum vniuersorum. Iterū in calce vitę sextę, q̄ est Simeonis Prisci: Ego aūt nunc oro, vt quā dare potest, eius cōsequar intercessionē: & scio me consecuturū. Omninò enim dabit petitionē, imitans Dñi benignitatem. Rursus in vita septima, q̄ est Palladij: Mihi aūt quoq; detur cōsequi auxiliū, qui eorum memoria linguā sanctificaui. Pręterea in octaua, q̄ est Aphraatis: Oro quoq;, vt eius consequar intercessionē. Iterùm in vita nona, q̄ est Petri: Ego autē cuius, dum adhuc esset superstes, percepi benedictionem, ea vt nūc quoq; fruar precatus, finem imponam huic narrationi. Item in decima, q̄ est Theodosij. Rogo, vt eius quoq; cōsequar benedictionē. Et in vndecima, q̄ est Romani: Cùm hinc itaq; benedictionē mihi conciliauero, aliorū quoq; athletarū res gestas narrabo. Rursus in vita duodecima, q̄ est Zenonis: Ego aūt cùm eum, vt pro me ad Dñm intercedat, orauero, me ad aliā conuertā narrationē. In decimaquarta, q̄ est Męsymę: Cuius ego vtinàm ad aliquā saltē partē exiguā sustollar eorū adiutus precibus. In decimaquinta, q̄ est Acepsemę: Cuius verbis & operibus instructi, vtinàm eius etiam precibus adiuti, cælesti vocatione digni efficiamur in Christo Domino nostro. In decimaoctaua, quæ est alterius Eusebij: Ego autem rogo, vt illam cōsequar intercessionem, quam hucusq; percepi, dum esset adhuc superstes. Credo enim eum viuere, & habere puriorē ad Deum fiduciā. Item vigesima vita, quæ est Maris: Cùm itaq; nunc orauero, vt eius cōsequar auxilium, imponam finem narrationi. Et in vigesimaprima, quæ

Iacobū inuocat.

Iulianū Sabā inuocat, ac in sequentibus vitis reliquos

Sancti viuūt, & puriorē habent ad Deū fiduciam.

quæ est Iacobi alterius. Nostram imbecillitatem sustentet ac suffulciat suis orationibus, vt cōfirmati, multas quas alij in nos cōsecuti sunt victorias, eis eripiamus, & victores è vita excedamus. Et in vigesimaseptima Baradati: Mihi autem detur, vt eorū suffultus precibus, non sim procùl ab hoc monte, sed paulatim conscendam, & me eorum cōtemplationis voluptate expleam. Deindè in vigesima octaua Thalelæi: Horum sanctorum martyrum concedatur intercessionibus, vt nos ab his adiuti, simus vehementes amatores certaminum philosophiæ. Demùm in trigesima & vltima, quę est Domninę: Eos obsecro, quorum vitam conscripsi, nè me despiciant ꝓcul degentem ab illorum spiritali chorea: sed trahant infrà iacentē, & ad virtutis tollant altitudinem, & suo choro coniungant, vt non solùm laudem alienas diuitias, sed ipse etiam habeam āliquā laudis occasionem, & facto & verbo & cogitatione glorificans seruatorem vniuersorum.

18. Prudētius in libro q̄ inscribitur περὶ στεφάνων, siue de Coronis, hymno primo, in Hemiterium & Cheledonium Calagurritanos.

Peregrinatio ad martyrum sepulcra.

Illitas cruore sancto nunc arenas incolæ
Confrequentant, obsecrantes voce, votis, munere.
Exteri, necnon & orbis huc colonus aduenit:

Patroni mundi.

Fama nam terras in omneis præcucurrit proditrix,
Heic patronos esse mundi, quos precantes ambiant.
Nemo puras heic rogando frustrà congesit preces:

Impetrantur postulata.

Lætus hinc tersis reuertit supplicator fletibus,
Omne, quod iustum poposcit, impetratum sentiens.
Tanta pro nostris periclis cura suffragantium est,

Sancti audiūt preces nostras.

Non sinant, inane vt vllus voce murmur fuderit:
Audiunt, statimq; ad aurem Regis æterni ferunt.
Indè larga fonte ab ipso dona terris influunt:
Supplicum causas petitis quæ medelis irrigant.
Nil suis bonis negauit Christus vnquàm testibus.

IDEM Prudentius in libro περὶ στεφάνων, hymno secundo in diuum Laurentium, sub finem:

Quæ sit potestas credita,
Et muneris quantum datum,

Rogatus annuit Laurentius.

Probant Quiritum gaudia,
Quibus rogatus annuis.

Impetrāt orātes quod postulant.

Quod quisque supplex postulat,
Fert impetratum prosperè:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Poſcunt,litantur,indicant,
Et triſtis haud vllus redit.
Ceu præſtò ſemper adſies,
Tuosq; alumnos vrbicos
Lactante complexus ſinu,
Paterno amore nutrias.
Hos inter,ô CHRISTI decus,
Audi poëtam ruſticum,
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem ſua.
Indignus,agnoſco & ſcio,
Quem CHRISTVS ipſe exaudiat:
Sed per patronos martyres
Poteſt medelam conſequi.
Audi benignus ſupplicem
CHRISTI reum Prudentium,
Et ſeruientem corpori,
Abſolue vinclis ſeculi.

Inuocat S. Laurentium.

Per patronos martyres ij q indigni ſunt à Chriſto audiri, medelã eõſequuntur.

ET in hymno tertio eiuſdẽ libri in Eulaliam virginem Luſitanam:

Iſta comantibus è folijs
Munera virgo, puerq; date:
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Vilia,marcida,feſta tamen.
Sic venerarier oſſa libet,
Oſsibus altar & impoſitum:
Illa DEI ſita ſub pedibus
Proſpicit hæc,populoq; ſuos
Carmine propitiata fouet.

Sancti proſpiciunt noſtra.

ITEM hymno quarto in decem & octo Cæſarauguſtanos:

Hæc ſub altari ſita ſempiterno,
Lapſibus noſtris veniam precatur
Turba, quam ſeruat procerum creatrix
Purpureorum.
Nos pio fletu,date,perluamus
Marmorum ſulcos,quibus eſt operta
Spes, vt abſoluam retinaculorum
Vincla meorum.
Sterne te totam generoſa ſanctis
Ciuitas mecum tumulis: deindè

Veniã precãtur martyres noſtris lapſibus.

Inuocatio.

Mox reſurgenteis animas,& artus
Tota ſequéris.

DEINDE hymno quinto in Vincentium Cæſarauguſtanum:

Adeſto nunc, & percipe
Voces precantum ſupplices,
Noſtri reatus efficax
Orator ad thronum Patris.
Per te,per illum carcerem,
Honoris augmentum tui,
Per vincla,flammas,vngulas,
Per carceralem ſtipitem.
Per fragmen illud teſteum,
Quo parta creuit gloria.
Per quem trementes poſteri
Exoſculamur lectulum:
Miſerere noſtrarum precum,
Placatus vt Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omneis imputet.
Si ritè ſolennem diem
Veneramur ore & pectore,
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur:
Pauliſper huc tu illabere,
Chriſti fauorem deferens,
Senſus grauati vt ſentiant
Leuamen indulgentiæ.

Inuocat S. Vincentium.

ITEM hymno nono in Caſsianum Forocornelianum:

Suggere,ſi quod habes iuſtum vel amabile votum,
Tibi ſi qua ſpes eſt, ſi quid intùs æſtuas.
Audit,crede,preces martyr proſperrimus omneis,
Ratasq; reddit quas videt probabileis.
Pareo,complector tumulum, lachrymas quoquè fundo:
Altar tepeſcit ore,ſaxum pectore.
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris:
Tunc,quod petebam,quod timebam,murmuro:
Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam,
Et ſpem futuri ſorte nutantem boni,
Audior,vrbem adeo,dextris ſucceſsibus vtor,

Audit preces noſtras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domum reuertor, Cassianum prædico.

PRAETEREA in eodem libro Peristophanon, hymno decimo in Romanum Antiochenum:

Inuocat Romanum.

Romane, CHRISTI fortis assertor Dei,
Elinguis oris organum fautor moue:
Largire comptum carmen infantissimo:
Fac vt tuarum mira laudum concinam:
Nam scis & ipse posse mutos eloqui.

Et post medium:

Puerum iam-iam martyrio coronandum orat mater vt ei patronus fiat.

Puerum poposcit carnifex: mater dedit,
Nec immorata est fletibus: tantùm osculum
Impressit vnum. Vale, ait, dulcissime,
Et cùm beatus regna CHRISTI intraueris,
Memento matris iam patrone ex filio.

In fine verò:

Sanctorum intercessio.

Vellem, sinister inter hœdorum greges
Vt sum futurus, eminùs dignoscerer,
Atq; hoc precante, diceret rex optimus:
Romanus orat: transfer hunc hœdum mihi:
Sit dexter agnus, induatur vellere.

In Hippolytum ad Valerianum Episcopum, hymno vndecimo:

Mira loci pietas, & prompta precantibus ara:
Spes hominum placida prosperitate iuuat.
Heic corruptelis animiq; & corporis æger
Precantes exaudit Hippolytus ex Christi munere.
Oraui quoties stratus, opem merui.
Quòd lætor reditu, quòd te venerande sacerdos,
Complecti licitum est, scribo quòd hęc, eadem
Hippolyto scio me debere: Deus cui CHRISTVS
Posse dedit, quod quis postulet, annuere.

IN Cyprianum Carthaginensem, hymno decimotertio eiusdem libri περὶ στεφάνων:

Sancti in cælo degentes, nostris etiã rebus intersunt.

Desine flere bonum tantum. tenet ille regna cæli,
Nec minùs inuolitat terris, nec ab hoc recedit orbe:
Disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat.
Nec Libyæ populos tantùm regit, exit vsque in ortum
Solis, & vsque obitum. Gallos fouet, imbuit Britannos,
Præfidet Hesperiæ, Christum serit vltimis Iberis.
Ex cælo dona dant patroni.
Deniquè doctor humi est, idem quoq; martyr in supernis.
Instruit heic homines, illinc pia dona dat patronus.

IN

IN eodem libro, hymno decimoquarto in Agnetem virginem Romanam:

Auxilium & beneficia S. Agnetis.

Agnis sepulcrum est Romulea in domo
Fortis puellæ, martyris inclytæ.
Conspectu in ipso condita turrium.
Seruat salutem virgo Quiritium.
Necnon & ipsos protegit aduenas,
Puro ac fideli pectore supplices.

Et sub finem:

Inuocat Agnetem.

O virgo felix, ô noua gloria,
Cœlestis arcis nobilis incola,
Intende nostris colluuionibus
Vultum gemello cum diademate:
Cui posse soli Cunctiparens dedit,
Castum vel ipsum reddere fornicem.
Purgabor oris propitiabilis
Fulgore, nostrum si iecur impleas.
Nil non pudicum est, quod pia viuere
Dignaris, almo vel pede tangere.

19 SEPTIMA Synodus generalis quæ est secunda Nicena, actione sexta, in fine: Cum timore Dei omnia agamus, postulantes intercessiones incontaminatæ Deiparæ & semper virginis Dominæ nostræ Mariæ, item sanctorum angelorum, omniumq; sanctorum, Salutantes & venerandas illorum reliquias, vt nos sanctitudinis eorum fiamus participes. Sic enim reddemur perfecti in omne opus bonum in CHRISTO IESV Domino nostro.

Postulanda intercessio B. virginis, Angelorum, & omnium Sanctorum.

Reliquiæ Sãctorum honorandæ.

E. 1. AVGVSTINVS libro decimo de ciuitate Dei, capite primo: vt suprà quæstione septima, B.

2. IDEM libro vigesimo contra Faustum Manichęum, capite vigesimoprimo, vt suprà eodem in loco.

3. ITEM libro octauo de ciuitate Dei, capite vigesimoseptimo: Nec tamen nos eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia constituimus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sanè memorias eorum tanquàm sanctorum hominum Dei, qui vsq; ad mortem suorum corporũ pro veritate certárunt, vt innotesceret vera religio, fallis religionibus fictisq; conuictis: quod etiã si qui anteà sentiebant, timendo reprimebãt. Quis autem audiuit aliquandò fidelium, stantem sacerdotẽ ad altare etiã super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumq; constructum,

Martyribus nõ sacrificamus aut diuinos honores tribuimus.

Cur eorum memorias honoramus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacrificium Missæ nō offertur Sāctorum cuiquā.

ctum,dicere in precibus:Offero tibi sacrificiū Petre,vel Paule,vel Cypriane,cùm apud eorum memorias offeratur Deo,qui eos & homines & martyres fecit,& sanctis suis angelis cælesti honore sociauit: vt ea celebritate,& Deo vero de illorum victorijs gratias agamus,& nos ad imitationem talium coronarum atq; palmarum eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoriæ renouatione adhortemur?Quæcunq; igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum tanquàm deorum.Quicūque etiàm epulas suas eò deferunt, quod quidem à Christianis melioribus non fit, & in plerisque terrarum nulla est talis consuetudo: tamen quicunque id faciunt, quas cùm apposuerint,orant,& auferunt, vt vescantur: vel ex eis etiàm indigentibus largiantur, sanctificari ibi eas volunt p merita martyrum in nomine Domini martyrum.Non autem ista esse sacrificia martyrum nouit, qui nouit vnū, quod Deo illic offertur,sacrificium Christianum.

Honor martyrum.

Sanctificatur cibus per merita martyrū.

Sacrificium Christianorum.

1. F. Conciliū Tridentinum sessione vigesimaquinta in decreto de inuocatione,veneratiōe,& reliquijs sanctorum, & sacris imaginibus:Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, & cæteris docēdi munus curamq; sustinentibus, vt iuxta Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ vsum à primæuis Christianæ religionis temporibus receptum,sanctorumq; Patrum cōsensionem, & sacrorum Conciliorū decreta,in primis de Sanctorum intercessione, inuocatione, Reliquiarum honore,& legitimo imaginum vsu, fideles diligenter instruant, docentes eos,Sanctos vnà cum Christo regnantes,oratiōes suas pro hominibus Deo offerre: bonum atque vtile esse suppliciter eos inuocare:& ob beneficia impetranda à Deo per filium eius IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, qui solus noster redēptor & Saluator est,ad eorum orationes, opem, auxiliūmque confugere:illos verò qui negant Sanctos,æterna felicitate in cælo fruētes,inuocandos esse:aut qui asserunt,vel illos pro hominibus non orare.vel eorum,vt pro nobis etiam singulis orent, inuocationem esse idololatriam,vel pugnare cum verbo Dei, aduersariq; honori vnius mediatoris Dei & hominum IESV CHRISTI: vel stultū esse, in cælo regnantibus voce vel mente supplicare: impiè sentire, &c.Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut senserit,anathema sit.

Ecclesiæ perpetuus vsus.

Sanctorum intercessio.

Inuocatio.

Implorare eorū auxiliū.

Impiè sentiunt illi, q̄ intercessionem & inuocationem Sanctorum negant.

Anathema Hagiomachis.

2. CHRYSOSTOMVS homilia secūda in Psalmū quinquagesimum:Videtis charissimi,quanta est pœnitentiæ virtus, & conuersi-

uersionis ad Deum ab operibus malis?Hic enim sanctus Dauid non solùm cùm in corpore esset,placuit Deo: sed & post mortem suam viuis inuenitur præstitisse grande solatium. Contigit nanque Ezechiæ regi, inimicas in temporibus Iudæorum gentes circunuallāsse Hierosolymā. Et cùm esset Ezechias iustus vir,rogauit Deum:& prostratus, lachrymis deprecabatur, vltionem de aduersarijs postulans.Venit ad eum Esaias propheta,& dicit: Nè putaret ille, quia iustitia sua exauditus est: & certè iam defecerat Dauid, & habebat multos annos requiescens.Quid ergò dicit ei?Protegam hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid seruum meum. Dauid mortuus est, & merita eius vigent.O rem admirādam,ô ineffabilis clementia Dei: homo mortuus viuo patrocinatur:ô iustorum & post consummationem inexpugnabilis pugna virorum.

Sancti post mortē viuentibus ꝓsunt.

4. Reg. 19. Esa. 37.

Dauidis mortui merita vigent.

3. IDEM homilia vigesimaseptima in Matthæum: Adeò post illa vulnera Dauid refulsit,sic se à maculis abluit, ità mundum effecit animum, vt vel mortuus peccantibus posteris suis succurrerit: & quod de Abraham,id quoquè de Dauid Deum dixisse scriptura testatur, immò verò multo magis de Dauid.De Abraham enim scriptum est:Recordatus sum testamenti mei quod erat ad Abraham: hîc verò non dicit testamenti, sed propter Dauid seruum meum protegam ciuitatem hanc.

Mortuus Dauid peccantibus succurrit.

Exod. 6.

4. Reg. 19. Esa 37.

4. ITEM homilia quadragesimasecunda in Genesim:Aliorū virtus multorum tegere valet malitiam.Multa enim Domini bonitas est,& sæpè solet etiam propter paucos multis dare salutem.Et quid dico,propter paucos iustos?Sæpè quandò non inuentus est in præsenti vita iustus,propter defunctorum virtutem, viuentium miseretur & curam habet:vndè clamat,dicens:Protegam ciuitatem hāc propter me,& propter Dauid puerum meum. quasi diceret: Licèt ipsi indigni sint,& nullam salutis habeant occasionem: verùm quia solitus sum misericorditer agere,& ad miserādum promptus sum, propter meipsum faciam,& propter puerum meum Dauid: & qui ante tot annos è vita migrauit,hic author sit salutis his qui sua sese perdiderant desidia.

Propter defunctos iustos miseretur Deus viuentium.

4. Re. 19. & 20.

5. ET in sermōe de virtutibus & vitijs: Quandò Deus viuos homines, quibus loquendi fiducia sit,quiq; peccatores restituere possit,nullos prorsus inuenerit, tum verò ad mortuos ille profugiens: per eos,inquit,peccata remitto.Quo modo enim fatur? Hanc ego, inquit,mea ipse gratia tutor vrbem, Dauid etiam filij mei causa, q̄ ab hac iampridem vita decessit.Aspice Sanctorum quāta sit virtus.

Propter mortuos iustos miseretur Deus.

1. Re. 19. & 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctorum virtus etiam in vestibus, reliquijs, & alijs rebus, quibus vsi fuere, elucescit. 4 Re 2. Dá 3. 4 Reg. 6. Exo 14. & 17. Act. 19. & 5.

Neque enim sua verba tantùm aut corpora, sed ipsa etiam corporis tegmina, semper omni sunt possessione augustiora. Heliæ siquidem leonina pellis Iordanem discindere fecit. Trium puerorũ calcei per ignes ambulárunt. Elisæi lignum potuit vndarum mutare naturã, quas quidem superficie sua quasi tergo ferrum sustinere cogit. Moyses virga mare rubrum dehiscere iussit, petram disrumpere valuit. Pauli vestes morbos fuderunt, Petri vmbræ mortem fugárunt. Sanctorum martyrum cinis improbos dæmones expulit. Summa igitur cum potestate omnia faciunt, sicut Helias.

Cinis Martyrum dæmões expulit.

1. B. AMBROSIVS in libro de viduis, vt ẽ hac eadẽ q̃stione, D.

Martyres patroni Regum supplicantiũ

2. IDEM in caput vigesimumprimum Lucæ: Mortuis regibus, in perpetuum Martyres regnum cælestis gratiæ honore succedunt: & illi fiunt supplices, hi patroni.

Experientia de Sanctorũ auxilio & beneficijs.

3. LEO Magnus sermone primo in natali Apostolorum Petri & Pauli: Sicut & nos experti sumus, & nostri probauêre Maiores, credimus atque confidimus, inter omnes labores istius vitæ, ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos, vt quantũ proprijs peccatis deprimimur, tantum Apostolicis meritis erigamur.

Ioan. 21. B. Petrus adhuc officium pastoris auxilio & orationibus exercet.

4. ET sermone secundo de eisdem: Post resurrectionem suam Dominus beato Petro Apostolo post regni claues, ad trinã æterni amoris professionem, mystica insinuatione ter dixit: Pasce oues meas: quod & nunc proculdubiò facit, & mandatum Domini pius pastor exequitur, confirmans nos exhortationibus suis, & pro nobis orare non cessans, vt nulla tentatione superemur. Si autem hanc pietatis suæ curam omni populo Dei, sicut credendum est, vbiquè prændit, quanto magis alumnis suis opem suam dignatur impendere, apud quos in sacro dormitiõis toro eadem qua præsedit, carne requiescit?

Romæ vrbis curã gerit spe cialem.

5. IDEM sermone primo in anniuersario die assumptionis suæ ad Põtificatum: Nec abest, vt cõfido, ab hoc cœtu etiã beatissimi Apostoli Petri pia dignatio & fida dilectio: nec vestrã deuotionẽ ille deseruit, cuius nos retinẽtia cõgregauit. De vestro itaq; & ipse gaudet affectu, & in consortibus honoris sui obseruantiam Dominicæ institutionis amplectitur, probans ordinatissimã totius Ecclesiæ charitatem, q̃ in Petri sede Petrũ susc ipit, & à tanti amore pastoris nec in persona tam imparis tepescit hæredis.

B. Petri præsentia.

Petri meritis, cura, & auxilium in administratione

6. ITEM in sermone secundo: Petrus nunc pleniùs & potentiùs ea, q̃ sibi commissa sunt peragit, & omnes partes officiorum atq; curarũ in ipso & cum ipso, per quẽ est glorificatus, exequitur. Si quid itaque

Pontificiæ dignitatis.

itaque à nobis rectè agitur rectèq; discernitur, si quid à misericordia Dei quotidianis supplicatiõibus obtinetur, illius est operũ atq; meritorum, cuius in sede sua viuit potestas & excellit authoritas.

B. Petri cura & auxilium.

7. ET sermõe tertio in eodem anniuersario: IESVS CHRISTVS tantam potentiam dedit ei, quem totius Ecclesiæ principem fecit: vt si quid etiam nostris temporibus rectè per nos agitur rectèq; disponitur, illius operibus, illius sit gubernaculis deputandum, cui dictum est: Et tu conuersus, confirma fratres tuos. Et cui post resurrectionem suam Dñs ad trinam æterni amoris professionem mystica insinuatione ter dixit: Pasce oues meas. Quod nunc quoq; ꝓculdubiò facit, & mãdatum Dñi pius pastor exequitur, cõfirmans nos cohortatiõibus suis, & ꝓ nobis orare non cessans, vt nulla tentatiõe superemur. Si autem hanc pietatis suę curam omni populo Dei, sicut credendum est, vbiquè prætendit, quanto magis nobis alumnis suis opem suam dignatur impẽdere, apud quos in sacro beatæ dormitionis toro eadem qua resedit, carne requiescit.

Luc. 22. Ioann. 21.

Orare non cessat.

8. PAVLINVS Nolanus in carmine ad Cytherium de naufragio Martiniani, dum refert quemadmodùm beatus Felix eundem à graui periculo liberauit:

In ora lapsus, ora non lędit sua:
In saxa fusus & rubos,
Nec sente vultum, nec lapide artus contudit,
Felicis exceptus manu.
Qui iam pròpinquantem ædibus fratrem suis,
Non passus occursu mali
Suis periculum in finibus capessere,
Hostem remouit inuidum,
Et hunc fidelis compotem voti, suis
Confessor induxit locis.
Nostrisq; iuxtà sedibus gratum intulit
Felix patronus hospitem.

B. Felix Nolanus ciui suo opem tulit.

9. IDEM Paulin⁹ in vita & miraculis sancti Felicis martyris Nolani, q̃plurima habet, quę tum ad sanctorũ inuocationẽ, intercessionem, venerationem, & potestatem stabiliendam faciunt, tum ad reliquiarũ sanctarum honorem & commendationem: ex quibus pauca subijcimus. Ait igitur in natali secundo:

Et maria intraui duce te, quia cura pericli
Cessit amore tui: nec te fine nam tua sensi
Præsidia, in Domino superans maris aspera Christo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Semper ego, & terris te propter tutus & vndis.
Inuocat S. Felicem Paulinus. Sis bonus ô felixq; tuis, dominumq; potentem
Exores: liceat placati munere Christi
Post pelagi fluctus, mundi quoq; fluctibus actis
In statione tua placido consistere portu.
Hoc bene subductam religaui littore classem:
In te cõpositæ mihi fixa sit ancora vitæ. *vt in natali tertio:*
Inuocatio eiusdem. Nunc precor æterna nobiscum pace serenum
Posce diem: hoc iterùm liceat gaudere reuerso.
Annuaq; hîc & vota tuis & carmina festis,
Reddere placati tranquillo numine CHRISTI.
Hic amor, hic labor est nobis: hæc vota tuorum
Suscipe, commendaq; Deo, vt cùm sedula cura
Seruitium nostrum longo tibi penderit æuo,
Tunc demùm placidos pietate laboris alumnos
Absoluas mittente manu, positasq; tuorum
Ante tuos vultus animas, vectare paterno
Nè renuas gremio, Domini fulgentis ad ora:
Quem bonitate pium, sed maiestate tremendum,
Exora, vt precibus plenis meritisq; redonet
Debita nostra tuis: cùm tu quoquè magna piorum
Portio, regnantem Felix comitaueris agnum:
Posce ouium grege nos statui, vt sententia summi
Iudicis hoc quoq; nos iterùm tibi munere donet,
Nè malè gratatis læuos adiudicet hœdis,
Sed potiùs dextræ positos in parte salutis,
Munifico pecori laudatis aggreget agnis. *In natali sexto:*
Eccè vides tumulum sacra martyris ossa tegentem,
Et tacitum obtecto seruari marmore corpus.
Membra latent positi, placida caro morte quiescit,
In spem non vacuam rediuiuæ condita vitæ.
Reliquiarum virtus & honor. Vndè igitur tantus circunstat limina terror?
Quis tantos agit huc populos? quænam manus vrget
Dæmonas? inuitosq; rapit? frustraq; rebelli
Voce reclamantes compellit aduscq; sepulcrum
Martyris, & sancto quasi fixos limine sistit?
Præsidet suis reliquijs. ET quibusdam interiectis:
Præsidet ipse suis sacer ossibus: ossaq; sancti
Corporis in tumulo non obsita puluere mortis,

Arcano

Arcano æternæ sed prædita semine vitæ,
Reliquiarum virtus. Viuificum spirant animæ victricis odorem,
Quo medicinã potens datur exorantibus ægris.
Quanta resurgentis virtus & gloria cinget,
Coniectare licet, cùm gratia tanta sepultos
Ambiat: & quanto rediuiua decore micabunt
Corpora, in obscuris cùm sit lux tanta fauillis?
Quid nobis minimis horum præstare coronæ
Sufficiunt, quorum & cineres dant commoda viuis?
Cernere sæpè iuuat varijs spectacula formis
Mira salutantum, & sibi quæque accommoda votis
Poscentum. videas etiam de rure colonos
Pecora ægra ad Sanctorũ sepulcra induci solita. Non solùm gremio sua pignora ferre paterno,
Sed pecora ægra manu sæpè introducere secum,
Et sancto quali conspicuo mandare licenter:
Moxq; datam sua confisos ad vota medelam
Experto gaudere Deo, & iam credere sana,
Et verè plerunquè breuì sanata sub ipso
Limine, læta suis iumenta reducere tectis.

RVRSVM in Natali octauo:

Concurramus ad hunc spe conspirante patronum,
Refugium ad sanctos. Suscipiat nostras placida pietate querelas,
Et dum natalem ipsius celebramus ouantes,
Ille preces nostras meritis pius adferet altis,
Inq; vicem flebit nobis, quia mente dicata
Nos ipetamur ei. non est cura hæc noua sanctis,
Non est insolitum sanctis, orare p peccatoribus. Exorare Deum pro peccatoribus ægris,
Vtq; boni meriti meritum superare siniſtrum.

ET paulò pòst: Sancte Deo dilecte, Dei tu dextera Felix,
Inuocat S. Felicem. Esto precor nobis tu munitissima turris.

DENIQVE natali nono:

Ergò tuos etiam Felix imploro parentes,
Iuuocat patriarchas, Apostolos, Prophetas, & martyres. Hîc quoquè ades mihi nunc, poscas & adesse vocatos,
Qui colitis lætos Paradisi cælitùs hortos,
Quiq; sub excelsa Domini requiescitis ara,
Pulcher Apostolici chorus agminis, & Patriarchûm
Gens prior, ambo chori procerum, quos agmine bino
Per duodena Deus signauit nomina Patres,
Gentibus & populis regnum ad cæleste vocandis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vos etiam ſancti ſupplex depoſco Prophetæ,
In noſtra qui carne Deum fore præcinuiſtis:
Vos quoquè corporibus cæſis & ſanguine fuſo
Occiſum & viuum teſtati martyres Agnum,
Omnes diuinis à fontibus vna propago,
Quos pius Abraham, ſacer Iſac, leuis Iacob
Progenuêre Deo per non numerabile ſemen,
Et biſidum meritis cæleſtibus atque caducis
Aequantes his aſtra poli, his telluris arenam.
Credo equidem vos officio pietatis ad iſtum
Vndiquè conueniſſe diem Felicis amore,
Vt confeſſoris ſocij celebretis honorem.

Vide Ambro. ſerm. 77. Natalitijdies ſanctorum celebrandi.

10. MAXIMVS Epiſcopus Taurinēſis, in natali ſanctorū Taurinorum martyrum, Octauij, Aduentitij, & Solutoris: Cùm omnium ſanctorum martyrum, fratres, deuotiſsimè natalem celebrare debemus, tum præcipuè eorum ſolennitas tota nobis veneratione curanda eſt, qui in noſtris domicilijs proprium ſanguinē profuderūt. Nam licèt vniuerſi ſancti vbiq; ſint, & omnibus proſint: ſpecialiter illi tñ pro nobis interueniunt, qui & ſupplicia pertulêre pro nobis. Et paulò pòſt: Cuncti igitur martyres deuotiſsimè percolēdi ſunt, ſed ſpecialiter ij venerandi ſunt à nobis, quorū religias poſsidemus. illi enim nos orationibus adiuuāt, iſti etiam adiuuāt paſsione. cum his aūt nobis familiaritas eſt. ſemper enim nobiſcum ſunt, nobiſcū morantur. hoc eſt, & in corpore nos viuentes cuſtodiunt, & de corpore recedentes excipiūt: hic nè peccatorū nos labes aſſumat, ibi nè inferni horror inuadat. Nam ideò hoc à Maioribus prouiſum eſt, vt ſanctorū oſsibus noſtra corpora ſociemus: vt dum illos tartarus metuit, nos pœna nō tāgat: dū illos Chriſtus illuminat, nobis tenebrarū caligo diffugiat. Cum ſanctis ergò martyribus qeſcentes euadimus inferni tenebras eorū ꝓprijs meritis, attñ cōſocij ſanctitate.

Sancti vbiq; ſunt, & omnibus ꝓſunt, & pro nobis orant: maximè verò ſancti patrij.

Nota.

Cur ſepeliantur Chriſtiani apud ſepulcra ſanctorū.

11. BASILIVS homilia vigeſima in quadraginta martyres, vt ſupra hac eadem quęſtione, D.

Exod. 26.

12. AVGVSTINVS quæſtione centeſimaoctaua in Exodū: Iubet vela cooperiri pellibus arietinis rubricatis. Aries autem rubricatus, cui non occurrat Chriſtus paſsione cruentatus? Significantur his etiam martyres ſancti, quorum orationibus propitiatur Deus peccatis populi ſui.

Martyrū orationibus ꝓpitiatur Deus peccatis populi.

EVSEBIVS Pamphili Cęſareēſis Epiſcopus, in libro decimotertio de pręparatiōe euangelica, capite ſeptimo: Sed videamus qd de his

de his dicat Plato, qui pro defenſione patriæ magno animo militātes, mortui ſunt: Nonne igitur, inqę, eos qui militię fortiter ꝓ patria fācientes interiērūt, aurei generis fuiſſe dicemus? Omninò, inqt. Credemus igitur Heſiodo, poſtquā aurei generis hoies mortui ſunt, à multis hoies anguſtijs ſemideos factos liberare, mortaliūq; oīm eſſe cuſtodes: ac in poſterū q̄ſi deos colemus, eorumq; adorabimus monumenta. Similiter etiam oēs, qui prędarè vixerunt, quoq; modo mortui ſunt, honorabimus. Hæc nos quotidiè factitamus, qui veræ pietatis milites, vt Dei amicos honorantes, ad monumenta quoq; illorum accedimus: vota quæ ipſis facimus, tanquàm viris ſanctis, quorum interceſsione ad Deum nō parùm iuuari profitemur. Hęc à Platone collegimus, vt oſtēderemus Hebraica illum philoſophia munitum, noſtris conſentanea ſcripſiſſe.

Chriſtianorū conſuetudo Conſtantini tempore in precandis ſanctis.

Plato pleraq; ſua ex doctrina Iudæorū hauſit.

H. 1. HIERONYMVS contra Vigilantiū: Galliæ vernaculum hoſtem ſuſtinent, & hominē moti capitis, atq; Hippocratis vinculis alligandū, ſedentē cernunt in Eccleſia, &, inter cętera verba blaſphemiæ, iſta quoq; dicentē: Quid neceſsè eſt, te tanto honore nō ſolūm honorare, ſed etiam adorare illud neſcio qd, q̄d in modico vaſculo transferendo colis? Et rurſum in eodem libro: Quid puluerē, linteamine circundatū, adorando oſcularis? Et in cōſequentibus: Propè ritum gentilium videmus ſub prętextu religionis introductum in eccleſias, ſole adhuc fulgente moles cereorum accendi, & vbicunq; puluiſculum neſcio quod, in modico vaſculo precioſo linteamine circundatum, oſculantes adorare. Magnū honorē ꝑbent huiuſmodi homines beatiſsimis martyribus, quos putāt de viliſsimis cereolis illuſtrandos: quos agnus, qui eſt in medio throni, cum omni fulgore maieſtatis ſuæ illuſtrat. Quis enim, ò inſanum caput, aliquādò martyres adorauit? quis hominē putauit Deum? Nónne Paulus & Barnabas cùm à Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur, & eis vellēt hoſtias immolare, ſciderunt veſtimēta ſua, & ſe homines eſſe dixerunt, nō q̄ meliores non eſſent olim mortuis hominibus Ioue atq; Mercurio, ſed q̄ ſub gētilitatis errore honor eis Deo debit⁹ deferretur. Quod & de Petro legimus, q̄ Corneliū ſe adorare cupientē manu ſubleuauit, & dixit: Surge, nam & ego homo ſum. Et audes dicere, Illud neſcio qd, q̄d in modico vaſculo trāsferendo colis? Quid eſt illud, neſcio qd, ſcire deſidero. Expone manifeſtiùs, vt tota libertate blaſphemes. Puluiſculū, inqt, neſcio q̄d in modico vaſculo precioſo linteamine circundatū. Dolet martyrū religas precioſo opiri velamīe, & nō vel pānis vel cilicio colligari, vel ꝓijci in ſterqliniū,

Vigilātii hæreſis contra ſanctorū reliquias, & accēſos cereos.

Apoc. 21. Reſpōſio Hieronymi, non adorari martyres tāquàm Deum.

Actor. 14.

Actor. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reliquijs sanctorũ exhibitus honor.

Dæmones apud eas rugiunt.

vt solus Vigilãtius ebrius & dormiẽs adorei. Ergò sacrilegi sumus, qñ Apostolorũ basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus impator, q̃ sanctas reliqas Andreæ, Lucæ, & Timothei trãstulit Cõstantinopolim, apud q̃s dæmones rugiũt, & inhabitatores Vigilãtij, illorũ se sentire præsentiã cõfitentur? Sacrilegus dicendus est & nũc Augustus Archadius, q ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solùm sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui rem vilissimam & cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerunt? Stulti omniũ Ecclesiarum populi, qui occurrerũt sanctis reliquijs, & tanta lætitia, quasi p̃sentem viuentemq̃ prophetam cernerent, susceperunt, vt de Palæstina vsq̃ Chalcedonem iungerẽtur populorum examina, & in Christi laudẽ vna voce resonarent? Videlicet adorabant Samuelẽ. & non Christũ, cuius Samuel & Leuita & prophetes fuit? Et quibusdã interpositis: Causabantur quondàm & Apostoli, quòd periret vnguentum, sed Domini voce correpti sunt. Neq̃ enim Christus indigebat vnguẽto, nec martyres lumine cereorũ: & tamen illa mulier in honore Christi hoc fecit, deuotioq̃ mentis eius recipitur: & quicunq̃ accendũt cereos, secundùm fidem suam habent mercedem, dicẽte Apostolo: Vnusquisque in suo sensu abundet. Idololatras appellas huiusmodi homines? Nõ difiteor omnes nos qui in Christũ credimus, de idololatriæ errore venisse. Non enim nascimur, sed renascimur Christiani: & quia quondàm colebamus idola, nunc Deum colere non debemus, nè simili eum videamur cum idolis honore venerari? Illud fiebat idolis, & idcircò detestandum est: hoc fit martyribus, & idcircò recipiendum est. Nam & absq̃ martyrum reliquijs per totas Orientis Ecclesias, quandò legendum est Euangelium, accenduntur luminaria iam sole rutilante, non vtiquè ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Vndè & virgines illæ Euangelicæ semper habent accensas lampades suas: & ad Apostolos dicitur: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et de Ioanne Baptista: Ille erat lucerna ardens & lucens: vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Psalterio legimus: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen semitis meis. Malè facit ergò Romanus Episcopus, qui super mortuorum hominum Petri & Pauli, secũdùm nos ossa veneranda, secũdùm te vilem puluisculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria? Et non solùm vnius vrbis, sed totius orbis errant Episcopi, qui cauponẽ Vigilantium contemnẽtes, ingre-

Martyres nõ indigẽt cereorũ lumine, sicut nec Christus vnguẽto. Matth 26.

Rom. 14.

Idololatras appellabat Vigilãtius eos, q accendũt cereos ad honorem martyrũ.

Cur interdiù accendantur luminaria. Matth 25. Luc 12. Ioan. 5.

Psalm 118.

Ossa apostolorum veneranda.

Tumuli sanctorum sunt Christi altaria.

ingrediuntur basilicas mortuorum, in quibus puluis vilissimus & faulla nescio quæ, iacet linteamine conuoluta, vt polluta omnia polluat, & quasi sepulcra Pharisaica foris dealbata sint, cùm intus immundo cinere iuxta te, immunda omnia oleant atque sordeant. Et post hæc de barathro pectoris tui cœnosam spurcitiam euomens, audes dicere: Ergò cineres suos amant animæ martyrum & circumuolant eos, semperq̃ præsentes sunt, nè fortè si aliquis precator aduenerit, absentes audire non possint? O portentum in terras vltimas deportãdum. Rides de reliquijs martyrum, & cum authore huius hæreseos Eunomio Ecclesijs CHRISTI calumniam struis: nec tali societate terreris, vt eadem contra nos loquaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur? Omnes enim sectatores eius, basilicas Apostolorum & martyrum non ingrediuntur, vt scilicet mortuum adorent Eunomium. Argumentatur contra signa atque virtutes, quæ in basilicis martyrum fiunt: & dicit eas incredulis prodesse, nõ credẽtibus: quasi nunc hoc quæratur, quibus fiant, & non, qua virtute fiant. Nolo mihi dicas, Signa infidelium sunt: sed respondeo, quomodo in vilissimo puluere, & faulla nescio qua, tanta sit signorum virtutumq̃ præsentia. Sentio, sentio infelicissime mortalium, quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immundus, qui hæc te cogit scribere, sæpè hoc vilissimo tortus est puluere, imò hodieq̃ torquetur, & qui in te plagas dissimulat, in cæteris confitetur. Nisi fortè in morem gentilium impiorumq̃ Porphyrij & Eunomij, has præstigias dæmonum esse confingas, & non verè clamare dæmones, sed sua simulare tormenta. Do consilium: ingredere basilicas martyrum, & aliquandò purgaberis: inuenies ibi multos socios tuos, & nequaquàm cereis martyrum qui tibi displicent, sed flammis inuisibilibus comburéris: & tunc fateberis, quod nunc negas.

Matth 23.

Absentes audire possunt.

Eunomij hæreticis.

Miracula martyrum.

Vigilantius à dæmone impellitur ad impugnandũ reliquias sanctas.

2. IDEM Hieronymus in epistola quinquagesimatertia ad Riparium Presbyterum aduersùs Vigilantium: Ais, Vigilantium, qui κατ' ἀντίφρασιν hoc vocatur nomine, nã Dormitantius rectiùs diceretur, os fœtidum rursum aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum proferre reliquias, & nos qui eas susscipimus, appellare Cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum ossa veneremur. O infelicem hominem, & omni lachrymarum fonte plangendum, qui hæc dicens, non se intelligat esse Samaritanum & Iudæum, qui corpora mortuorũ pro immundis habent, & etiã vasa, quę in eadem domo fuerint, pollui suspicantur, sequentes occidentem literam, & non viuificantem spiritum. Nos autem non dico

Dormitãtius Reliquiarum sanctarũ oppugnator.

Idololatras & Cinerarios nos appellat Vigilantius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non adoramus martyrũ reliquias.

martyrum reliquias, sed ne solem quidem & lunam, non angelos, non archangelos, non Cherubim, non Seraphim, & omne nomen quod nominatur & in præsenti seculo & in futuro, colimus & adoramus: nè seruiamus creaturæ potiùs, quàm Creatori, qui est benedictus in secula. Honoramus autem reliquias martyrum, vt eum cuius sunt martyres, adoremus. Honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait: Qui vos suscipit, me suscipit. Ergò Petri & Pauli immundæ sunt reliquiæ? ergò Moysi corpusculum, immundũ erit, quod iuxta Hebraicam veritatẽ ab ipso sepultum est Domino? Et quotiescunq; Apostolorum & Prophetarũ, & omnium martyrum basilicas ingredimur, totiès idolorum templa veneramur? accensiq; ante tumulos eorum cerei, idololatrię insignia sunt? Plus aliquid dicam, quod redundet in authoris caput, & insanum cerebrum vel sanet aliquandò, vel deleat, nè tantis sacrilegijs simplicium animæ subuertantur. Ergò & Domini corpus in sepulcro positum, immundum fuit: & angeli qui candidis vestibus vtebantur, mortuo cadaueri atque polluto prębebant excubias, vt post multa secula Dormitantius somniaret, imò eructaret immundissimam crapulam, & cum Iuliano persecutore, Sanctorum basilicas aut destrueret, aut in templa conuerteret? Si non sunt honorãdæ reliquiæ martyrum, quomodò legimus: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius? Si ossa mortuorũ polluunt cõtingentes, quo modo Eliseus mortuus mortuũ suscitauit, & dedit vitam corpus, quod iuxta Vigilantiũ iacebat immundum? Ergò omnia castra Israelitici exercitus & populi D E I fuêre immunda, quia Ioseph & Patriarchàrum corpora portabant in solitudine, & ad sanctam terram immundos cineres pertulerunt? Ioseph quoq; qui in typo præcessit Domini Saluatoris nostri, sceleratus fuit: qui tanta ambitione Iacob in Hebron ossa portauit, vt immũdum patrem auo & atauo sociaret immundis, & mortuum mortuis copularet. O prędẽdam linguã à medicis, immò insanum curandum caput, vt qui loqui nescit, discat aliquãdò reticere. Iterùm dicam: Ergò martyrum immundæ sunt reliquiæ? & quid passi sunt Apostoli, vt immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione præcederent, vt facerent ei planctum magnum, vt eorum luctus in nostrum gaudium verteretur?

Honor Sanctorum redũdat in Dominum.

Matth. 10.

Immũda esse mortuorum corpora asserit Vigilantius.

Deut 34.

Mar. 16.

Psal. 115.

4 Reg. 13.

Exod. 13. Iosue 24.

Genes. 50.

Act 8.

3. HIERONYMVS in caput sexagesimum quintum Esaiæ: Nihil fuit sacrilegij quod Israel populus prætermitteret, non solùm in hortis immolans, & super lateres thura succendẽs: sed sedens quoq; vel

vel habitans in sepulcris, & in delubris idolorũ dormiens, vbi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, vt somnijs futura cognoscerent &c. Et intantùm procacitatis ac superbiæ augmenta cupiebant, vt quicunque non simili duceretur errore, eum arbitrarentur immundum, contactum'que eius fugerent: quemadmodùm Samaritani & Iudæi nobis faciunt, omnes'que hæretici: quales nuper sub magistro cerebroso in Gallia pullulârunt, qui basilicas martyrum declinantes, nos qui ibi orationes ex more celebramus, quasi immundos fugiunt. Hoc autem non tam illi faciunt, quàm habitantes in eis dæmones, fortitudinem & flagella sancti cineris non ferentes.

Hæretici & Vigilantiani fugiũt Christianos, qui Martyrũ basilicas orandi causa ingrediuntur.

Nota quorũ impulsu id faciant.

4. SECVNDVM Concilium Nicenũ actione septima, in definitione ipsius S. Synodi: Qui ausi fuerint aliud sentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum Ecclesiasticas Traditiones contaminare, aut nouam quandam vaniloqueotiam inducere, aut quicquam de consecratis in Ecclesia abijcere, Euangelij inquam depictum codicem, aut figuram Crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias Martyrum, quas sciuerint esse germanas & veras, aut contra ista vafrè & improbè aliquid excogitare, quod sit contra constitutionem Ecclesiasticam: aut vti tanquàm communibus, sacratis D E O, repositis pretiosis, aut monasterijs reuerendis: si fuerint Episcopi aut Clerici, deponuntor: si monachi aut laici, communione priuantor.

Imagines crucis & Sanctorũ, & Reliqæ.

IN eadem Synodo, actione tertia, lecta est epistola Orientalium Episcoporum ad Tharasium Constantinopolitanum Archiepiscopum, quam Sancta Synodus approbauit, vbi hæc verba leguntur: Apostolicas Ecclesiæ Traditiones, quibus veneratio cultura'que Sanctorum docetur, recipimus & veneramur. Eos autem vt ministros, amicos, & filios D E I existentes, honoramus. Honor enim qui à conseruis idem sentientibus inuicèm exhibetur, indicium est beneuolentiæ erga Dominum. Sunt enim promptuaria D E I & pura CHRISTI habitacula, Spiritus'que Sancti immaculata specula. Quin etiam animæ eorum in manu D E I existunt, vt scriptum est. D E V S enim vita existens, cùm Sancti in D E I manu sint, in vita & lumine necessum est vt existant. Et ob id pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Hi viuentes, in libertate D E O adstiterunt. Seruator noster CHRISTVS fontes salutares, Sanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fun-

Traditio Apostolica de Sanctorũ veneratione.

Cur Sanctos veneramur.

Sap 3.

Psal. 115.

Reliqæ fontes sunt salutares & multa beneficia præstant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Athanasium intelligit.

dentes, vnguentum redolentis suauitatis scaturientes. Et vt inquit magnus Doctor, cui ab immortalitate nomen est, martyrum ossa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis visum impartiunt, lepras emundant, tentationes & mœrores soluunt. Atque id per CHRISTVM qui in ipsis habitat. Benè etiam Psalmographus cecinit: Mirabilis Deus in sanctis suis. Et iterùm: Sanct⁹ in terra illius, mirificas fecit omnes voluntates eius in ipsis.

Psal. 67.
Psal. 15.

5. CONCILIVM Gangrense in proœmio: Quoniã sancta Episcoporum synodus inuenit multa fieri indecenter ab his, qui Eustathium secuti sunt, necessariò statuit palàm omnibus factis, amputare vniuersa quæ ab eodem malè commissa sunt. Loca sanctorũ martyrum vel basilicas contemnere, & omnes qui illuc conueniunt, reprehendere inuenti sunt.

Eustathiani hæretici loca Martyrum contemnunt.

ET canone vigesimo: Si quis arrogantia vtens, & martyrum congregationes abhorrens, & sacra quæ in eis celebrantur, & eorũ memorias accusset, sit anathema.

6. AVGVSTINVS libro vigesimosecundo de ciuitate Dei, capite octauo: Miraculum quod Mediolani factum est, cùm illic essemus, quandò illuminatus est cæcus, ad multorum notitiam potuit peruenire, quia & grandis est ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenso populo teste res gesta est, concurrente ad corpora Martyrum Protasij & Geruasij. Quæ cùm laterent & penitùs nescirentur, Episcopo Ambrosio per somnium reuelata, reperta sunt, vbi cæcus ille depulsis veteribus tenebris diem vidit. Narrat ibidèm inter alia miracula Augustinus, de quodam orationis loco à Tribunitio viro ipsius Augustini permissu ædificato, in quo terra sancta de Hierosolymis allata, reuerentiæ causa locata seruabatur: quòd cùm fuisset iuuenis quidam paralyticus allatus, orauerit, atque indè continuò (inquit) pedibus suis saluus abscesserit. Et post alia quædam commemorata miracula, nonnulla de beati Stephani reliquijs narrat: quorum primum verbis huiusmodi recenset: Ad aquas Tibilitanas, inquit, Episcopo afferente Proiecto, reliquias martyris gloriosissimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magnæ multitudinis concursus & occursus. Ibi cæca mulier, vt ad Episcopum portantem pignora sacra duceretur, orauit, flores quos ferebat, dedit: recepit, oculis admouit, protinùs vidit. Stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducem vlteriùs non requirens. Ibidèm aliud hisce verbis recensет: Memorati memoriam martyris, quæ posita est in castello Synicensi, quod Hipponensi coloniæ vicinum est, eiusdem loci Lucillus Episcopus, populo præcedente atque subsequente, portabat: fistula, cuius molestia iam diù laborauerat, & familiarissimi sui medici, qui eam secaret, operiebatur manus, illius piæ sarcinæ vectatione, vbi sanctas attigit reliquias, repètè sanata est. Nam deincèps eam in suo corpore non inuenit. Et pluribus alijs miraculis, quæ per eiusdè sancti reliquias Dominus operatus est, enumeratis, ità subiungit: Si miracula sanitatum, vt alia taceam, modò velim scribere, quæ per hunc martyrem, id est, gloriosissimum Stephanum, facta sunt in colonia Calamensi, & in nostra, plurimi conficiendi sunt libri, nec tamen omnia colligi poterunt: sed tantùm de quibus libelli dati sunt qui recitarentur in populis. Refert deindè de fratribus septem & tribus sororibus, eos per maledictionem matris tali pœna diuinitùs mulctatos, vt horribiliter quaterètur omnes tremore membrorum, & quôcunq; irent, omnium in se aspectum conuerterèt. Veniisse autem ex his duos, fratrem & sororem, ad beati Augustini ciuitatem, & cùm memoriam gloriosissimi martyris Stephani frequentâssent, eos omni populo Deum glorificante, ante loci sancti cancellos sanitatem recepisse.

Miracula Geruasij & Protasij.

Ex terra sancta.

Ad Reliqas S. Stephani cõueniens multitudo.

Miracula.

7. DAMASCENVS libro quarto orthodoxæ fidei, capite decimosexto: Fõtes nobis salutares dominator CHRISTVS præbuit sanctorum reliquias, multimoda beneficia scaturientes, vnguentum suauitatis emanãtes: & nullus discredat. Si enim ex rupe & firmo saxo aqua in eremo prosiluit, volente DEO, & ex maxilla asini Samsoni sitienti, ex martyrum reliquijs vnguentũ suauè olens emanare incredibile èst? nullo pacto profectò eis qui sciunt Dei virtutem, & ab ipso sanctorum honorẽ. In lege omnis qui tangebat mortuum, immundus efficiebatur. Verùm ij non mortui: nam ex quo ipsa vita, is qui vitæ causa est, inter mortuos computatus est, eos qui in spe resurrectionis & fide quę in ipso est, dormiẽrunt, non mortuos appellamus. Mortuum enim corpus quomodò miracula operari potest? Quomodò igitur per eos dæmones abiguntur, infirmi curãtur, cæci vident, leprosi mundantur, tentationes & tristitiæ soluuntur. Omne donum bonum à Patre luminum, per eos ijs qui inhæsitabili fide petunt, descendit. Quantùm sanè laborares, vt inuenires adiutorem, qui ad mortalẽ regem te adduceret, & pro te ad ipsum sermones faceret? Adiutores ergò totius generis, Deo pro nobis supplicationes porrigentes, non honorandi sunt? certè honorandi. Templa à nobis Deo erigenda sunt in ipsorum nomine: fructus afferendi illorum memoriam venerantibus, & in ipsis lætantibus spiritu, vt

Reliquiarum virtus & beneficia. Exod 17. Num.20.

Iud.15.

Num.19.

Sanctos non appellamus mortuos.

Iac.1.

Adiutores nostri sunt, & ideircò honorandi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propria inuocantium lætitia fiat, nè nos nõ colere tentati, è conuerſo ipſos iritemus. Nam ijs à quibus DEVS colitur, & eius ſerui delectantur: & quos deſpicit Deus, & eius deſpiciunt clientes. In Pſalmis, & hymnis, & odis ſpiritualibus, cùm compunctione & miſericordia indigeamus, ſanctos fide veneremur, à quibus maximè Deus colitur. Statuas illis erigamus, & viſibiles imagines: & noſipſi animatæ ſtatuæ & imagines ipſorum, virtutum imitatione efficiamur. Deiparam, vt propriè & verè Dei matrem, honoremus: Præcurſorem Ioannem, vt prophetam & baptiſtam, & miſſum, & martyrem. Neque enim inter natos mulierum ſurrexit maior Ioanne, vt Dominus dixit, & regni eius primus præco factus eſt. Apoſtolos vt fratres Domini & inſpectores & miniſtros in paſsionibus eius. Quos præſciens, prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui Deus & pater, primùm Apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò paſtores & doctores. Martyres verò Domini ex omni ordine delectos, vt milites CHRISTI, & qui eius biberunt calicem, tunc viuificæ eius mortis baptiſmate baptizati, vt communicantes paſsionibus eius & gloriæ. Quorum dux exercitus eſt protodiaconus CHRISTI, & miſſus, & protomartyr Stephanus. Et ſanctos Patres noſtros exercitatores, qui diuturniore martyrio conſcientiæ certauerunt, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egeni, tribulati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, & montibus & ſpeluncis & cauernis terræ, quibus non erat dignus mundus. Ptophetas ante gratiæ tempus, Patriarchas iuſtos, qui prænunciauerunt Chriſti aduentum. Horum omnium attendentes conuerſationem, æmulamur fidem, bonitatẽ, ſpem, zelum, vitam, tolerantiam paſsionum, & ſuſtinentiam vſque ad ſanguinem, vt & corona gloriæ cum ipſis participemus.

Statuas Sãctis erigamus.

Cur ſingulorum ordinũ Sãcti honore proſequendi ſint.

Matt 11.

Rom. 8.

Heb. 11.

Heb. 12.

8. BASILIVS homilia in Pſalmum centeſimum decimumquintum: Pro legis Iudaicæ ritu, ſi qui moriebantur, horum mortis cinia habebantur abominationi. Contrà mors ſi cuipiam irrogatur pro CHRISTI nomine, precioſæ cenſentur reliquiæ ſanctorum eius. In priori lege dicebatur Sacerdotibus & Nazaræis illud: Non contaminabitur ſuper vllo mortuo. Et, Si quis tetigerit cadauer, immundus erit. Et hoc, Lauabit veſtimenta ſua. Nunc è diuerſo martyris oſſa quiſquis attigerit, ob gratiam corpori inſidentem fit quadantenùs ſanctificationis particeps. Quarè precioſa eſt in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.

Leuit. 21. Num. 6. & 19.

Tangẽtes reliquias ſactas, fiunt quodãmodò ſanctitatis participes.

9. CHRYSOSTOMVS ſermone in Iuuentiuum & Maximum

mum martyres: Illos non indignum fuerit & columnas, & ſcopulos, & turres, & candelabra, & tauros ſimul appellare. Nam Eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent: ſicut turres muniunt: & ſicut ſcopuli, omnes vndarum aſſultus repulerunt, multam interim ipſi ſeruantes tranquillitatem, ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerunt: & ſicut tauri, anima promptitudineq; eadem ſuaue CHRISTI iugum traxêre. Idcircò ſæpè eos inuiſamus, tumulos adornemus, magnaq; fide reliquias eorum contingamus, vt indè benedictionem aliquam aſſequamur. Etenim ſicut milites vulnera, quæ in prælijs ſibi inflicta, regi monſtrantes fidenter loquuntur: ità & illi in manibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, quæque voluerint, apud regem cælorum impetrare poſſunt. Proindè magna fide, promptitudineq; huc veniamus, quò & viſis ſanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmijs, indè varios theſauros vndiquaquè colligamus: & per præſentem vitam ità iuxta voluntatem Dei tranſeamus, vt in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cælorum in CHRISTO IESV Domino noſtro.

Martyres ſunt turres & columnæ.

Tumuli eorũ inuiſendi, & magna fide reliquiæ contingendæ benedictionis conſequendæ gratia.

Quæ voluerint, impetrare poſſunt.

6. IDEM in libro contra gentiles, de vita ſancti Babylæ Antiocheni epiſcopi ac martyris: Atqui poterat Babylas vel exẽplo Enoch tranſferri, vel Heliæ modo rapi, vt qui vtriuſque æmulator fuerat. At DEVS qua eſt in humanum genus benignitate, inter alias quas infinitas nobis ſalutis noſtræ occaſiones dedit, & hanc quoquè viam nobis à ſe munitam eſſe voluit, idoneum ad virtutem capeſſendam ſtimulum, relictis ſcilicet interim apud nos ſanctorum reliquijs. Nam poſt ſermonis facultatem ipſa certè ſanctorum ſepulcra proximum locum obtinent, ad animas hominum in ipſos ſanctos intuentium, ad virtutum earundem æmulationem excitandas. Ac ſicubi quis huiuſmodi cõditorijs adſtat, ſuũ ſtatim ſenſum ab hac, quam dico, vi correptum animaduertit: capſulæ enim aſpectus in animã inuadẽs, ipſam percellit & exuſcitat, ac pindè afficit, quaſi qui illic mortuus iacet, preces ſimul fundat, præſensq; adeſſe ce rnatur: deindè fit, vt qui ſe ſic affectũ ſentit, mira alacritate geſtiens, aliusq; prorsùs quodam modo affectus, ità ex eo loco decedat. Quiſquis porrò animũ aduertere velit ad eos, q mortuos luctu, proſequũtur, phe indè edocebitur, imaginationẽ de mortuis conceptã ſolere ex ipſis locis in animos inſinuare: q vbi mortuorũ ſepulcris adſtiterunt, protinùs quaſi ibidèm ſepultos corã ſtãtes contueãtur, ſic

Sanctorum reliquiæ ad quid à Deo relictæ.

Sepulcra Sanctorum quid nobis proſint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic eosdem in ipso statim vestibulo inclamãt: plerique autem intolerabili dolore vexati, reliquum vitæ tempus ad demortuorũ monumenta habitare sibi in animum induxerũt. Id quod nequaquàm feciſſent, nisi à locorum aſpectu conſolationem aliquam cepiſſent. Et quid hic de locis ac ſepulcris verba facio? quum & ſæpè veſtis ſola mortuorum viſa, & verbum vnum in mentem influens, animum noſtrum excitet, & memoriam interlabentẽ refricet, quibus de cauſis ipſas nobis ſanctorum reliquias Deus reliquit. Et nonnullis interiectis: Ea eſt enim ſanctorum poteſtas, vt illorum ſuperſtitum dæmones ne vmbras quidem aut veſtes ferre poſsint, vita autẽ ſanctorum & loculos quoquè reformident.

Dæmones reformidãt Sanctorum loculos.

7. AMBROSIVS epiſtola octogeſimaquinta ad ſororem ſuam de inuentione corporum ſanctorum Geruaſij & Protaſij: Reſpexit ſanè humilia Dominus, qui latentes ſub ignobili ceſpite reliquias ſanctorum, ſuæ Eccleſiæ reuelauit, quorũ anima in cælo, corpus in terra, ſuſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, quos videtis vt eos cũ principibus populi ſui collocãrit. Principes populi quos alios, nisi ſanctos martyres æſtimare debemus? quorum iam in numerum diũ antè ignorati Protaſius Geruaſiusq; proferuntur, qui ſterilem martyribus Eccleſiam Mediolanenſem, iam plurimorum matrem filiorum, lætari paſsionis propriæ fecerint & titulis & exemplis. Et poſt pauca: Cognouiſtis, immò vidiſtis ipſi multos à dæmonijs purgatos, plurimos etiàm vbi veſtem ſanctorum manibus contigerunt, ijs quibus laborabant debilitatibus abſolutos. Reparata vetuſti corporis miracula, quo ſe peraduẽtum Domini IESV gratia terris maior infuderat, vmbra quadam ſanctorum corporum pleroſque ſanatos cernitis. Quanta oraria iactitantur? quanta indumenta ſuper reliquias ſacratiſsimas, & tactu ipſo medicabilia repoſcuntur? Gaudent omnes extrema linea contingere, & qui contigerit, ſaluus erit. Gratias tibi Domine IESV, quòd hoc tempore tales nobis ſanctorum martyrum ſpiritus excitãſti, quo eccleſia tua præſidia maiora deſiderat. Cognoſcãt omnes, quales ego propugnatores requiram, qui propugnare poſsint, impugnare non ſoleant. Hos ego acquiſiui tibi plebs ſancta, qui proſint omnibus, nemini noceant. Tales ego ambio defenſores, tales milites habeo. Quorum quo maiora, eo tutiora patrocinia ſunt. Iterùm poſt pauca: Patronos habebamus, & neſciebamus? Succedãt victimæ triumphales in locum vbi Chriſtus hoſtia eſt. Sed ille ſuper altare, qui pro omnibus paſſus eſt: iſti ſub altari, qui illius redempti ſunt paſsione.

Reuelatio reliquiarum Sanctarum. Pſal. 112.

Miracula ad Sanctorum reliquias.

Oraria & veſtimenta reliquijs admota medicamentum præſtãt.

Propugnatores, defenſores, & patrõi.

paſsione. Hunc ego locum prædeſtinaueram mihi. Dignũ eſt enim, vt ibi requieſcat ſacerdos, vbi offerre conſueuit. Sed cedo ſacris victimis dexteram portionem, locus iſte martyribus debebatur. Condamus ergò reliquias ſacroſanctas & dignis ædibus inuehamus, totumq; diem fida deuotione celebremus.

8. IDEM ſermone nonageſimoprimo de inuentione corporum ſanctorum Geruaſij & Protaſij: Celebritati veſtræ, qui ſolent, inuident. Et quia celebritatem veſtram inuidis animis ferre non poſſunt, cauſam celebritatis odêre, atque in tantum amentiæ prodeunt, vt negent martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Sed hoc non mirum. Siquidem tanta eſt incredulorum perfidia, vt tolerabilior ſit diaboli plerunquè confeſsio. Dicebat enim Diabolus: IESV fili Dei viui, quid veniſti ante tempus torquere nos? Et cùm hæc audirent Iudæi, ipſi tamen Dei filium denegãbant. Et nunc audiſtis clamantes dæmones & confitentes martyribus, quòd pœnas ferre non poſsint, & dicentes: Quid veniſtis, vt ante tempus nos tam grauiter torqueatis? Et Arriani dicunt: Non ſunt iſti martyres, nec torquere diabolum poſſunt, nec aliquem liberare: cùm tormenta dæmonum, ipſorum voce probentur: & beneficia martyrum, remedijs cæcorum & abſolutorum indicijs declarentur. Negant cæcum illuminatum, ſed ille non negat ſe ſanatum. Clamat, quia vt contigit fimbriam de veſte martyrum, qua ſacræ reliquiæ veſtiuntur, redditum ſibi lumen ſit. Et paulò poſt: Sed quæro, quid non credant, vtrùm à martyribus poſsint aliqui viſitari: hoc eſt CHRISTO non credere. Ipſe enim dixit: Et maiora his facietis. An ab iſtis martyribus, quorum merita iam dudùm vigent, corpora dudùm reperta ſunt? Quæro hic, vtrùm mihi, an ſanctis martyribus inuideant? Si mihi, nunquid à me aliquę virtutes fiunt? nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuident quod meum non eſt? Si martyribus, (reſtat enim vt ſi mihi non inuident, martyribus inuidere videantur) oſtendunt alterius fidei fuiſſe martyres, quàm ipſi credunt. Neque enim aliter eorum operibus inuiderent, nisi fidem in his fuiſſe eam, quam iſti non habent, iudicarent. Fidem illam Maiorum traditione firmatam, quã dæmones ipſi negare non poſſunt, ſed Arriani negant. Non accipio diaboli teſtimonium, ſed confeſsionem. Inuitus dixit diabolus, & exactus & tortus. Quod neqtia ſupprimit, extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere neſciunt Arriani. Dicebant hodiè & ſuperiore die vel nocte dæmones: Scimus quia martyres eſtis. Et

Arriãi negãt martyrũ merita, quæ dæmones confitentur.

Matth. 8.

Cæco reſtituti aſpectus ex fimbriæ contactu.

Martyrũ miracula negantes, Chriſto non credunt. Ioan. 14.

Martyres alterius fidei fuere q̃ hæretici: & idcirco eis inuident.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arriani dicunt: Nescimus, nolumus intelligere, nolumus credere. Dicunt dæmones martyribus: Veniſtis perdere nos? Arriani dicunt: Non ſunt dæmonum vera tormẽta, ſed ficta & compoſita ludibria. Audiui multa componi, hoc nemo vnquàm fingere potuit, vt dæmonem ſe eſſe ſimularet.

Arriani dicebant eſſe ficta tormenta dæmonum.

9. ET ſermone nonageſimo ſecũdo in Natali Sanctorum martyrum Nazarij & Celſi: Exultant felices ſingularum vrbium populi; ſi vnius ſaltem martyris reliquijs muniantur. Eccè nos populos martyrum poſſidemus. Gaudeat terra noſtra nutrix cæleſtium militum, & tantarum parens fœcunda virtutum. Beatum itaque Nazarium martyrem CHRISTI ſancta Mediolanenſis Eccleſia licèt totum corpore ſecum retineat, & mundo tamen totum in benedictione tranſimiſit. Hæc eſt enim ſanctorum martyrum gloria, quorum etſi per vniuerſum mundum ſeminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo. Et ſub finem: Licèt hic tantus CHRISTI teſtis precioſus confeſſione, precioſior ſanguine, crudeli vulnere precioſior, & tincta veſte candidior, licèt hic Mediolanenſium peculiaris putetur priuilegio ſepulcri, ſed omnium eſt communione ſuffragij. Neque enim iſtius vrbis charitas profluа & fides auara tantum huic martyri derogauerit dum ſibi arrogat, vt ſolùm erga mœnia ſua, patrocinij illius beneficia affutura eſſe crediderit. Non clauditur locis, quod diffunditur meritis. Inuocâſti vbiquè martyrem, vbiquè te exaudit ille qui honoratur in martyre. Moderante itaque eo qui penſat vota tua, & diſpenſat munera ſua, intantùm vicina præſentia efficacis præbebitur adnocati, inquantùm fuerit fides deuota ſuſcepti. Et paulò pòſt: Honoremus beatos martyres principes fidei, interceſſores mundi, præcones regni, cohæredes Dei. Quòd ſi dicas mihi, quid honoras in carne iam reſoluta atque conſumpta, de qua nulla iam Deo cura eſt? Et vbi eſt illud, chariſsimi, quod ipſa veritas loquitur per prophetam? Precioſa eſt, inquit, in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Et iterùm, Mihi autem valdè honorificandi ſunt amici tui Deus. Honorare debemus ſeruos DEI, quanto magis amicos Dei? De quibus alio loco dicitur: Dominus, inquit, cuſtodit omnia oſſa eorum, & vnum ex his non conteretur. Honoro ergò in carne martyris exceptas pro CHRISTI nomine cicatrices, honoro viuentis memoriam perennitate virtutis, honoro per confeſsionem Domini ſacratos cineres, honoro in cineribus ſemina æternitatis, honoro corpus quod mihi Dominum meum oſtendit diligere, quod

Reliquiæ ſanctorũ muniũt ciuitates.

Martyrũ merita & ſuffragia multis communia.

Honorandi martyres tũq interceſſores mundi.

Pſalm. 115. & 98.

Pſalm. 33.

Veneratio Reliquiarũ.

quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & dæmones? quod & affixerunt in ſupplicio, ſed glorificant in ſepulcro. Honoro itaque corpus, quod Chriſtus honorauit in gladio, quod cum CHRISTO regnabit in cælo.

10. CONCILIVM Tridentinum ſeſsione vigeſimaquinta, in decreto de inuocatione, veneratione, & reliquijs Sanctorum, & ſacris imagimbus: Sanctorum quoquè martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium ſancta corpora, quæ viua membra fuerunt Chriſti & templum Spiritus ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitãda & glorificanda, doceant Epiſcopi & cæteri docendi munus ſuſtinẽtes, à fidelibus venerãda eſſe: per quæ multa beneficia à Deo hominibus præſtantur: ità vt affirmantes, Sanctorum reliquijs venerationem atque honorem non deberi, vel eas aliáve ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ cauſa ſanctorum memorias fruſtrà frequentari: omninò damnandos eſſe, prout iam pridèm eos damnauit, & nunc etiam damnat Eccleſia. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut ſenſerit, anathema ſit.

Reliquiarum veneratio & beneficia.

Anathema.

I. BERNARDVS in ſermone de quatuor modis orandi: Sunt quos adhuc peccati conſcientia terret & cruciat, nondùm accepta reſiſtendi virtute, tunc ſcilicet cùm primùm ipſos in peccatorum cœno iacentes ſpiritus veritatis irradiat, & excitans erubeſcere facit & timere Deum, dùm vident immanitatem criminum, meritorum exiguitatem, & velut ardentem coram ſe gehennam expauescentes, quoniam in ſeipſis boni nil inueniunt, aliundè appræhendunt vndè tegantur. Sciunt enim quòd non ſit tutum in conſpectu Domini Dei ſui vacuos apparere contra legis præceptum, & multo minùs id præſumere plenis ſtercore manibus audent. Quia ergò timent, & meritò timent per ſeipſos accedere, ſtudent quaſi per alios ſupplicare. Tale eſt illud oratiõis genus, quo ſolemus vti, dicentes: Sancte Petre, ora pro nobis, & ſimilia. Maximè verò illud obſecratio eſt manifeſta: Per paſsionem tuam, libera nos Domine, & cætera in hunc modum. Huic ergò minimè expedit per ſeipſum ad Chriſtum accedere, ſed tangere, ſi quam inuenerit eius fimbriam, hoc eſt, eum conſiderare hominem, quem humiliorem viderit, & extremum in Eccleſia quæ eſt veſtis Chriſti: eum inquam, qui elegit abiectus eſſe in domo Dei, oportet conſiderare, quoniam is verè eſt fimbria poſita in ora veſtimenti, ad quam vtiquè ſpiritualis vn-

Exod. 23. & 34

Litaniarum precationes, Sancte Petre, Ora p nobis: & p paſsionẽ tuam libera nos Domine, quibus potiſſimũ conueniant.

Psalm. 132.

guenti descendens à capite copia tota decurrit. Hunc si beneficijs aliquibus seu prece humili, aut confessione pura tetigerit, vt affectum eius erga se moueat ad compatiendum sibi, habeat fidem, & sine dubitatione sanabitur. Illud tamen nouerit fimbria, non à se, sed à Christo exijsse virtutem, qui & tangi se protestatur in fimbria.

Inuocat angelos, patriarchas, Prophetas, Apostolos.

2. VICTOR Africanus libro tertio de persecutione Vuandalorum circa finem: Adestote Angeli Dei mei, qui nunquàm deestis, constituti in ministerio vestro propter eos qui hereditatem capessuri sunt æternæ salutis, & videte Africam totam dudùm tantarum Ecclesiarum cuneis fultam, nunc ab omnibus desolatam: tantis ordinibus sacerdotum ornatam, modò sedentem viduam & abiectã. Deprecamini patriarchæ, de quorũ stirpe generis nata est, quę nunc laborat in terris. Orate sancti prophetæ, cognoscẽtes afflictam, quã anteà vaticinante præconio cecinistis. Estote Apostoli suffragatores eius, quam vt congregaretis, vniuersum orbem ascendente in vobis Domino, vt equi velocissimi cursitâstis. Præcipuè tu Petre beate, quarè siles pro ouibus & agnis, à communi Domino magna tibi cautela & solicitudine commendatis? Tu sancte Paule gentium magister, qui ab Hierusalem vsque ad Illyricum prędicâsti Euangeliũ Dei, cognosce quid Vuandali faciunt Arriani, & filij tui gemunt lugẽdo captiui. Vniuersi ingemiscite sancti simul pro nobis Apostoli. Sed scimus quia indignũ est vobis pro nobis orare, quia ista quæ venerunt nobis, non ad probationem, quomodò sanctis, sed malis meritis supplicia debebantur. Sed & pro malis orate iam filijs, quia & Christus orauit etiam pro inimicis Iudæis. Sufficiant castigatiõi quæ iustè illata sunt nobis, & iam iamq; delinquentibus venia postuletur. Dicatur angelo percutienti, sufficit: iam cohibe manũ tuam. Quis ignoret hæc nobis probrorum nostrorum scelera procurâsse, aberrãtibus à mãdatis Dei, & in lege eius nolẽtibus ambulare? Sed prostrati rogamus, vt nõ spernatis vestros miseros peccatores, per eum qui vos ad apostolicũ culmẽ prouexit humiles piscatores.

3. AVGVSTINVS libro vigesimo contra Faustum Manichęũ, capite vigesimoprimo: vt in textu, & suprà, quęstione septima, B.

Natalitia sanctorum celebranda.

4. IDEM in Psalmum octogesimumoctauum, concione secunda in fine: Natalitia sanctorum cum sobrietate celebrate, vt imitemur eos qui prœcesserunt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis, vt benedictio Domini in æternum maneat super vos, fiat fiat.

5. Et sermone quadragesimoseptimo de sanctis: Quotiescunquè fratres charissimi sanctorum martyrum solennia celebramus, ità ipsis

ipsis intercedentibus expectemus à Domino consequi temporalia beneficia, vt ipsos martyres imitando accipere mereamur æterna. Ab ipsis enim sanctorum martyrum in veritate festiuitatum gaudia celebrantur, qui ipsorum martyrum exempla sequuntur. Solennitates enim martyrum exhortationes sunt martyrtorum, vt imitari nõ pigeat, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cum sanctis, & tribulationem mundi nolumus sustinere cum ipsis. Qui enim sanctos martyres, inquãtùm potuerit, imitari noluerit, ad eorum beatitudinem non poterit peruenire: sic & Paulus Apostolus prædicat, dicens: Si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum: & Dominus in Euangelio, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Recusat esse in corpore, qui odium non vult sustinere cum capite.

Festi dies sanctorum quatenus celebrantur.

Imitatio Sanctorũ necessaria.

Ioan. 15.

6. BERNARDVS in vigilia Petri & Pauli Apostolorum, vt suprà in hac eadem quæstione, C.

7. ISIDORVS libro primo de Ecclesiasticis officijs, capite trigesimoquarto: Festiuitates Apostolorum, seu in honore martyrum solennitates, antiqui patres in venerationis mysterio celebrari sanxerunt, vel ad excitandam imitationem, vel vt meritis eorum consociemur, atq; orationibus adiuuemur: ità tamen, vt nulli martyrũ, sed ipsi Deo martyrum offeramus, quãuis in memorijs martyrum constituamus altaria. Quis enim antistitũ, in locis sanctorum corporum assistẽs altari, aliquãdò dixit, Offerimus tibi Petre aut Paule, aut Cypriane? sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum, quos coronauit, quò ex ipsorũ locorum amore maior affectus exurgat ad augendam charitatem, & in illis, quos imitari possumus, & in illo quo adiuuante possimus. Colimus ergò martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorũ cor ad talem pro Euãgelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tãto deuotiùs, quanto securiùs post certamina omnia superata, quãto etiã fidentiore laude prędicamus iam in illa vita feliciores victores, q̃ in ista adhuc vsque pugnantes.

Festa Sanctorũ cur ad celebrandũ instituta.

Eadem habet Rabanus lib. 2. de instit. cler. c 43.

Ex S. Aug. li. 20 cont. Fau. c. 21. & li 2 de Ciuit Dei, cap 27.

8. ET capite trigesimoquinto: Omnes festiuitates pro varietate regionum, diuersaq; in honorem martyrum tẽpora, ideò à viris prudentibus instituta sunt, nè fortè rara congregatio populi fidem minueret in Christo. Propterea ergò dies aliqui constituti sunt, vt in vnum omnes pariter conuenirent, vt è conspectu mutuo & fides crescat, & lætitia maior oriatur.

Cur dies festi Sanctorũ instituti.

Eadem habet Rabanus lib. 2. de instit. cler. cap. 45.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IX

Pugnátne cum hoc primo præcepto vsus receptus imaginum Christi atque Sanctorum?

Baruch.6.d Deu.4.e 5.a Psalm.113.b & 134.c Sap.14.b c d 1.Cor.10.b 8.b

A. HAVDQVAQVAM, quia nō, sicut Ethnici solent, adoramus sculptilia, ligna, lapides, perindè àc [a] DEOS quosdā, (id enim hoc præcepto cauetur maximè) sed more Christiano ac mēte pia CHRISTVM ipsum & Sanctos illic veneramur, vbi per imagines propositas nobis [b] repręsentantur.

a Leuit. 26.a Tertull.lib.2.aduersùs Marcionem.

b Basil.de spi.sanct. c. 18. Damas.li.4.c.17 orthod. fid.Athā ser.4 cō. Arriā.

B. ITA tum præsens, tum vetus [c] Ecclesia summo consensu docet, commēdans nobis pias & venerandas Imagines: vt quarū vsum Apostolica etiam traditione cōmendatum acceperimus,& sacrosancta Patrum Synodo approbatum retineamus. Immò & veteri [d] Synagogæ suas Deus imagines dedit.

c 7.synod.Itē 8.synod. can 3.Aug.lib.1.de conf. euang c.10. Damasus in vita Siluestri.Athan.de pass.imagin.c.4. Gre.l.9. epist.9.& l.7.indict. 2 epi.53.& 109. Dam.lib.4. c.17.ortho.Eus.l.7.eccle. hist.c.14. Sozo.li.5.c.20. Nicep.l.2.c.7.& 43.& li. 6.c.16 Nicetas de imperio Manuelis Comneni li.5.& Ioannis Comneni. Ionas Aurelian. de imag. cultu. & Damascenus in tribus lib. de imaginib.

C. QVAPROPTER damnatus [e] est error Iconoclastarum, vt qui inter simulacra deorum & imagines Christi atq; Sanctorū discrimen nullum constituerēt: neq; rationē temporis gratiæ seu nouæ Legis haberent, quo DEVS homo factus, imaginē similitudinemq; [f] suā initiò à se creatā ipse induit, atq; in

d Exo.25.b 37.2 Num 7.g & 21 b 3.Reg.6.e d

e 2 Syn.Nic.act 7.& syn. 8.can.7. Nicep.l 16 c.27. Greg.l.9 epi.9 ad Serenū Massilien. Trid.sess.25

f Gen.1.d Phil.2.a

in ea se nobis repræsentauit. Neq; solùm imperitus error, sed etiam nefandus istorū [f] furor est, qui sacris è locis imagines ipsas & in his Dominicam quoq; crucem eijciunt, ac sacrilegis manibus sacra ferè oīnia, vbi possunt, demoliūtur.

d Paulus Diaco. li.6.de gestis Longobard. cap.14. & lib.vlt.de gestis Romā. in fin. Ioā Patriarcha Hierosol. in vita Damasceni.

SCRIPTVRAE.

BARVCH sexto capite, multis verbis hortatur Ieremias Iudæos, vt sibi caueant ab idololatria Babyloniorum: ostēdens à plurimis effectibus imbecillia esse idola, penitusque sensu carētia ac vanissima, vbi inter cætera sic ait: Lapidibus de monte similes sunt dij illorum, lignei & lapidei & aurei & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur &c.

DEVTERONOMII quarto: Non vidistis aliquam similitudinē in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: nè fortè decepti, faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel fœminæ, similitudinem oīm iumentorū q̄ sunt super terram, vel auium sub cælo volantium atq; reptiliū, q̄ mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis: nè fortè eleuatis oculis ad cælum, videas solem & lunam, & oīa astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt.

ET capite qnto: Nō facies tibi sculptile, nec similitudinē omnium quæ in cælo sunt desupèr, & q̄ in terra deorsum, & q̄ versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea, & non coles.

SAPIENTIAE decimoquarto: Initium fornicationis, est exquisitio idolorum: & adinuentio illorum, corruptio vitæ est. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuū. Superuacuitas enim hominum hæc adinuenit in orbem terrarum: & ideò breuis illorum finis est inuctus. Acerbo enim

lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem: & illũ qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanq̃ Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Deindè interueniẽte tempore, conualescẽte iniqua consuetudine, hic error tanq̃ lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Et hos quos in palàm homines honorare non poterant, propter hoc quòd longè essent, è longinquo figura eorum allata, euidentẽ imaginẽ regis quẽ honorare volebant, fecerunt, vt illum qui aberat, tanq̃ pſentem colerent sua solicitudine. Prouexit autẽ ad horum culturam & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille enim volens placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquàm homo honoratus fuerat, nunc DEVM æstimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui aut regibus deseruientes homines, incõmunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Et non sufficerat errâsse eos circa Dei scientiam, sed & in magno viuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacẽ appellant. Et paulò pòst: Infandorũ idolorũ cultura, omnis mali causa est, & initium & finis. Aut eñ dum lætantur, insaniunt: aut certè vaticinantur falsa, aut viuunt iniustè, aut peierãt citò. Dum eñ confidunt in idolis quæ sine anima sunt, malè iurãtes noceri se non sperãt. Vtraq; ergò illis eueniẽt dignè, qñ malè senserũt de Deo, attendẽtes idolis, & iurauerunt iniustè in dolo contemnentes iustitiam. Non enim iurantium est virtus, sed peccantium pœna perambulat semper iniustorum prę-uaricationem.

PSALMO centesimo decimotertio: Simulacra gentium, argentũ & aurum, opera manuum hoĩm. Os habent & non loquen-

loquentur, oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient: nares habent & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

ET centesimo trigesimoquarto: Simulacra gentium argentum & aurum, &c. Neque enim est spiritus in ore ipsorum.

PRIORIS ad Corinthios decimo: Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodùm scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Exod. 32.

ET capite octauo eiusdem epistolæ: De escis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus est Deus, nisi vnus. Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra, (siquidem sunt dij multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus, pater, ex quo omnia & nos in illo: & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, & nos per ipsum.

LEVITICI vigesimosexto: Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Ego enim sum Dominus Deus vester.

EXODI vigesimoquinto: Duos quoquè Cherubim aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrunque latus propitiatorij tegant, expandentes alas & operientes oraculum, respiciantq; se mutuò versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, in qua pones testimonium quod dabo tibi. Indè præcipiam & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israël.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVRSVM capite trigesimoseptimo: Duos etiàm Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij, Cherub vnum in summitate vnius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius: duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorij, extendentes alas, et tegentes propitiatorium, seque mutuò et illud respicientes.

NVMERORVM septimo: Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubim, vndè et loquebatur ei.

ET capite vigesimoprimo: Orauit Moyses pro populo, et locutus est DOMINVS ad eum: Fac serpentem æneum, et pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergò Moyses serpentem æneum, et posuit eum pro signo. Quem cùm percussi aspicerent, sanabantur.

TERTII Regum sexto: Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. quinque cubitorum ala Cherub vna, et quinque cubitorum ala Cherub altera: id est, decem cubitos habentes à summitate alæ vnius vsque ad alæ alterius summitatem. Decem quoquè cubitorum erat Cherub secundus: in mensura pari, et opus vnum erat in duobus Cherubim, id est altitudinem habebat vnus Cherub decem cubitorum, et similiter Cherub secundus. Posuitque Cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas suas Cherubim, et tangebat ala vna parietem, et ala Cherub secundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se inuicèm contingebant. Texit quoquè Cherubim auro. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs cælaturis et torno: et fecit in eis Cherubim, et palmas, et picturas varias, quasi prominentes de pariete et egredientes. Sed et pauimentum domus texit auro

auro intrinsecùs et extrinsecùs. Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum, postesque angulorum quinque. Et duo ostia de lignis oliuarum, et sculpsit in eis picturam Cherubim, et palmarum species, et anaglypha valdè prominentia, et texit ea auro: et operuit tam Cherubim, quàm palmas et cætera auro. Fecitque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos, et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecùs: et vtrunque ostium duplex erat, et seipsum tenens aperiebatur. Et sculpsit Cherubim, et palmas et cælaturas valdè eminentes: operuitque omnia laminis aureis.

GENESIS primo: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et præsit piscibus maris, etc. Et creauit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam, ad imaginem DEI creauit illum.

AD Philippenses secundo: Qui cùm in forma DEI esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem DEO, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inuentus vt homo.

PATRES.

1. A. TERTVLLIANVS libro secundo aduersùs Marcionem: Proindè & similitudinem vetans fieri omnium quę in cælo & in terra & in aquis, ostendit & causas, idololatriæ scilicet substantiam cohibentes. subijcit enim, Non adorabitis ea, neque seruietis illis. Serpentis autem ænei effigies posteà præcepta Moysi à Domino, non ad idololatrię titulum pertinebat, sed ad remediandos eos, qui à serpentibus infestabantur. Et taceo de figura remedij. Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcę figuratum exemplũ, certè simplex ornamentũ, accommodata suggestui, longè diuersas habendo causas ab idololatriæ conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur.

Nõ absolutè prohibita sunt sculptilia, sed quæ ad idololatriam eriguntur. Num. 21. Exod. 25.

2. BASILIVS Magnus libro de spiritu sancto ad sanctum Amphilo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

philochium Iconij Episcopum, capite decimooctauo: Rex dicitur regis imago, non autem duo reges. Neque enim potestas scinditur, neque gloria diuiditur. Quemadmodùm autem principatus ac potestas nobis dominans, vna est: sic & glorificatio quam illi deferimus, vna est, nõ multæ. Itaque imaginis honor ad exemplar primũ refertur.

Honor imaginis ad primum exẽplar refertur.

3. DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoseptimo: Quia nonnulli nobis exprobrant, quòd adoramus & veneramur Saluatoris nostri, & reginæ nostræ Deiparæ imaginem, insuper & reliquorum sanctorum & famulorum CHRISTI: audiant quòd à principio DEVS hominem ad suam imaginem fecerit. Cuius igitur gratia inuicèm adoramus, nisi quatenùs ad imaginem Dei facti sumus? Nam, vt inquit Deifer & magnus in diuinis Basilius, imaginis honor ad exemplaris trãsfertur honorem. Exemplar autem est, quod imaginem efformat, & ex quo, quod deducitur, fit. Cuius gratia Mosaicus populus tabernaculũ in circuitu adorabat, imaginem & formam gerens cœlestium, magis autem & totius creaturæ. Dixit igitur Deus Moysi: Vide feceris omnia secundùm formam tibi ostensam in monte. Et Cherubim obumbrantia propitiatorium, nónne opera sunt manuum hominum? Quid autem in Hierosolymis celebratissimum templum, nónne manufactum est, & hominum arte constructum? Diuina autem scriptura accusat adorantes sculptilia, ac etiàm sacrificantes dæmonibus: sacrificabant autem Græci, sacrificabant & Iudæi: sed Græci dæmonibus, Iudæi verò Deo. Et detestabile erat Græcorum sacrificium, & damnabile: Iudæorum autem Deo benè acceptabile. Sacrificauit enim Noë, & odoratus est Deus odorem suauitatis, bonę voluntatis & beneuolentiæ ad ipsum suauitatem suscipiens. Sic Græcorum sculptilia, quia dæmoniorum erant simulacra, detestabilia & interdicta sunt. Ad hęc, inuisibilis & incorporei, incircunscriptibilis & infigurabilis DEI quis potest facere repræsentationem? Insipientię igitur & extremæ impietatis est, figurare diuinitatem. Hinc in antiquo testamento tritus non fuit imaginum vsus. At verò posteaquàm Deus per viscera misericordię suę secundùm veritatem factus homo est propter nostram salutẽ, non vt Abrahę, visus est in specie hominis, non vt prophetis, sed secũdùm substantiam veraciter factus homo est, diuersatus in terra, & cũ hominib⁹ cõuersãtus est, miracula operatus est, passus est, crucifixus est, sepult⁹ est, resurrexit, assumpt⁹ est.

Disputat aduersùs eos q reprehendũt Imaginum Christi & Sãctorum veneration em.

Gen. 1.

Basil. cap. 18. lib de Spiritu sancto.

Exod 33.

Exod. 25.

Nõ tam quid fiat, quàm cui & quo animo fiat, videndũ.

Gen. 8.

Sculptilia quatenùs dæmonũ simulacra erant, prohibebantur. Item quia diuinitatem per ea exprimere conabantur.

Deut. 4.

Gen. 18.

Baruch 3.

Et

Et hæc omnia secundùm veritatem gesta sunt, & visa ab hominibus, & scripta nobis ob memoriam & doctrinam sunt, cùm præsentes non essemus: vt cùm non viderimus, audientes & credentes, adipiscamur beatitudinem DEI. Et quia non omnes literas nôrunt, neque lectioni incumbunt, patres nostri consenserunt, veluti quædam trophæa, hæc in imaginibus repræsentare ad promptam memoriam. Siquidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenentes passionem CHRISTI, imaginem transfixionis CHRISTI videntes, in Saluatoris passionis memoriam redimus, & procidentes adoramus, non materiam, sed imagine repræsentatum: vt neque materiam, ex qua scriptum est euangelium: sic neque crucis materiam adoramus, sed quod typo figuraq; exprimitur: nam quid refert crux à materia, si non habet CHRISTI repræsentationem? Identidèm & de Dei matris imagine: nam honor ad ipsam, in illum qui ex ea incarnatus est, reuocatur. Similiter autem & Sanctorum fortia facta præparant nos ad fortitudinem, & zelum, & imitationem virtutis illorum, & gloriam DEI. Vt enim diximus, honorem qui exhibetur benignis gratisq; conseruis, beneuolentiæ ad communem Dominum præ se ferre indicium: sic & imaginis honor ad prototypum, id est, exemplar, imaginisq; veritatem transfertur. Est autem hæc traditio non scripta, perindè ac adorationis ad Orientem, adorare scilicet crucẽ, aliaq; plurima, ijs quæ dicta sunt, similia. Fertur autem & quædam historia, quòd Dominus Abagaro Edessenorum ciuitatis regi, qui pictorem miserat, vt Domini similem pingeret imaginem: non valente autem pictore ob resplendentem faciei suæ claritatem, ipse vestimentum suæ faciei diuinę & viuificæ applicans, in vestimento suijpsius imaginem absterserit, & sic desideranti misisse Abagaro. Quòd autem plurima sancti Apostoli tradiderint sine scripto, scribit Paulus gentium Apostolus: Eccè fratres state, & tenete traditiones nostras, quas edocti estis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et ad Corinthios: Laudo autem vos fratres, quia per omnia mei meministis, & sicut tradidi vobis, traditiones tenetis.

Imagines, librorum loco sunt.

Imago crucifixi, memoriã passiõis intuentibus renouat.

Adorantes imaginẽ, non materiam, sed quod repsentatur, adoramus.

Imagines Sãctorũ nos excitãt ad ipsorum imitationem.

Honor imaginis ad prototy. pũ trãsfertur

Traditio nõ scripta, est cultus & vsus Imaginum.

Eiusdẽ histo. riæ & imaginis meminit Nicep. eccle. hist l. 2. c. 7. & li. 17. c. 16. Euagrius eccles. hist. l. 4. c. 26. Septima Syn. actiõ. 5. Constãtinus Porphyrogen. apud Metaphrasten 16. Augusti.

Apostolicæ Traditiones nõ scriptæ.

2. Thess. 2.

1. Cor. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

post conspectam imaginem velit regem videre, huic ad eum modum ità imago iure loqueretur: Ego & rex vnum sumus: ego enim in illo sum, & ille in me: & quod in me animaduertis, id quoquè in eo animaduertas. & quod videris in illo, videris & in me. Qui igitur adorat imaginem, in illa adorat ipsum regem, quippe cùm ipsa imago nihil aliud sit, quàm regis forma ac species.

Adorãs imaginem regis, ipsum regem adorat.

1. B. SECVNDA Synodus Nicena, quæ est septima generalis trecentorum quinquaginta Episcoporum, celebrata est contra eos qui imagines CHRISTI & sanctorum ex Ecclesijs ejiciunt, ac earum venerationem improbant. Constat verò septem actionibus. IN SECVNDA actione recitatur epistola synodica Adriani primi Pontificis Romani, ad Constantinum Imperatorẽ & Irenen eius matrem: in qua inter cætera hunc in modum ait: Hi principes Apostolorum sunt, (Petrum & Paulum intelligit) qui Catholicam Orthodoxam fidem auspicati, per scripta quidem veluti legibus latis fidem suam seruandam præceperunt: omnibus scilicet, qui in sedes illorum successuri erant, & in fide eorum vsque ad consummationem seculi permansuri, atque ità nostra seruat Ecclesia, & sanctas eorum figuras veneratur. vndè in hunc vsque diem venerandis horum imaginibus Ecclesiæ nostræ ornatæ ac conspicuæ sunt. Quemadmodùm sanctissimus & beatissimus Papa Syluester in principio Christianorum nostrorum orthodoxa fide testatur. Deindè recitata historia, quomodò Constantinus Magnus per beatum Petrum & Paulum nocte admonitus, à beato Syluestro in fide eruditus fuerit, & ad baptismum suscipiendum inuitatus, ità subiungit: Postquàm finem narrationis fecisset, quæsiuit Imperator, qualesnam arbitraretur esse Deos Petrum & Paulum, quos viderat? Respondit Pater, nequaquàm esse Deos, sed seruos & discipulos Domini nostri IESV CHRISTI, quos in hoc elegisset, vt omnes gentes conuerterent, vt crederent in eum. Hæc cùm audiuisset Imperator, percontatus est, num alicubi essent historiæ illorum: mox beatus Syluester per Diaconos adferri, quas habebat, Apostolorũ imagines iussit, quas cùm Imperator aspexisset, clara voce proclamauit: Hi sunt quos per visum conspexeram, neque ampliùs incredulus sum: paretur lauacrum in meam salutem. Constructo autem lauacro, cùm sacro rore tinctus esset, confestim est sanitati pristinæ restitutus. Deindè non immemor accepti beneficij, Ecclesias Dei exædificare cœpit, columnas eorum passim sacris imaginibus in memoriam incarnationis Domini nostri IESV CHRISTI, omniumq; sanctorum reuerentiam exornauit: nec alia de causa, quàm vt Christianissimum in lucem & veritatem, Deiq; cultum prouehere, & omnes gentes à cultu idolorum, & diabolica deceptione conuerteret. Quemadmodùm etiàm Diuus Pater Gregorius Apostolorum successor prædicauit, ob id depingi in templis Euangelicas historias, vt homines illiterati, & qui sacros libros legere nequeunt, (quorum sanè maxima pars est) conspectis illis, redderent Deo gloriam, & reducerent in mentem, quæ in carne conuersatio Domini nostri IESV CHRISTI fuisset: Vt taceam interim Orthodoxos alios & Christianissimos Imperatores, cum sacerdotibus omnibus & honestis viris Deum colentibus, simul etiàm cum vniuerso Christiano populo, qui omnes iuxta antiquam sanctorum Patrum traditionem, venerandas imagines & receperunt & tenent, & in memoriam & compunctionem cordis conseruant, & in hunc vsque diem venerantur. Neque aliter fiebat in partibus & regionibus istis, donèc proauus vester ex impiorum quorundam instructione venerandas imagines abstulit. Ex quo tempore magnus error Græciam istam inuasit, vndè non contemnendum scandalum in mundo factum est. Sed væ illis, per quos scandala in mundum irrepserunt. In eadem epistola nonnullis scripturæ exemplis & testimonijs adductis, illud ex Gregorio Nysseno subiecit: Vidi (inquit ille, de Patriarcha Abrahã sermonem faciens) non infrequenter passionis figuram, neque sine lachrymis eiusmodi picturam transij, cùm scilicet opus artificij in personam significatam demonstratum esse viderem. Quinetiam in epistola Diui Basilij, qua in Iulianum desertorem inuehitur: Confiteor filij incarnatam οἰκονομίαν: deindè sanctam Mariam quæ secundùm carnem illum peperit, hanc Deiparã vocans. Suscipio etiam sanctos Apostolos, Prophetas & martyres, qui pro me apud DEVM supplicant, quô per illorum mediationem propitius mihi sit Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro, & palàm adoro. Hoc enim nobis traditũ à Sanctis Apostolis, non est prohibendũ, sed in omnibus Ecclesijs nostris eorum historias erigimus. Adfert deindè Chrysostomi, Cyrilli, Athanasij, Ambrosij, & beati Stephani Episcopi Bostrensis testimonia: ex quo Stephano hæc citat: Omnis imago, siue angelorum, siue Prophetarũ, aut Apostolorum, aut Martyrum, aut alioquì iustorum virorũ, in nomine Dei facta, sancta est. Non enim ipsum lignũ honoratur, sed ipsum illud quod in ligno datur contemplandum: atque ità per recordationem

Ex epist Synodica Adriani 1. in eadẽ 2. actione ab vniuersa Synodo recepta & approbata.

Ecclesia Rõ. ab Apostolis edocta, veneratur Sanctorũ Imagines.

Syluester habebat D Petri & Pauli Imagines.

Eadem de ijs imaginibus refert Nice. lib. 7. cap. 33.

Cõstantinus Magnus Ecclesias imaginibus exornauit.

Ad Serenum Massilien sem lib. 9. epi. 9. & ad eundẽ epi. 109. lib. 7. indictione 2.

Oẽs orthodoxi sunt in eadem sentẽtia.

Leo Isaurus Icõomachus Imperator. Matth. 18.

Gregorii Nysseni testimonium.

Pictura immolationis Isaac, Gregorius ad lachrymas cõmouet

Basilij Magni testimonium.

Sancti p nobis supplicãt.

Honorat imagines S. Basil. ex Apostolorũ traditiõe.

Stephani Bostrensis testimonium.

Nõ honoratur lignũ aut materia.

onem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide Panoplia am Euthymij tit. 19.

onem veneratio exhibetur. Omnes enim principes, etiamsi pessimi sint peccatores, adoramus & reuerenter salutamus. quid vetat igitur, quò minùs non liceat & sanctos DEI ministros venerari, & in memoriam eorum imagines statuere & erigere, nè in obliuionem perpetuam veniant? Hanc autem Adriani epistolam vniuersa Synodus in eadem actione secunda recepit & approbauit.

Nota.

Approbatio huius epistolæ.

I N actione tertia ab eadem Synodo approbantur literæ Orientalium Episcoporum ad Tharasium Patriarcham Constantinopolitanum: in quibus inter cætera sic scribunt: Sanctas imagines reueremur, principiò adorantes Dei verbi, propter nos incarnati, Domini nostri & Seruatoris IESV CHRISTI, qui formam serui adsumpsit, imaginem. Veneramur etiam & adoramus imaginem Deiparæ, & Dominæ nostræ irreprehensibilis, immaculatæ, & inexplicitæ castitatis matris, quæ illum peperit. Quinetiam sanctorum Apostolorum, Prophetarum, & victorum martyrum, sanctorumq; & beatorum, veluti amicorum Dei imagines colimus, non in materia aut coloribus honorem constituentes, sed per hoc officium nostrum, quod ipsis adeò, quorum typum imagines gestant, debemus impartientes: cùm sciamus, iuxta Basilij Magni sententiam, quòd imagini honor exhibitus, ad ipsum prototypum referatur.

Ex epistola Orientalium Episcoporũ à Synodo approbata & recepta.

Imagines Christi & Sanctorũ venerãtur Orientales Episcopi.

Nõ in materia aut coloribus honorem constituunt.

In Figuratum hunor redũdat.

I N actione quarta adducuntur multa testimonia scripturæ sacræ, & sanctorũ patrum, ac historiæ nonullę de pio & vtili vsu imaginum: quæ longum esset perscribere. Inter cætera verò ex beato Chrysostomo in encomio in Meletium refertur, quòd in annulis, in poculis, in phialis, in thalami parietibus, & vbiquè sanctam Meletij imaginẽ multi pinxerint. Deindè in oratione, quòd veteris & noui testamenti vnus sit Legislator: Ego, inquit, & ex cera fusilem picturam pietate plenã amaui. Prętereà ex oratione beati Gregorij Nysseni de deitate Filij & Spiritus, & in Abraham: Vidi sæpiùs inscriptionis imaginem, & sine lachrymis transire non potui, cùm tam efficaciter pictura ob oculos poneret historiam. Procumbit enim ante aram Isaac genibus innixus, circunductas ferens in tergo manus. Ibidẽ recitatus est Diui Athanasij libellus de CHRISTI imagine, quam Iudæi in Beryto transfixerant. Prętereà lecta est in ea actione beati Patris Nili epistola ad Olympiodorũ proconsulem, qui constituerat ædificare templum: Debet esse firmæ & virili sententiæ genuinum, in sacro loco ab Oriente sanctissimi templi, vnicam & solam effigiari crucem. Per solam enim salutiferã crucem, genus humanum liberatum est. Perq; hanc desperabundis vndiquè spes

Nota.

Ex Chrysostomo.

Imagines Meletij Antiocheni episc.

Vide eadem apud Nicep l. 8. 12. cap. 14.

Fusilẽ picturam amauit Chrysost.

Ex Nysseno.

Genes 22.

Ex Athanas. de passione imaginis.

In tẽplis imago crucis ad Orientem.

spes annunciatur. Verùm noui & veteris testamenti historijs hinc indè parietes templi repleri doctissimi pictoris opera velim, quò scilicet hi qui literas non nõrunt, neque sacram scripturam legere queunt, contemplatione picturæ in memoriam reducant, quinam germanè vero illi Deo per fortia facta seruiẽrunt, atque in certamẽ excitentur glorioforum & laudatorum facinorum, per quæ cum cælo terram commutãrunt, venerantes scilicet per contemplationem ea quæ non viderunt.

In parietibus historiæ sacræ depingendæ.

ET in fine actionis quartæ sancta Synodus dixit: Venerãdas imagines veneramur. Nos veteri Ecclesiæ legislationi insistamus, Nos statuta patrum conseruemus. Nos, qui addunt aut auferunt aliquid de Ecclesia, anathematizamus. Nos nuperam Christianorum accusatorum inuentionem anathematizamus. Nos venerandas imagines salutamus. Nos, qui sic nolunt, anathemati subijcimus: Christianorum accusatoribus, videlicet Iconoclastis, anathema &c.

Approbat S. synodus imaginum venerationem.

Anathema Iconoclastis.

ACTIO sexta continet refutationem hęreticorum, qui in Constãtinopolitano conciliabulo sub Leone hæretico Imperatore imagines damnauerant: quorum argumenta & sententię referuntur per Gregorium quendam Neocęsareẽsem, qui iam resipuerat: & per Epiphanium Diaconum, nomine sanctæ Synodi egregiè refellũtur. Distributa est hęc actio per sex tomos. In quarto autem tomo ità legimus: Quòd autem cum multis alijs, quæ in Ecclesia obseruantur sine scriptura, nobis imaginum veneratio tradita sit, ab Apostolorũ temporibus latè per historias traditum est, de imagine maximè hęmorrhoissæ, quam multis scriptoribus confirmare possumus. Huiusmodi aũt cum ipso Domino imago in statuam conflata est. Contingit autem ipsa fimbriam statuæ Dominicę, quemadmodùm in Euangelio traditum est, vndè etiàm salutem consequuta est, atque hæc in libris multorum Ecclesiasticorum scriptorum reperire licet. Quinetiàm Basilius Magnus, cuius scripta per omnes terræ fines resonant, in diuersis opusculis suis mentionem imaginum facit. Gregorius etiàm illius & carne & spiritu frater, Nyssenũ Præsul, in sermone in Abraham, idem sentit. Item alter Gregorius, qui à theologia nomen sortitus est, in versibus à se conditis, qui de virtute inscribuntur, assentit. & Ioannes, qui os auro splendidius & lucidius consecutus est, in oratione funebri in Meletium Episcopum Antiochię, & in sermone qui inscribitur, quòd veteris & noui testamenti vnus sit legislator. Cyrillus itẽ expiator Nestorianę hęresis, in epistola ad Acacium Episcopũ Scythopoleos, Anastasius Episcopus

Ab Apostolis perdurãs Traditio ab historijs & patrib. approbata. Matt. 9.

Basilius.

Greg. Nyssenus.

Nazianzenus

Chrysostomus.

Cyrill. Alex.

Anastasius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sophronius Maximus Omnes Patres imagines receperunt.

Theopoleos, Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatim citamus? Oēs enim sancti patres nostri imagines receperunt. Quam ob causam mendaces deprehenduntur in hoc, quòd dicunt, non esse patrum traditionem.

Traditio ecclesiastica de Imaginibus.

ACTIONE septima demùm in definitione sanctæ, magnæ, & vniuersalis in Nicea Synodi secundę: Fatemur vnanimiter nos Ecclesiasticas traditiones, siue scripto siue consuetudine valētes & decretas, retinere velle, quarū de numero est imaginum effiguratio, vt quæ historię Euangelicę promissionis concinat, ad credulitatem verę & non phantasticę incarnationis Dei, & ad vtilitatem similitudinis, quā nobis exhibet, vtiliter inuentā. His sic se habētibus, regiā viam incedentes, & sanctorum nostrorum & diuinorum Patrū doctrinę insistentes, & Catholicę ecclesię, in qua sanctus Spiritus inhabitat, traditionē obseruantes: definimus cum omni diligentia & cura, venerandas & sanctas imagines ad modum & formā venerandæ & viuificantis crucis è coloribus & tessellis, aut alia quauis materia cōmodè paratas, dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas, habendasq; : tum in sacris vasis & vestibus, tum in parietibus & tabulis, in ædibus priuatis, in vijs publicis: maximè aūt imaginē Dñi & Dei Seruatoris nostri IESV Christi, deindè intemeratæ Dominę nostræ Deiparæ, venerandorum angelorum, & omnium deindè sanctorum virorum. Quò scilicet per hanc imaginum pictarum inspectionem, omnes qui cōtemplantur, ad prototyporum memoriam & recordationem & desiderium veniant, illisq; salutationem & honorariam adorationem exhibeant, non secundùm fidem nostram, veram latriam, quæ solùm diuinæ naturę cōpetit: sed quemadmodùm typo venerandæ & viuificantis crucis, & sanctis euangelijs, & reliquis sacris oblationibus suffitorum & luminarium reuerenter accedimus, quemadmodùm veteribus piè in consuetudinem hoc adductum est. Imaginis enim honor in prototypum resultat: & qui adorat imaginem, in ea adorat quoquè descriptum argumentū. Sic enim sanctorū nostrorū patrum obtinet disciplina, vel traditio Catholicæ Ecclesiæ, quæ à finibus vsque ad fines Euangelium suscepit. Paulo ergò sic in Christo loquēti, omniq; apostolico cœtui & patribus sanctis idem sentientibus inhęrētes, seruamus traditiones quas suscepimus. Et subscriptione facta, sancta Synodus exclamauit: Oēs sic credimus, oēs idē sapuimus, oēs approbātes subscripsimus. Hęc est fides Apostolorū, hæc est fides Patrū, hęc est fides Orthodoxorū, hęc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnum Deum,

Synodi definitio de honorādis Imaginibus.

Vtilitas Sanctarum Imaginum.

Qualis veneratio ijs debeatur.

Hæc est fides Apostolorū & Orthodoxorum.

in

in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur.

2. OCTAVA synodus generalis, Constantinopolitana, canone tertio: Sacram imaginem Dommi nostri IESV Christi & omnium Saluatoris, æquo honore cum libro sanctorum Euangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per syllabarū eloquia, quæ in libro feruntur, salutē consequuntur omnes: ità per colorū imaginariā operationem & sapientes & idiotę cuncti, ex eo quod in promptu est, perfruuntur vtilitate. Quę enim in syllabis sermo, hæc & scriptura quę in coloribus, prędicat & commendat. Dignū est enim, vt secundùm congruentiam rationis & antiquissimā traditionē, propter honorē, quia ad principalia ipsa refertur, etiàm deriuatiuę imagines honorentur, & adorentur, vt sanctorum euangeliorū sacer liber, atq; typus precioseę crucis.

Imagines venerandæ.

3. AVGVSTINVS libro primo de consensu Euangelistarū, capite decimo de ijs loquens, qui se Christi libros ad Petrum & Paulū scriptos legisse, & in eis magicam artem descriptam inuenisse mentiuntur: Cùm vellent (inquit) tale aliquid fingere Christum scripsisse ad discipulos suos, cogitauerunt, ad quos potissimū scribere potuisse facilè crederetur, tanquàm ad illos qui ei familiarius adhęsissent, quibus illud quasi secretum dignè committeretur, & occurrit eis Petrus & Paulus. Credo quòd pluribus locis simul eos cum illo pictos viderūt, quia merita Petri & Pauli etiàm propter eundē passionis diem, celebriùs & solenniter Roma commendat.

S. Petrus & D. Paulus cum Christo simul pingi olim solebant.

4. DAMASVS Papa libro Pontificali in vita Syluestri: Huius tēporibus fecit Constantinus Augustus basilicas istas, quas & ornauit: Basilicam Constantinianam, vbì posuit dona ista: Fastigium argenteum, habens in fronte Saluatorem sedentem in sella quinque pedum, pensantē libras * centum viginti. Et duodecim Apostolos, habentes singuli quinos pedes, pensantes libras nonaginta, cum coronis ex argento purissimo. Item à tergo respicientem in absde Saluatorem, sedentem in throno in pedibus quinque ex argento purissimo, pensantem libras centum quadraginta. Et angelos quatuor ex argento in quinis pedibus, qui pensant singuli libras centum quinq; cum gemmis Alabandenis. Et infrà: Annexum ex stipa Ammianti in labro fontis agnum ex auro purissimo, fundentem aquam, pensantem libras triginta. Ad dexteram agni, saluatorem ex argento purissimo, in pedibus quinque, pensantem libras centum septuaginta. In lęua agni, beatum Ioannem Baptistam ex argento, in pedibus quinque, tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: Eccè agnus Dei, ec-

Constātinus Magnus collocauit in tē. plo argenteas statuas Saluatoris & 12. apostolorum.

* alias * 110. Vt quid peruidetur hæc, dicat fortè cum Iuda Iconomachus aliqs.

Angelorum quatuor imagines argeneæ.

Agni.

Saluatoris.

Ioannis Baptistæ.

Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Crux aurea.

cè qui tollit peccata mundi, pensantem libras centum. Ibidèm: Super corpus beati Petri, super os quo conclusit illud, fecit crucem auream purissimam, pensantem libras centum quinquaginta. Sed & crucem auream super locum beati Pauli Apostoli posuit, pẽsantem libras centum quinquaginta.

Lectus est hic libellus in septima synodo generali, actione 4.

5. ATHANASIVS libello de passione imaginis Domini nostri IESV CHRISTI, qualiter crucifixa est in Syria, in vrbe Beryto, capite quarto: Postquàm curati sunt (peruñctione sanguinis qui ex imagine fluxerat) cuncti, qui ægritudine detinebantur, cucurrit omnis multitudo Iudæorum ad domum sanctæ Ecclesiæ, quæ in eadem vrbe erat, vbi & Metropolitanum inuenerunt. Cuius prouoluti vestigijs, se peccâsse, se grauiter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Is cùm ab eis perquireret omnem rei gestæ veritatem, sanctam iconam Domini Saluatoris eidem demonstrantes, annunciauerunt cuncta, quæ in ea exercuerant: & qualiter ab ictu lanceæ sanguis & aqua emanauit ex latere ipsius, nec non & de mirabilibus ab ea ostentis ipsi retulerunt per ordinem. Ille verò interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, & si ab aliquo eam accepissent. At illi retulerunt ei, quòd quidam Christicola per obliuionem in cellula synagogæ proxima dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubetur inquiri: & repertus, in præsentia Domini Metropolitani statuitur. Cúmque ab eo studiosissimè fuisset interrogatus, quomodò icona apud se deuenisset, vel à quo tam mirabiliter posita esset, rèspondit dicens, quòd Nicodemus, qui ad IESVM nocte venerat, proprijs manibus eam composuisset, & moriens, Gamalieli tradidisset. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli magister, cùm diem sibi cerneret adesse extremum, Iacobo eam reliquit, & Iacobus Symeoni, & Symeon Zachæo, & sic per successiones temporum in Hierosolyma perduauit, vsquequò subuersio illius vrbis patrata est quadragesimo & tertio anno post ascensionem Domini Saluatoris ad cælos. Sed biennio antequàm Titus & Vespasianus eandem subuerterent vrbem, admoniti sunt à Spiritu sancto fideles, atque discipuli CHRISTI, vt relicta vrbe, ad regnum se transferrent Agrippæ Regis, quia ipse tunc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egressi ab vrbe, omnia quę ad cultum nostræ religionis vel fidei pertinere videbantur, secum auferẽtes, in has regiones se transtulerunt. Quo tempore etiam icona cum cæteris

A Nicodemo facta Christi imago, posteris relicta. Ioan 1. Act. 22.

cæteris rebus Ecclesiasticis deportata, vsque hodiè in Syria permãsit, quam ego ipse à parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, iure hæreditario vsque nunc possedi. Hæc certa & manifesta ratio est de icona sancta Domini Saluatoris, qualiter de Iudæa in Syriæ partes deuenit.

6. GREGORIVS libro nono epistolarum, epistola nona ad Serenum Massilienſem Episcopum: Perlatum ad nos fuerat, quòd incõsiderato zelo succensus, sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, nè adorari debuissent, confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuisses, omninò laudauimus, fregisse verò reprehendimus. Dic frater, à quo factum sacerdote aliquandò auditum est quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non debuit reuocare, nè despectis alijs fratribus, solum te sanctum & esse crederes sapientem? Aliud est enim, picturam adorare: aliud, per picturæ historiam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa etiam ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui literas nesciunt. Vndè & præcipuè gentibus pro lectione pictura est. Quod magnoperè à te, qui inter gentes habitas, attendi debuerat, nè, dum recto zelo incautè succenderis, ferocibus animis scandalũ generares. Frangi verò non debuit, quod non ad adorandum in Ecclesijs, sed ad instruendas solummodò mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condijsses, sine dubio & ea quæ intendebas salubriter obtinere, & collectum gregem non dispergere, sed potiùs dispersum poteras congregare: vt pastoris in te meritum nomen excelleret, non culpa dispersoris incumberet.

Episcopus q imagines sanctorũ nè adorẽtur confregerat, repræhenditur.

Pictura idiotarum libri.

Imagines nõ sunt in Ecclesijs ꝓpositæ ad adorandũ, scilicet latriæ cultu.

7. ET libro septimo, indictione secunda, epistola quinquagesimatertia ad Secundinum: Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidium diaconum rogâsti, misimus. Vndè valdè nobis tua postulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione diligis, cuius imaginem præ oculis habere desideras. Ab re non facimus, si per visibilia inuisibilia demonstramus. Sic homo qui alium ardenter videre desiderat, aut sponsam amans videre conatur, si contigerit eam ad balneum, aut ad Ecclesiam ire, statim per viam incedenti se præparat, vt de visione eius hilaris recedat. Scio quidem, quòd imaginem Saluatoris nostri non ideò petis, vt quasi DEVM colas, sed ob recordationem filij DEI in eius amore recalescas, cuius te ima-

Imagines deuotionem excitant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ante imaginē non quasi ante diuinitatē prosternimur.

ginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut passum, sed & in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium DEI reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ideòque direximus tibi furtarias duas, imaginem DEI Saluatoris, & sanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumq; Apostolorum Petri & Pauli continentes, per supradictum filium nostrum, & vnam crucem, clauim etiam pro benedictione à sanctissimo corpore Petri Apostolorum principis, vt per ipsum à maligno sis defensus, per cuius signum munitum te esse credis: & ex eo te protegat, qui iuuenilia semper suggerit recordari: vt in bonis actibus perseuerās, alios in eius amore accendas, propter quem te fecisti haberi, vt vitæ huius mala quæque inimicus suggerit retroacta mētis prouentibus quasi facilius inardescas, pro cuius amore vitam etiam velis finire. Ipse quoquè te protegat vsque in finem, qui cunctum mundum dignatus est redimere IESVS CHRISTVS.

Transmittit Gregorius imagines Christi, B. Virginis, Petri & Pauli.

8. IBIDEM epistola centesimanona ad Serenum Massilienſem Episcopum: Indico dudùm ad nos perueuisse, quòd fraternitas vestra quosdam imaginū adoratores, aspiciens, easdem Ecclesiæ imagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, nè quid manu factum adorari possit, habuisse laudamus: sed frangere easdem imagines non debuisse iudicauimus. Idcircò enim pictura in Ecclesijs adhibetur, vt hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent.

Reprehendit imaginum cōfractorem.

Picturæ cur in Ecclesijs adhibeantur.

9. DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoseptimo: vt suprà hac eadem quæstione, A.

10. EVSEBIVS Cęsareēsis libro septimo Ecclesiasticæ historię, capite decimoquarto: Quoniam in huius ciuitatis (Cæsareæ Philippi, quam Paneadem vocant) mentionem incidi, operæprecium arbitror, historiam hoc loco citare, quæ digna planè videtur, quam memorię ad posteritatem commendemus. Mulierem illam sanguinis profluuio afflictatam, quam sanctorum Euangeliorum testimonio à seruatore nostro morbi remedium inuenisse cognouimus, ex ea ciuitate oriundam, illiusq; domum ibi ostendi, & admirabilia quædam Seruatoris in eam beneficij monumenta & quasi trophæa ad hoc tempus durare memorant. Pro foribus enim domus illius, æneam mulieris effigiem genibus flexis, & manibus instàr supplicantis

Hæc eadem refert Nicep. l. 6. hist. eccl. cap. 15. Matt. 9. Mar. 5. Luc. 8.

cantis, in anteriorem partem extensis, super editum lapidem collocatam: huic eregionè viri erectam imaginem, ex eadem materia cō-flatam, vestitu ad talos demisso decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem, ad cuius pedes in ipsa basi peregrinam quandam & inusitatam herbæ speciem enasci: quam quidem, vbi ad ænei vestitus simbriam excreuerit, morbis cuiusq; generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc statuam, effigiem IESV exprimere dicunt: quam ad nostram vsque ætatem manentem, ipsi ad eam ciuitatem profecti, oculis cernebamus. Nec planè mirum, eos, qui ex gentilibus prognati, à Seruatore dum inter homines viuebat, beneficijs affecti fuissent, ista effeciſſe, cùm & nos Petri & Pauli Apostolorum, & CHRISTI etiam ipsius, imagines in picturis colorum varietate expressas, conseruatasq; aspeximus.

Mulier in euangelio cōmē data à Christo, eius imaginē erexit.

Miraculum.

Eusebius eam imaginē oculis conspexit.

Imagines Petri & Pauli.

11. SOZOMENVS historię Ecclesiasticę libro quinto, capite vigesimo: Illud porrò dicetur à me, quod etiam regnante Iuliano accidit: quod quidē, vt CHRISTI potentiā planè indicat, ità iram diuinam aduersùs Imperatorem accensam euidenter ostendit. Cùm certior factus esset Cęsareæ Philippi (est ea quidem vrbs Phœnicea, quam Paneadem vocant) prędclaram esse CHRISTI statuam, quam mulier quę sanguinis profluuio laborabat, cùm esset morbo liberata, ibi collocauerat, eā deturbauit, suamq; in eius loco posuit. Quo facto, ignis violentus de cælo delapsus, statuam illā circiter pectus persecuit, caputq; vnà cum collo in terram deiecit, atque in faciem humi ea in parte defixit, quæ fuerat à pectore diuulsa. Ex quo quidē tempore ad hodiernum diem atra tanquàm fulminis ictu ambusta manet. Id temporis igitur Gentiles statuam CHRISTI tanta cum violentia trahebant, vt eam confringerent. at Christiani posteà eius fragmenta cùm collegissent, in Ecclesia posuerunt, vbi etiàm adhuc custoditur. Ex basi supra quam hæc statua locata erat, herba quædam, vti narrat Eusebius, quæ morbis cuiusque generis mederi solet, enascebatur: quæ quidem cuius generis esset, nemo nostrorum medicorum, qui vel scientia valebant medendi, vel experientia, omninò nouit.

Iulianus apostata statuam illam Christi deturbauit.

Apostatæ imago de cælo tacta est.

Fragmenta imaginis Christi in Ecclesia custodita.

Eusebius vt suprà.

12. NICEPHORVS Callistus libro secundo historiæ Ecclesiasticę, capite septimo: Postq; Augarus scripto suo persuadere CHRISTO quod voluisset (vt scilicet ad se veniret, ipsumq; quo iamdudùm affligebatur, inueterato morbo liberaret) non potuit, desperato IESV propter responsum acceptū aduentu, quid caperet consilij incertus, eo tamen quo in CHRISTVM tenebatur desiderio, perculsus

De hac Imagine Edessena suprà meminit Damascenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

culsus, pictorem eximium ad eum misit, ei que vt diligenter & accuratè faciem eius in pictura effingeret, imaginẽ que pro desiderato illo sibi afferret, imperauit. Et ille quidem venit, atque in loco sublimiori stans, pingere CHRISTI vultum, vt decebat, conabatur. Quum verò cœptum opus non succederet, (diuinus quippe splendor & gratia in vultu eius coruscans, impedimento erat) re ea cognita Saluator textum lineum petit, in eo que priùs loto faciem suam exprimit, & ad † Augarum mittit. Dicitur quoquè Persarum rex, manu ingenioq; promptum pictorem misisse, & per hunc seruenti fidei desiderio, simul & ipsius CHRISTI, & quæ eum diuino modo genuit, matris, quàm celerrimè imaginem depictam accepisse. Atque hæc quidem ex tabularijs & archiuis ciuitatis Edessę, quæ tum regia administrabatur potestate, sunt desumpta. Fuerant enim in publica librorum monumenta relata. Et libri de Augari rebus conscripti hæc quoquè complectebantur, ex Syrorum lingua translata.

Alij eum Abgarum, alij Abgarum nominant.

13. ET eiusdem libri capite quadragesimotertio: Fertur Lucas quoquè primus, CHRISTI, & quæ eum ità, vt DEVM decebat genuit, matris, atque item principum Apostolorum effigiem pingendi arte adumbrâsse, vndè in omnem deindè habitabilem orbẽ tam venerandum & pretiosum opus est illatum.

Lucas primus pinxit imagines Christi, B. Virginis, & principum Apostolorũ.

14. IDEM Nicephorus libro sexto, capite decimosexto: Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ipsiusq; adeò CHRISTI, & quæ eum supra naturæ captũ mirificè genuit virginis matris, coloribus adumbratàs imagines plurimas ad hunc vsque diem conseruatas esse nouimus. Ac Lucas quidem Apostolus ipsas accuratè, opus id exorsus, manibus suis depinxit: deindè verò ex veteribus alij quoq; viri, pro eo atquè par erat, veluti seruatores suos in signis & picturis seruantes, idem fecêre.

Imagines Christi, B. Mariæ, Petri & Pauli, à S. Luca depictæ.

15. NICETAS Choniates libro quinto de rebus gestis Manuelis Comneni Imperatoris: Pannonijs superatis, Imperator tanta victoria lætus & exultans, DEO gratijs actis, statim rei benè gestæ nuncios in vrbẽ mittit: ac post dies aliquot & ipse Constantinopolim ingressus, triumphum ducit ab Orientali porta, quę ad arcẽ patet, eumq; ob insignẽ & incruentam victoriam quã splendidissimè & magnificentissimè adornat. Expansæ sunt oẽs purpureę & auratæ vestes: & ciues alij aliũdè ad pompã illã cõfluentes instàr torrẽtis ex mõte decurrẽtis, fora, ędes, tępla, officinas, & loca oia vrbis amplissimę deseruerũt. Sunt & captiui in triũpho ducti. Platea illa vtrinq; sug-

gesta habuit ad binas & ternas contignatiões educta, tecta quoq; oia spectatoribus referta fuerunt. Impatorẽ quadrigæ argẽteæ auratæ cum equis niue candidioribus præcedebãt: quibus imposita erat imago inuictæ adiutricis & insuperabilis commilitõis matris Dei. Eum currum Imperatoris propinqui atq; amici, senatus, viri magistratibus & dignitatibus insignes, ponè sequebãtur. Deindè ipse Imperator prodijt equo feroci insidens, vir inclytus & maximus, ornamentis illustribus insignis.

Imago B. Virginis inuictæ adiutricis, in curru triumphali constituta.

IDEM Nicetas de Imperio Ioannis Comneni: Illud insignem eius pietatem testatur: Cùm Romanæ phalanges vrgentibus hostibus, & audaciùs se inferentibus laborarẽt, imaginem Dei genitricis cum gemitu & miserabilibus gestibus intuens, lachrymas bellicis fudoribus calidiores fundebat, neque id fruſtrà. Statim enim cælesti robore armatus, Scythicã aciem profligat: quemadmodũ olim Moyses extensione manuum Amalechiticas turmas disipauit.

Imperator ante imaginẽ B. Virginis lachrymas fundit non fruſtrà.

Exod. 17.

IONAS Aurelianensis episcopus, scripsit libros tres imperante Ludouico, de cultu imaginũ aduersùs Claudiũ Taurineñ episcopũ, discipulũ Felicis Episcopi Vrgelitanensis, in Concilio Frãcofordiensi, sub Adriano primo & Carolo Magno celebrato, dãnati: qui nõ solùm picturas sanctarũ rerũ gestarũ, (vt ipse Ionas ait in principio libri primi) verùm etiam cruces materiales, quibus ob honorem & recordationem redemptionis suæ sancta consueuit vti Ecclesia, à cunctis parochię suæ basilicis dicitur deleuisse, euertisse, & penitùs abdicâsse.

Claudius Taurinensis Iconoclasta ab Iona Aurelianens. cõfutatur.

DAMASCENVS scripsit libros tres aduersùs eos, qui sanctas imagines traducunt & criminantur, p̃cipuè verò aduersùs Imperatorem Leonem Isaurum Iconomachum: in quibus doctissimè confutat argumenta Iconoclastarum, & veterem Ecclesiæ traditionem de vsu & cultu sanctarum imaginum propugnat ac defendit, multis etiam antiquorum Patrum testimõijs, & historiarum exemplis adductis, quæ nimis longum foret asscribere.

Damascenus Imperatorem Iconoclastã oppugnat.

1. C. SECVNDA Synodus Nicena, actione septima, in definitione: Sancta Synodus exclamauit: Hæc est fides Apostolorum, hæc est fides patrum, hęc est fides Orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnum Deũ, in Trinitate laudatũ, venerandas imagines amplexamur. Qui secùs agunt, anathemate p̃cellunt or. Qui sic non sentiunt, ab Ecclesia depellũtor. Nos antiquæ Ecclesiæ legislationi insistimus, nos decreta Patrũ custodimus, nos adijcientes aliquid aut auferentes Ecclesiæ anathematizamus. Nos

Fides Apostolorum & Orthodoxorũ. Anathemate feriuntur à sancta synodo oẽs Iconomachi, & eorum falsa doctrina.

Eadem ana-

Universidad de Deusto
Biblioteca

themata etiã i fine actiõis 4 & 5. plata à synodo fuere

venerandas imagines suscipimus. Nos, qui secùs faxint, anathemate percellimus. Quicunq; sententias sacræ scripturæ de idolis, cõtra venerandas imagines adducunt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, anathema. Qui dicunt, quòd imagines Christiani vt deos adorent, anathema. Qui scientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas dehonestant, anathema. Qui audent Ecclesiam Catholicam dicere idola aliquãdò suscepisse, anathema.

Anathema ijs q scripturas de idolis, cõtra imagines citant, aut eas idola appellant.

2. SYNODVS octaua generalis canõe septimo: Valdè proficuũ est & venerabiles imagines pingere, sed & proximos disciplinas diuinæ ac humanæ sapientiæ docere. Non autem bonũ est, nec omninò proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Huius rei gratia nequaquàm imagines operari in sacris templis, sed neq; in quouis loco docere anathematizatos ab hac sancta & vniuersali synodo, definimus & promulgamus, q; vsq; à propria seductione ac malitia conuertantur. Quisquis ergò post hanc definitiõem ad picturę sanctarũ imaginum in Ecclesijs, aut doctrinæ actionem quoquo modo eos admiserit, si quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur: si laicus, communione priuetur.

*videtur legendum, quousquè.

3. NICEPHORVS libro decimosexto historiæ Ecclesiasticæ, capite vigesimoseptimo: Xenaias quidam erat (Philoxenum Græca lingua rectè vocet) genere Persa, & fortuna seruus, peridoneus satanæ minister. qui sub Calandionis Episcopatu, quum ab hero suo profugisset, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, quum quidem nondùm diuino regenerationis lauacro initiatus esset. Calandion vbi hominem eum, & latentem in eo maleuolentiam ex signis & coniecturis quibusdam cognouit, ab Ecclesia eum proscripsit. Vbi verò Calandioni Petrus Cnapheus successit, Xenaiam ille non solùm recepit: verumetiam nondùm baptismo initiatum, vicinæ Hierapolis Episcopum creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus vbi tandèm se episcopatum viro nondùm baptizato mandãsse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo consecrationem. Xenaias iste primus (ô audacem animã, & os impudẽs) vocẽ illam euomuit: Christi & eorum qui illi placuêre, imagines venerãdas nõ esse. Itaq; impietatis istud mancipiũ magno cũ tumultu multis sibi ex prima Syrorum gente ascitis, & non exigua ex Cynegico siue Venatico monasterio multitudine assumpta, vnà cũ innata sibi impbitate, in vrbẽ puenit: & Flauiano vim maximã intentauit, vt Chalcedonẽn synodum & Leõis tomũ ille anathemate dãnaret.

Prophanat Xenaias primus linguam Isxauit cõtra imagines sanctas.

GRE-

4. GREGORIVS libro nono epistolarũ, epistola nona ad Serenum Massilienſem Episcopum, vt suprà, in hac quęstione, B.

5. CONCILIVM Tridentinũ sessione vigesimaquinta, in decreto de Inuocatiõe, veneratiõe & reliquijs Sanctorũ & sacris imaginibus: Doceant imagines Christi, Deiparæ virginis, & aliorũ sanctorum, in templis præsertim habendas & retinendas, eisq; debitũ honorem & venerationem impertiendam: non q; credatur inesse aliqua in ijs diuinitas vel virtus, propter quam sint colendæ: vel q; ab eis sit aliquid petendũ, vel quòd fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant: sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant: ità vt per imagines quas osculamur, & corã quibus caput aperimus & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illę similitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præsertim verò secundæ Nicenæ synodi decretis cõtra imaginũ oppugnatores est sancitũ. Illud verò diligenter doceãt Episcopi, per historias mysteriorum nostrę redemptionis, picturis vel alijs similitudinibus expressas, eruditi & confirmari populũ in articulis fidei commemorandis, & assiduè recolendis: tum verò ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi, non solùm quia admonetur populus beneficiorum & munerum, quæ à Christo sibi collata sunt: sed etiàm quia Dei per Sanctos miracula, & salutaria exempla oculis fidelium subijciuntur: vt pro ijs Deo gratias agant, ad Sanctorumq; imitationem, vitam moresq; suos componant: excitenturq; ad adorandum ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut senserit, anathema sit.

Imagines sanctorum retinẽdæ, & quo modo aut quo fine honorandæ.

Per imagines quas osculamur, & coram quibus pcũbimus, Christum adoramus, & Sanctos veneramur.

Nicena 2. synodus.

Pictæ historiæ sacræ qd vtilitatis adferant.

Anathema Iconomachis

6. D. PAVLVS Diacõus de gestis Lõgobardorũ libro sexto, capite decimoquarto: Hac tempestate Leo Imperator apud Constantinopolim sanctorum imagines depositas incendit. Romano quoq; Põtifici idem facere, si imperialem gratiã habere vellet, mandauit. Sed Põtifex id facere contẽpsit. Omnis quoq; Rauennẽn exercitus & Venetiarũ, talibus iussis vno animo restitêre, & nisi eos Pontifex phibuisset, imperatorẽ sup se cõstituere aggressi fuissent. Per idem tempus Leo Imperator ad peiora, pgressus est, ità vt cõpelleret oẽs Cõstantinopoli habitãtes tam vi, q; blãdimẽtis, vt deponerẽtur vbicunq; haberentur imagines tam Saluatoris nostri, q; eius sanctæ Genitricis, & oĩm Sanctorũ, easq; in medio vrbis incendio cõcremari fecit. Et quia pleriq; ex populo tale scelus fieri ppediebant, aliquot

Leonis Imperatoris furor.

Refert tamen Zonaras eum à Gregorio Rom. Pontif. synodico anathemate obstrictum.

Incẽdi mãdat impius Leo imagines Saluatoris & Sãctorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex eis capite truncati, alij alia parte corporis mulctati sunt. Cuius errori Germanus Patriarcha non consentiens, à propria sede depulsus est, & eius loco Anastasius presbyter ordinatus est.

Martyres affecti p imaginibus.

IDEM Paulus libro vltimo de gestis Romanorum, in fine eadē ad verbum repetit.

IOANNES Patriarcha Hierosolymitanus, in vita sancti Ioannis Damasceni: Ingruerant vniuerso orbi nox horrida atq; profundæ tenebræ, ità vt obscurarentur venerabiliū imaginū præclaræ figuræ. Illarum author fuit, non à trivio aliquis ac plebeius, qui in exigua tantùm parte orbis, malitiam suam disseminaret, sed vir ille (vt sic dicam) manu fines orbis complectens, Romanorum videlicet princeps. Is potentia inflatus, vi summa nitebatur, vt ad vnam venerandas imagines omnes, & locis in omnibus, demoliri posset. Et

Crudelitas Imperatoris in imaginum cultores.

eapropter imaginum cultores partim dilaniari faciebat, sicut leo rapiens & rugiens, verè tam animo quàm corpore leo: partim in diuersa rugitu suo fugabat, atque adeò sæuiebat, vt fidelium plerique in subterraneis speluncis sese occulerent, existimarentq; tutius, leonibus ac draconibus conuenire, quàm cum illo illiusq; familiaribus habitare. Nonnulli etiam metu perterriti, vsque in extremos orbis terminos procurrerunt. Leo enim rugiet, & quis non formidabit? Ab ipso inquam, quasi à conspectu colubri fugiebant. At Ioānes ille non leonina feritate, sed gratia nomen sortitus, spiritaliq; gratia plenus, aduersùs singularem hunc serpentem, vt stomachari & exardescere cœpit, (ità autem stomachabatur, vt rectè & virtutē, & zelum dixeris stomachationem) nō ad Sauromatas cum Thracibus, neque ad columnas Herculis cum Constantinopolitanis profugit, neque ad desertiora loca ex palatijs transijt propter rugitum Leonis. Sed & cùm versaretur Damasci, & cùm monasticam in solitario Palestinæ loco exerceret, strenuus & impauidus aduersùs Leonem pugnabat. Quanuis autem ille strenuissimus meus athleta, tanto locorum interuallo abesset à tyranno, libris tamen & sermonibus cor illius dissecabat, velut tricuspidibus hastis quas igne spiritus sancti fabricabat, vitali aqua solidans. In eadem historia refert, quomodò ipsi Damasceno per B. virginem manus restituta sit, quam propter imaginum defensionem amiserat.

Plura de huius Impatoris Leōis crudelitate, filiorūq; eius Constantini Copronymi & Leonis Copronymi, vide apud Ioannē Zonarā, annalium tomo 3.

Damasceni libertas & constantia.

Scripta Damasceni in defensionē imaginū sanctarū

X

Quid nobis præscribit secundum præceptum?

A. PRO-

A. Prohibet abusum diuini nominis & irreuerentiam, quę cōmittitur à periuris, blasphemis, & per Deum, Sanctos, vel sacra [a] temerè iurantibus, contra illud: [b] *Nolite iurare: sit sermo vester, est est, non non.*

Exodi 20. b
Leuit. 19. c 5. a b
Eccl. 23. b 27. b
Zach. 5. a b & 8. c
Leu. 24. c Mat. 5. f
a 8. Tolet. can. 2.
b Matt. 5. f Iac. 5. c

B. Deindè requirit, vt iuxta rectū linguę vsum ingentem reuerentiam diuino nomini exhibeamus, iuramenta seruemus, vota Deo & Ecclesiæ facta non violemus, deniquè vt verbū [c] Dei tractemus reuerenter.

Psal. 33. a Ierē. 4. a
Psal. 14. b & 75. b
Eccl. 5 a 1. Ti. 5. b
Deuter. 25. d

c Psal. 49. c
2. Cor. 2. d 4 a
Trident. syno. sess. 4.

SCRIPTVRAE.

EXODI vigesimo: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustrà.

LEVITICI decimonono: Non piurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus.

ET quinto capite: Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisq; fuerit quòd aut ipse vidit, aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Anima quę iurauerit & protulerit labijs suis, vt vel malè quid faceret, vel bene, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaq; postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiā pro peccato, & offerat de gregibus agnum siue capram, orabitque pro ea sacerdos & pro peccato eius.

ECCLESIASTICI vigesimotertio: Iurationi non assuescat os tuum. Multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur: sic omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurans & nominans, in toto à peccato non purgabitur. Vir multùm iurans, implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Et si frustrauerit, delictum illius super ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquit dupliciter. & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. Replebitur enim retributione domus illius. Indisciplinatę loquelę non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati. Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur.

Et capite vigesimoseptimo: Loquela multũ iurans, horripilationem capiti statuet, & irreuerentia ipsius obturatio aurium.

Zachariae quinto: Ego video volumen volans. Et dixit ad me (angelus scilicet:) Hęc est maledictio quę egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis iurãs, ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & consumet eũ, & ligna eius, & lapides eius.

Item capite octauo: Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo &c. & iuramentum mendax nè diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus.

Levitici vigesimoquarto: Educ blasphemum (inquit Dominus ad Moysen) extra castra, & ponant omnes qui audiêrunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Et ad filios Israel loquéris: Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur.

Mat-

Matthaei quinto: Audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omninò, neq; per cęlum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedũ eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit sermo autem vester, est, est: non, non: quod autem his abundantiùs est, à malo est.

Iacobi quinto: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis.

Psalmo trigesimotertio: Benedicam Dominũ in omi tempore: semper laus eius in ore meo.

Ieremiae quarto: Si reuerteris Israel, ait Dominus, ad me conuertere. Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt.

Psalmo decimoquarto: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. Qui iurat proximo suo, & non decipit.

Et Psalmo septuagesimoquinto: Vouete & reddite Domino Deo vestro.

Ecclesiastis quinto: Si quid vouisti Deo, nè moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Sed quodcunque vóueris, redde: multoq; melius est nõ vouere, quàm post votum promissa non reddere.

Prioris ad Timotheum quinto: Adolescentiores autẽ viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidẽ irritam fecerunt.

Deuteronomii vicesimotertio: Cùm votum vóueris

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud DOMINUS Deus tuus. & si morat⁹ fueris, reputabitur tibi in peccatum: Si nolueris polliceri, absq; peccato eris. Quod autem semèl egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti DOMINO DEO tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.

PSALMO quadragesimonono: Immola DEO sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Ibidèm: Peccatori autem dixit DEVS, Quarè tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

POSTERIORIS ad Corinthios secundo: Non sumus sicut plurimi, adulterantes verbum DEI, sed ex synceritate, sed sicut ex DEO, coram DEO in CHRISTO loquimur.

ET capite quarto: Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum DEI, sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram DEO.

PATRES.

A. CONCILIVM Toletanum octauum, canone secundo, multa disserit de incautis iuramentis. Ac inter alia quidem docet, iuramenta resolui nō posse, quia scriptum sit, Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Cæterùm iuramenta illicita seruanda non esse, ex beati Ambrosij testimonio, qui libro primo Officiorū hunc in modum loquitur: Est etiam contra officium nonnunquàm, soluere promissum, & sacramētum custodire: vt Herodes, qui iurauit, quoniam quicquid petitura esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, nè promissum denegaret. Nam de Iephte quid dicam, qui immolauit filiam, quæ sibi victori primùm occurrerat, quò votum impleret, quod spoponderat, vt quicquid sibi primum occurrisset, offerret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quàm promissum soluere parricidio. Item in libro tertio: Purum ergò ac syncerum oportet esse affectum, vt vnusquisque simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem circunscriptione verborum seducat. Nihil promittat inhonestum. At si promi-

Exod 20

lib 1. cap. 50. Incauta iuramenta an seruanda sint, ex B. Ambrosij sententia. Matth. 14. Iud. 11.

lib. 3. cap. 12.

promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quàm facere q̄d turpe sit. Sæpè plerique constringunt se iurisiurandi sacramento, & cùm ipsi cognouerint promittendum non fuisse, sacramenti tamē contemplatione faciunt, quod spoponderint. Sicut de Herode suprà scripsimus, qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit: Turpe est, quòd regnum pro saltatione promittitur: crudele, quòd mors prophetæ pro iurisiurandi religione datur. Quanto tolerabilius tale fuisset periurium sacramento? Et post pauca de Iephte disputans: Mirabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est non vouere, quàm vouere id quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. Et post paululum: Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Deniq; ipse Deus, sicut scriptura indicat, frequenter mutat suam sententiam. Hæc ibi ex Ambrosio. Deindè ex Ilidoro: Non est conseruandum sacramentum, quod malè & incautè promittitur, velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio. Similiter ex Synonymis: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incautè vouisti, non facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Ibidèm sic aiunt eadem de re Concilij Patres: Dum periuramus, creatorem quidem offendimus, sed nos tātummodò maculamus. Cùm verò noxia promissa complemus: & Dei iussa superbè contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nosipsos crudeliori gladio trucidamus.

Matth 14. Marc. 6.

aliàs miserabilis. Iud. 11.

Ionæ 3.

Ex Ilidor. lib. 2 sentēt. siue de summo bono, cap. 37. Vide Gratianū 22. quæst. 3. & 4.

B. CONCILIVM Tridentinum sessione quarta, in decreto de editione & vsu sacrorum librorum: Posthæc temeritatem illam reprimere volens sancta synodus, qua ad profana quæque conuertūtur & torquētur verba & sententiæ sacræ scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos: mandat & præcipit, ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum, nè decæterò quisquam quomodolibèt verba scripturæ sacræ ad hæc & similia audeat vsurpare: vt omnes huius generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Episcopos coerceantur.

Verba sacræ scripturæ nō licet ad ꝓpha na cōuertere.

XI

Quid imperat tertium præceptum?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod.20.b 31.c Deu 5 b Leu 23.a Hie.17.d Esa.56.b Apo.1.c Act.20.b 1. Corinth. 16.a Aug. ad Ianu. ep. 119. cap. 12. & 13. & epist.118. ca 1. Item serm. 154. de temp. Leo epist. 81. ad Dioscor.

A. Postulat Sabbatum seu diem festum in Ecclesia, pijs operibus transigi. Vult igitur, vt animus tunc adsit curis vacuus, qui se liberè transferat ad cultum interiorem & exteriorem Deo in fide, spe, & charitate præstandum. Vult vt expediti, Diuina meditemur beneficia, tractemus sacra, oremus & adoremus Deum cùm priuatim, tum publicè cum alijs in [a] spiritu & veritate.

a Ioan. 4.c

Deu.5.b Nũ.15.d Leuit.23.c Ignat.ad Philip. Leo ser. 3. de 40. Greg.lib.11. ep 3. Hiero.in ca 4 ad Galat. Aug.cont. Adimantũ, ca.16. & ser.251. de tẽp. Cõc. Mogũt can. 36.2 Matis. can 1. Agathen can 21. & 47.

B. Prohibet autem diebus festis laborare, operibus vacare mechanicis, & occupationibus deditum esse profanis, nimirùm vt ocio sancto vacemus, adeũdo templum, & audiendo publicũ Ecclesię sacrum seu Missam, & statam concionem, quemadmodùm hoc præceptum obseruare pij consueuerunt.

SCRIPTVRAE.

EXODI vigesimo: Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum DOMINI DEI tui est: Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit DOMINUS cęlum & terram & mare, & oĩa quę in eis sunt, & requieuit in die septimo: idcircò benedixit DOMINUS diei Sabbati, & sanctificauit eum.

ET capite trigesimoprimo: Videte vt Sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos. Custo-

Custodite Sabbatum meum, sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. Sex dieb' facietis opus: in die septimo Sabbatum est, requies sancta DOMINO. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Custodiant filij Israel Sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signumque perpetuum: sex enim diebus fecit DOMINUS cælum & terram, & in septimo ab opere cessauit.

DEVTERONOMII quinto: Obserua diẽ Sabbati, vt sanctifices eum, sicut præcepit tibi DOMINUS Deus tuus. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimus dies Sabbati est, id est, requies DOMINI Dei tui. Non facies in eo quidquam operis tu & filius tuus & filia, seru' & ancilla, & bos, & asinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas, vt requiescat seruus tuus & ancilla tua, sicut & tu. Memento quòd & ipse seruieris in Aegypto, & eduxerit te indè DOMINUS Deus tuus in manu forti & brachio extento. Idcircò præcepit tibi, vt obserues diem sabbati.

LEVITICI vigesimotertio: Locutusque est DOMINUS ad Moysen, dicẽs: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Hę sunt feriæ DOMINI, quas vocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia Sabbati requies est, vocabitur sanctus: omne opus non facietis in eo: Sabbatum DOMINI est in cunctis habitationibus vestris. Hæ sunt ergò feriæ DOMINI sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, phase DOMINI est: & quintadecima die mensis huius, solennitas azymorum DOMINI est. Numerabitis ab altero die Sabbati in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsq; ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimę, id est qn-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum DOMINO ex omnibus habitaculis vestris. Mense septimo, prima die mensis erit vobis Sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum: Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum DOMINO. Decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisq; animas vestras in eo, & offeretis holocaustũ DOMINO. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis DOMINUS Deus vester: Omnis anima quę afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & quę operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo Nihil ergò operis facietis in eo: legitimũ sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris. Sabbatum requietiõis est, et affligetis animas vestras die nono mensis. A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt ferię tabernaculorum septẽ diebus DOMINO. Dies primus vocabitur celeberrimus atq; sanctissimus: omne opus seruile non facietis in eo. Et septem diebus offeretis holocausta DOMINO. Dies quoq; octauus erit celeberrimus atq; sanctissimus, & offeretis holocaustum DNO: est em cœt⁹ atq; collectę: ome opus seruile nõ facietis in eo. Hę sunt ferię DNI, quas vocabitis celeberrimas atq; sanctissimas: &c.

HIEREMIAE decimoseptimo: Hęc dicit Domin⁹: Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die Sabbati: nec inferatis per portas Ierusalem. Et nolite eijcere onera de domibus vestris in die Sabbati, & omne opus nõ facietis: sanctificate diem Sabbati, sicut pręcepi patribus vestris.

ESAIAE quinquagesimosexto: Quia hęc dicit DOMINUS Eunuchis, Qui custodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meũ: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen

nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios aduenæ qui adhærent Domino, vt colant eũ, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodiẽtem Sabbatũ, nè polluat illud, & tenentẽ fœdus meũ: Adducã eos in mõtem sanctum meũ, & lætificabo eos in domo orationis meę: holocausta eorum & victimæ eorũ placebunt mihi super altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.

APOCALYPSIS primo: Fui in spiritu in Dominica die.

ACTORVM vigesimo: Vna autẽ Sabbati cùm conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cũ eis: &c.

PRIORIS ad Corinthios decimosexto: De collectis autẽ q̃ fiunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ità & vos facite. Per vnã Sabbati vnusquisq; vestrũ apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit, vt non cùm venero, tunc collectæ fiant.

IOANNIS quarto: Sed venit hora, & nũc est, quãdò veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam & Pater tales q̃rit, qui adorent eũ. Spiritus est Deus, & eos qui adorãt eum, in spiritu et veritate oportet adorare.

DEVTERONOMII quinto: Obserua diem Sabbati, etc. vt suprà, hac quæstione.

NVMERORVM decimoquinto: Factũ est aũt, cũ essent filij Israel in solitudine, et inuenissent hoiem colligentẽ ligna in die Sabbati, obtulerunt eum Moysi et Aaron et vniuersæ multitudini. Qui recluserũt eum in carcerẽ, nesciẽtes qd super eo facere deberẽt. Dixitq; DNS ad Moysen: Morte moriatur homo iste. obruat eum lapidibus omis turba extra castra. Cumq; eduxissent eum foràs, obruerunt eum lapidibus, et mortuus est sicut præceperat DOMINUS.

LEVITICI vigesimotertio: vt suprà, hàc quæstione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præceptũ de colendo Sabbato quũ ad Christianos pertineat.

1. A. AVGVSTINVS epistola centesima decimanona ad Ianuarium, capite duodecimo: Ideoq; inter omnia illa decem præcepta solum ibi quod de Sabbato positũ est, figuratè obseruandum p̃cipitur: quam figuram nos intelligendam, non etiã per ocium corporale celebrandã, suscepimus. Cùm enim Sabbato significetur spiritalis requies, de qua dictũ est in Psalmo: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, & quò vocantur homines ab ipso Dño, dicente: Venite ad me oẽs, q laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Tollite iugum meũ sup vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Cętera tñ ibi p̃cepta, ppriè sicut p̃cepta sunt, sine vlla figurata significatiõe obseruamus. Nã & idola non colere manifestè didicimus, & nõ accipere in vanũ nomẽ Dñi Dei nostri, & honorare patrẽ & matrẽ, & nõ mœchari, nõ occidere, non furari, non falsum testimonium dicere, non concupiscere vxorem proximi, non cõcupiscere vllam rem ,pximi, non figuratè aliud p̃tendunt & mysticè aliud significant, sed sic obseruantur, vt sonant. Obseruare tñ diem Sabbati non ad literam iubemur secundùm ocium ab opere corporali, sicut obseruant Iudæi: & ipsa eorũ obseruatio, quia ità præcepta est, nisi aliam quandam spiritalẽ requiem significet, ridenda iudicatur. Vndè non incõuenienter intelligimus ad amorem excitandum, quo ad requiem tendimus, valere omnia quæ figuratè in scripturis dicuntur, quandoquidem non solùm id in decalogo figuratè præcipitur, vbi requies commendatur, quæ vbiq; amatur, sed in solo Deo certa & sancta inuenitur.

Exod 20. Deut. 5.

Psalm. 45.

Matt. 11.

Dies Dominicus in locũ Sabbati successit apud Christianos.

2. DEINDE capite decimotertio: Dies tamẽ Dñicus nõ Iudæis, sed Christianis resurrectiõe Dñi declaratus est, & ex illo habere cœpit festiuitatem suam. Animæ quippe oĩm sanctorum ante resurrectionem corporis sunt quidẽ in requie, sed in ea non sunt actione, qua corpora recepta vegetantur. Talem quippe actionem significat dies octauus, qui & primus: quia non aufert illam requiem, sed glorificat. Nõ enim redit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio. Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionem, & mortale hoc indui immortalitatem. Quapropter ante resurrectionem Dñi, quannis sanctos Patres plenos spiritu prophetico octauæ sacramentum nequaquàm lateret, quo significatur resurrectio: Nam & pro octaua Psalmus inscribitur, & octauo die circũcidebãtur infantes. Et in Ecclesiaste ad duorum testamentorum significationem dicitur: Illis septem, & illis octo reseruatũ est: tñ illis est occultatum, & solum celebrandum sabbatũ traditũ est, quia erat anteà requies mortuorũ. Resurrectio autẽ nullius erat donèc veniret Christus, qui resurgens ex mortuis, iam non moreretur, & mors illi vltrà non dñaretur. Sed postq̃ facta est talis resurrectio in corpore Dñico, vt p̃iret in capite Ecclesiæ, q̃d corpus Ecclesiæ speraret in fine, iam etiã dies Dñicus, i. octauus, q & primus, inciperet celebrari, ipsã etiã causã intelligitur, cur obseruandũ Pascha, vbi agnũ occidere & comedere iubẽtur, quod manifestissimè passionẽ Dñi p̃figurat, nõ eis ità p̃ceptum, vt attenderent occurrere Sabbatum, & cum mensẽ nouorũ & tertiã lunæ hebdomadam cõcurrere, vt eundem quoq; diem Dñs potiùs sua passione signaret, qui etiam Dominicũ, id est, octauum, qui & primus est, declaraturus aduenerat.

Ecclef. 11.

1. Cor. 15.

Rom. 6.

Anniuersariæ solennitates Christianorum ab Apostolis institutæ, vel à plenarijs Cõcilijs.

4. ITEM epistola cẽtesima decimaoctaua ad Ianuarium, capite primo: Illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidẽ toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas, commendata atq; statuta retineri, sicuti, quòd Dñi passio & resurrectio, & ascensio in cęlum, & aduentus de cælo Spiritus sancti anniuersaria solennitate celebrantur. Et si quid aliud tale occurrerit, quod seruatur ab vniuersa quacunq; se diffundit Ecclesia.

Diei Dominicæ commẽdatio.

4. IDEM Augustinus sermone cẽtesimo quinquagesimoquarto de tempore: Venerabilis est hæc dies, qui Dominicus dies, & dies primus atq; pfectus est, & dies clarus, in quo visa est prima lux, in quo trãsgressi sunt filij Israel mare rubrum siccis pedibus, & in quo pluit manna filijs Israel in deserto, & quo Dñs baptizatus est in Iordane, quo vinũ de aqua in Cana Galilææ factum est. Quo benedixit Dñs quinq; panes, quibus satiauit quinq; millia hominum: In quo resurrexit Dñs à morte: Quo intrauit Dñs in domus clausas, vbi erãt discipuli congregati propter metum Iudæorum: In quo spiritus sanctus descendit in Apostolos: Et in quo speramus Dominum nostrum IESVM Christum ad iudiciũ venturũ: In quo die omnis creatura reformabitur in melius, vt sol & luna septuplum lumẽ accipiant, & sancti homines vitam æternã propter merita bonæ obedientiæ recipiant à Deo.

Gen. 1.
Exod 14.
Exod. 16.
Matt 3.
Ioann. 2.
Matt. 14.
Ioan. 20.
Actor. 2.
Esa. 30.

Dominicæ diei excellẽtia.

5. LEO Magnus epistola octogesimaprima ad Dioscorũ, capite primo: Dies resurrectionis Dominicæ tantis diuinarum dispositionum mysterijs est consecrata, vt quicquid est à Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestũ. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectiõem Christi & mors interitum, & vita

Gen. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marc. 16. Matt. 28. & vita accepit initium. In hac Apostoli à Domino prædicādi omnibus gentibus Euangelij tubam sumūt, & inferendū vniuerso mundo sacramentum regenerationis accipiunt. In hac (sicut beatus Ioānes Euangelista testatur) congregatis in vnū discipulis, ianuis clausis, quum ad eos Dominus introijsset, insufflauit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac deniq; promissus à Dño Apostolis Spiritus sanctus aduenit.

Ioann. 20.

Ioan. 14. & 16. Actor. 2.

1. B. IGNATIVS in epistola ad Philippenses: Dies festos nolite inhonorare.

Diebus festis sicut ornātur corpora & templa, ità & anima suit ornamentis exornāda est & à vitijs purganda.

2. LEO Magnus sermone tertio de Quadragesima: Si rationabile & quodammodò religiosum videtur, per diem festū in vestitu nitidiore prodire, & habitu corporis hilaritatem mentis ostendere, si ipsam quoq; orationis domum propensiore tunc cura & ampliore cultu, quantùm possumus, adornamus: nónne dignum est, vt anima Christiana, quæ verum viuumq; Dei templum est, speciem suā prudenter exornet, & redemptionis suæ celebratura sacramentū, omni circunspectione præcaueat, nè vlla eā macula iniquitatis obfuscet, aut duplicis cordis ruga dedecoret? Nam quid prodest honestatis formam præferens cultus exterior, si interiora hominis aliquorum sordeant contaminatione vitiorum? Omnia igitur, quæ animi puritatem & speculum mentis obnubilant, abstergenda sedulò, & quadam elimatione radenda sunt. Scrutetur quisque conscientiam suam, seq; ante se statuat proprij censura iudicij &c. Vndè quia dum mortali carne circundamur, non definit nobis antiquus hostis laqueos peccati vbiq; prętendere, & tunc maximè aduersùs Christi membra sæuire, quandò ab eis sunt celebrāda sacratiora mysteria, meritò doctrina spiritus sancti hac eruditiõe imbuit populū Christianum, vt ad Paschale festum quadraginta dierum continentia se præparet.

Ad festum Paschæ celebrandū quadragesimali ieiunio præparamur ex Spiritus sancti doctrina.

3. GREGORIVS libro vndecimo epistolarū, epistola tertia ad Romanos ciues: Dñico die à labore terreno cessandum est, atq; omnimodò orationibus insistendū, vt si quid negligētiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicæ precibus expietur.

Die Dominico quid agēdum.

4. HIERONYMVS in caput quartū ad Galatas: Dicat aliquis: Si dies obseruare non licet, & menses, & tempora, & annos: nos quoquè simile crimen incurrimus, quartam sabbati obseruantes, & parasceuen, & diem Dominicam, & ieiunium Quadragesimæ, & Paschæ festiuitatē & Pentecostes lætitiam: & pro varietate regionum

An Paulus prohibeat quosuis dies obseruari à Christianis.

num diuersa in honore martyrum tempora constituta. Ad quod qui simpliciter respondebit, dicet, Non eosdem Iudaicæ obseruationis dies esse quos nostros. Nos enim non azymorum pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis. Nec septem iuxta morem Israēl numeramus hebdomadas in Pentecoste, sed spiritus sancti veneramur aduentum. Et nè inordinata congregatio populi fidem minueret in CHRISTO, propterea dies aliqui constituti sunt, vt in vnum omnes pariter veniremus.

Iudaica festa non celebrātur à Christianis.

Cur dies festi instituti sint.

5. AVGVSTINVS in libro contra Adimantum Manichæi discipulum, capite decimosexto: Nos quoquè & Dominicum diem & Pascha solēniter celebramus, & quaslibet alias Christianas dierum festiuitates. Sed quia intelligimus quò pertineant, nõ tempora obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus.

Solennitates Christianorū

6. IDEM sermone ducentesimo quinquagesimoprimo de tempore. Sciendum est, fratres charissimi, quòd ideò à sanctis patribus nostris constitutum est Christianis & mandatum, vt in solennitatibus Sanctorum, & maximè in Dominicis diebus, ocium haberent, & à terreno negocio vacarent, vt paratiores & promptiores essent ad diuinum cultum, cùm non haberent, quod eos indè retardaret incommodum, relinquerentq; eo tempore terrenam solicitudinē, quò facilius possent Dei intendere voluntatem. Indè ipse Dominus per prophetam dicit: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. At hi qui diuersis curis ac negocijs implicati, hanc sentētiam Dei spernunt, & diuinæ contemplationi vacare nolunt, timeo quòd in futuro iudicio illis ianuam Domini pulsantibus atque aperiri poscentibus, Dominus respondeat, Amen dico vobis, nescio vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et qui modò Deum quærere negligunt, ab ipso tunc respuūtur. Idcircò fratres mei, non sit vobis molestum, in Dominicis diebus & in Natalitijs Sanctorum, diuino studere cultui. Dominicum ergò diem Apostoli & Apostolici viri ideò religiosa solennitate habendum sanxerunt, quia in eodem redemptor noster à mortuis resurrexit. Quiq; ideò Dominicus appellatur, vt in eo à terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes, tantùm diuinis cultibus seruiamus, dantes scilicet diei huic honorem & reuerentiam propter spem resurrectionis nostræ, quam habeamus in illa. Nam sicut ipse Dominus IESVS CHRISTVS & saluator resurrexit à mortuis, ità & nos resurrecturos in nouissimo die speramus. Appáret autem hunc etiàm in scripturis sanctis esse solennem. Ipse enim est primus dies seculi, in ipso formata sunt elementa

Cur à terrenis negocijs Christiani seriātur, diebus festis & Dominicis.

Psal. 45.

Luc. 13.

Cur dies Dominicus ex Apostolorū institutione celebratur. Matt 28.

Gen. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act 2. Exod.16. elementa mundi, in ipso creati sunt angeli, in ipso quoquè à mortuis resurrexit CHRISTVS, in ipso de cælis Spiritus sanctus super Apostolos descendit, manna in eodē, in eremo primùm de cælo datum est. His enim speciebus ac talibus indicijs Dominica dies extat insignis. Ac ideò sancti doctores Ecclesiæ decreuerunt oēm gloriā Iudaici Sabbatismi in illam transferre, vt quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate: quia tunc erit requies nostra vera, quandò resurrectio fuerit perpetrata, & remuneratio in anima & corpore simul perfecta. Obseruemus ergò diem Dominicam fratres, & sanctificemus illam, sicut antiquis præceptum est de Sabbato, dicente Legislatore, à vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Videamus nè ocium nostrum vanum sit, sed à vespera diei Sabbati vsque in vesperam diei Dominici, sequestrati à rurali opere & ab omni negocio, soli diuino cultui vacemus. Sic quoquè sanctificāmus ritè Sabbatum Domini, dicente Domino: Omne opus non facietis in eo. Veniat ergò, cuicunque possibile sit, ad vespertinam atque nocturnam celebrationem, & oret ibi in conuentu Ecclesiæ pro peccatis suis Deum. Qui verò hoc non possit, saltem in domo sua oret, & nō negligat Deo soluere votum, ac reddere pensum seruitutis. In die verò nullus se à sacra Missarum celebratione separet, neque ociosus quis domi remaneat, cæteris ad Ecclesiam pergentibus, neq; in venatione se occupet, & diabolico mancipetur officio, circunuagando campos & syluas, clamorē & cachinnū ore exaltās, nō genitū nec orationis verba ex intimo pectore ad Deū proferens. 7.8.9.10. CONCILIVM Moguntinū canone trigesimosexto, secūdum Matisconense canone primo, & Agathense canone vigesimoprimo, & quadragesimoseptimo: vide infrà in tractatu de præceptis Ecclesiæ, quæstione decimaquarta.

Sabbati celebratio abrogata.

Exod.20. Leui.23.

Quibus studijs vacandū in diebus festis.

XII

Quæ summa est horum trium præceptorum?

A. Hęc tria priora quidem præcepta, quæ sunt [a] primę tabulę, nos eò instituunt, vt verū Deo cultum prętemus, interiorem scilicet & exteriorem corde, ore, & opere, priuatim & publicè.

a Aug. quæst. 71. in Exodū, & in Psal. 32. concione 1.

B. Reliqua septem, quæ porrò sequuntur, præcepta

cepta secundæ tabulæ dicuntur, in hoc addita, vt nostrum erga proximum officium explicent.

EK PATRIBVS.

Quot sint primæ tabulæ præcepta, & quot secundæ.

1. A. AVGVSTINVS quæstione septuagesimaprima super Exodum: Quæritur, decem præcepta legis quemadmodùm diuidēda sint: vtrùm quatuor sint vsque ad præceptum de Sabbato, quę ad ipsum Deum pertinent: sex autem reliqua, quorum primum, Honora patrem & matrem, quæ ad hominem pertinent: an potiùs illa tria sint, & ista septem. Qui enim dicunt, illa quatuor esse, separant quod dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me: vt aliud præceptū sit, Non facies tibi idolū & cætera: vbi figmenta colenda prohibentur. Vnum autem volunt esse, Non concupisces vxorem proximi tui: &, Non concupisces domum proximi tui, & omnia vsque in finem. Qui verò illa tria esse dicunt, & ista septem, vnum volūt esse, qcquid de vno colendo Deo p̄cipitur, nè aliqd aliud præter illum p Deo colatur. Hæc autem extrema præcepta in duo diuidūt, vt aliud sit prę̄ceptum, Non concupisces vxorem proximi tui: & aliud, Non concupisces domum proximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, nō asinum, nec oīa quæcūque illius sunt. Decem tamen esse præcepta neutri ambigunt, quoniam hoc scriptura testatur. Mihi tñ videntur congruentiùs accipi tria illa, & ista septē, quoniā Trinitatem videntur illa quę ad Deum pertinent, insinuare diligentiùs intuentibus. Et reuerà quod dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me: hoc ipsum perfectiùs explicatur, cùm prohibentur colenda figmenta. Concupiscentia porrò vxoris alienę, & concupiscentia domus alienę, tantùm in peccando differunt, vt illi quod dictum est, Non concupisces domum proximi tui, adiuncta sint & alia, dicente scriptura: Neque agrum eius, neque seruum eius, neque ancillam eius, neque boues eius, neque subiugalem eius, neque omne pecus eius, neque quæcunque proximi tui sunt. Discreuisse autem videtur concupiscentiam vxoris alienę, à concupiscentia cuiuslibet rei alienę, quandò vtrunque sic cœpit, Non cōcupisces vxorem proximi tui: &, Non concupisces domum proximi tui: & hinc cœpit cętera adiungere. Non autē cùm dixisset, Non concupisces vxorem proximi tui: huic connexit alia, dicens, Neque domum eius, neque agrum eius, neque seruum eius, & cæt. sed omninò appārent hæc esse coniuncta, quæ in vno præcepto videntur contineri, & discreta

Augustinus existimat potiùs tria constituenda primæ tabulæ, & secūdæ septē præcepta.

Deut.5. Exod.20. secundùm lxx.

Universidad de Deusto
Biblioteca

creta ab illo, vbi vxor nominata est. Illud autem vbi dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me: appáret huius rei diligentiorem executionem esse in ijs quæ subiecta sunt. Quò enim pertinet, Non facies tibi idolum, neque vllum simulacrum: quæcunque in cælo sunt sursùm, & quæcunque in terra deorsùm, & quęcunque in aqua sub terra, non adorabis ea, neque seruies illis: nisi ad id quod dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me? Et paulò pòst: In illis duobus præceptis, non mœchandi, & non furandi, ipsa opera notata sunt: in his verò extremis, ipsa concupiscentia: quæ tantum differunt, vt aliquandò mœchetur, qui non concupiscit vxorem proximi, cùm alia aliqua causa illi miscetur: aliquandò autem concupiscat, nec ei misceatur, pœnam timens: & hoc forsitan lex ostendere voluit, quòd vtraque, peccata sint. Et in fine eiusdem quæstionis: Si furti nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ: non enim rapinam permisit, qui furtũ prohibuit, sed vtiquè à parte totum intelligi voluit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur: profectò & nomine mœchię omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi. Et quod dictum est, Non occides: non putandum est fieri contra hoc prȩceptum, quandò lex occidit, vel occidi aliquem Deus iubet. Ille enim facit qui iubet, quandò ministerium negare non licet.

Quomodò differãt sextũ & septimum mandatum à nono & decimo.

Nomine furti & mœchiæ quid intelligatur.

Quinti præcepti explicatio.

2. IDEM in Psalmum trigesimumsecundum, concione prima: Cùm attendis superiora dona Dei, quid tibi contulerit prȩceptorum, quia doctrina cęlesti te imbuerit, quid tibi desuper ex illius veritatis fonte præceperit, conuertere & ad Psalterium, & psalle Domino in psalterio decem chordarum. Prȩcepta enim legis decem sunt. In decem prȩceptis legis habes psalterium. Perfecta res est. Habes ibi dilectionem Dei in tribus, & dilectionem proximi in septem. Et vtiquè nõsti Domino dicente, quia in his duobus prȩceptis tota lex pendet & prophetę. Dicit tibi DEVS desuper, quia Dominus Deus tuus Deus vnus est. Habes vnam chordam. Non accipias in vanum nomen Domini Dei tui: habes alteram chordam, Obserua diem Sabbati, non carnaliter, non Iudaicis delicijs, qui ocio abutuntur ad nequitiam. Melius enim vtiquè tota die foderent, quàm tota die saltarent. Sed tu cogitans requiem in DEO tuo, & propter ipsam requiem omnia faciens, abstine ab opere seruili. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati: vtinàm hominis, & non peccati. Hæc tria pertinent ad dilectionem DEI, cuius cogita vnitatem, veritatem, & voluntatem.

Deut. 5. Dilectio Dei tribus præceptis explicatur: proximi verò, septem. Matt. 22. Deut. 6. Deut. 5. Ibidèm. Minùs malũ esset in die festo fodere, quàm saltare. Ioan. 8.

Est

Est enim quædam voluntas in Domino, vbi verum sabbatum, vera requies. Vndè dicitur, Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quis enim sic delectat, quàm ille qui fecit omnia quę delectant? In his tribus charitas Dei, in septem alijs charitas proximi, nè facias alij quod pati non vis. Honores patrem & matrem, quia vis te honorari à filijs tuis. Non mœchaberis: quia nec mœchari vxorem tuam post te vis. Non occides: quia & occidi non vis. Non fureris: quia furtum pati non vis. Non falsum testimonium dicas: quia odisti aduersùm te falsum testimonium dicentem. Non concupisces vxorem proximi tui: quia & tuam non vis ab alio concupisci. Non concupisces rem aliquam proximi tui: quia si quis tuam concupiscit, displicet tibi. Conuerte & in te linguam, quandò tibi displicet, qui tibi nocet. Hæc omnia præcepta Dei sunt, sapientia donante data sunt, desuper sonant. Tange psalterium, imple legem, quam Dominus Deus tuus non venit soluere, sed adimplere. Implebis enim amore, quod timore non poteras.

Psal. 35. Tob. 4. Matth. 7. Deut. 5. Matth. 5.

XIII

Quid proponit & iniungit quartum præceptum?

A. DOCENTVR hîc filij, quid suis debeant parentibus, quorum & ope in hanc lucem editi, & labore liberaliter sunt educati. Docẽtur & [a] subditi, suum deferre officium maioribus, id est, omnibus qui dignitate & potestate quadam siue in politicis, siue in Ecclesiasticis magistratibus gerendis præcellunt.

Deut. 5 b Coloss. 3. d Ephe. 6. a Eccl. 3. a. b Prou 23. e Tobiæ 4. a a Rom. 13. a. b Heb 13. c Tit. 3. a 2. c 1. Tim. 2. a 6. a 1. Pet. 2 c 5. b Ephe. 6. a Coloss. 3. d

B. DEBENT autem & illi parentibus, & hi maioribus suis tum interiorẽ, tum exteriorem [b] quãdam reuerentiam & obseruantiam, [c] opem itidèm & obedientiam.

b Leuit. 19. g 1. Pet. 2. c Genes. 43. f 1. Tim. 6. a Eccles. 4. a Act. 10. d c 1. Tim. 5. c 1. Cor. 9. b Mat 10. b 22. b

C. VETATVR præterea, nè quacunque ratione

Luc. 10. b Ambro. lib. 5. hexaem. c. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d Matth.15.a Hebr.13.c Exo.21.c 22.d Leuit.20.b Deu.21.d 27.c Prou.20.c 28. d 30.b.c Eccles.3.b

vel[d] offendamus, vel contristemus personas eiusmodi sublimiores, siue verbis aut signis, siue factis id committatur.

SCRIPTVRAE.

A. DEVTERONOMII quinto: Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus DEVS tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.

AD Colossenses tertio: Filij, obedite parentibus per oĩa: hoc enim placitum est in Domino.

AD Ephesios sexto: Filij, obedite parentibus vestris in DOMINO. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuam & matrem tuam: (quod est mandatum primum in promissione) vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.

ECCLESIASTICI tertio: Filij sapientiæ, Ecclesia iustorum: et natio illorum, obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filij, & sic facite, vt salui sitis. DEVS enim honorauit patrem in filijs: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios: sicut qui thesaurizat, ità & qui honorificat matrẽ suam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet DOMINUM, honorat parentes, & quasi DOMINUS seruiet his qui se genuerunt. In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Nè glorieris in contumelia patris tui: nõ enim est tibi gloria, sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, susci-

pe senectã patris tui, & non contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & nè spernas eum in virtute tua. Eleemosyna enim patris nõ erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, et in die tribulatiõis cõmemorabitur tui: et sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Quàm malæ famę est, qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.

PROVERBIORVM vigesimotertio: Audi patrem tuum qui genuit te: & nè contemnas cùm senuerit mater tua. Iterùm: Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quę genuit te.

TOBIAE quarto: Igitur cùm Tobias putaret orationem suam exaudiri vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filiũ suum, dixitq; ei: Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe. Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ oĩbus diebus vitæ eius. Memor eñ esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cùm autem & ipsa compleuerit tempus vitę suę, sepelias eam circa me.

AD Romanos decimotertio: Oĩs anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est eñ potestas nisi à Deo. Quę aũt sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, DEI ordinationi resistit. Qui autem resistũt, ipsi sibi damnationem acquirunt. nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonũ fac, & habebis laudem ex illa. Dei eñ minister est tibi in bonum. Si autẽ malum feceris, time. non eñ sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Ideò necessitate subditi estote: non solùm propter iram, sed etiàm propter conscientiam. Ideò enim & tributa prę̃statis. Ministri eñ Dei sunt, in hocipsum seruientes. Reddite ergò oĩbus debita: cui tribu-

tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorẽ, timorem: cui honorem, honorem.

AD Hebræos decimotertio: Obedite prępositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciãt, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis.

AD Titum tertio: Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos, esse, neminem blasphemare.

ET capite secundo: Seruos hortare dñis suis subditos esse, in oĩbus placentes, non contradicentes: non fraudantes, sed in oĩbus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.

PRIORIS ad Timotheũ secundo: Obsecro igitur primùm oĩum fieri obsecratiões, orationes, postulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt: vt quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc eñ bonum est, et acceptum coram Saluatore nostro Deo.

ITEM capite sexto: Quicunq; sunt sub iugo serui, dños suos oĩ honore dignos arbitrẽtur: nè nomen Dñi et doctrina blasphemetur. Qui aũt fideles habent dños, non contemnant, quia fratres sunt: sed magìs seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare.

PRIORIS Petri secũdo capite: Subiecti estote oĩ humanę creaturæ propter Deum: siue regi, quasi p̃cellenti: siue ducibus, tanq̃ ab eo missis ad vindictã malefactorũ, laudẽ verò bonorũ: qa sic est volũtas DEI, vt benefaciẽtes obmutescere faciatis imprudentiũ hominum ignorantiã: quasi liberi, et nõ quasi velamen habentes malitię libertatem, sed sicut serui DEI. Oẽs honorate, fraternitatem diligite, DEUM timete, regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis.

ET capite quinto: Similiter adolescentes subditi estote senioribus.

AD Ephesios sexto: Serui, obedite dñis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui CHRISTI, facientes volũtatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes, sicut Domino & non hominibus, scientes quoniam vnusquisq; quodcunq; fecerit bonũ, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber.

AD Colossenses tertio: Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Dño, & nõ hominibus: sciẽtes quòd à Dño accipietis retributionẽ hęreditatis.

B. LEVITICI decimonono: Coram cano capite cõsurge, & honora personam senis: & time Dominum Deum tuum.

PRIORIS Petri secũdo: Subiecti estote &c. vt paulò antè.

GENESIS quadragesimotertio: Ingressus est Ioseph domum suam, obtulerunt̃q; ei munera, tenentes in manibus suis, & adorauerunt proni in terram.

PRIORIS ad Timotheum sexto: Quicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: nè nomen Domini & doctrina blasphemetur.

ECCLESIASTICI quarto: Presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum.

ACTORVM decimo: Et factum est cùm introìsset Petrus, obuius venit ei Cornelius: & prócidens ad pedes eius, adorauit.

PRIORIS ad Timotheum quinto: Qui benè p̃sunt presby-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sbyteri, duplici honore digni habeãtur: maximè q laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et, Dignus est operarius mercede sua.

Prioris ad Corinthios nono: Quis militat suis stipendijs vnquàm? quis plantat vineam, & de fructu eius nõ edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundùm hominẽ hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtiq; dicit? Nam ꝓpter nos scripta sunt, quoniã debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt, quarè non potiùs nos? Sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, nè quod offendiculum demus Euangelio Christi. Nescitis, qm̃ qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ità & Dns ordinauit ijs, qui Euangelium annunciãt, de Euangelio viuere.

Matthaei decimo: Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neque virgam. dignus enim est operarius cibo suo.

Et capite vigesimosecundo: Reddite ergò q̃ sunt Cæsaris, Cæsari & quæ sunt Dei, Deo.

Lvcae decimo: In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. In quancunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis.

C. Matthaei decimoquinto: Ipse autem respondẽs, ait illis: quarè & vos transgredimini mandatũ Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunq; est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

Ad Hebræos decimotertio: Obedite præpositis vestris &c. vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim non expedit vobis.

Exodi 21. qui percusserit patrem suũ aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriat.

Et vigesimosecundo: Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.

Levitici vigesimo: qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Patri matriq; qui maledixerit, sanguis eius sit super eum.

Deuteronomii vigesimoprimo: Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit, appræhendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos, Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat & luxuriæ atq; conuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malũ de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat.

Et capite vigesimoseptimo. Maledictus qui non honorat patrem suum & matrem. & dicet omnis populus, Amen.

Proverbiorvm vigesimo: qui maledicit patri suo & matri extinguetur lucerna eius in medijs tenebris.

Item vigesimooctauo: qui subtrahit aliq̃d à patre suo, et

Universidad de Deusto
Biblioteca

à matre, et dicit, hoc nõ esse peccatũ, particeps homicidę est.

Et capite trigesimo: Generatio quę patri suo maledicit, et quæ matri suæ non benedicit, etc. Ibidèm: Oculum q̃ subsannat patrem, et qui despicit partũ matris suæ, effodiant eũ corui de torrentibus, et comedant eum filij aquilæ.

Ecclesiastici tertio: Fili, susci̇pe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius, &c. vt suprà.

EX PATRIBVS.

Ciconiarum pietas in parentes.

B. AMBROSIVS libro quinto hexaemeron, capite decimosexto: Quam verò rationabilium excedat pietatem ac prudẽtiam ciconiæ clementia, considerandum, quam nec post exemplum quidẽ rationabilium quisquã nostrorum imitari poterit. Nam depositi patris artus, per longæuum senectutis plumarũ tegmine alarumq; remigio nudatos, circunstans soboles pennis proprijs fouet. Et quid for. ·dicã, quòd ·dicã, collatitio cibo pascit, qñ etiã ipsa reparat naturæ dispẽdia, vt hinc atq; indè subleuantes senẽ fulcro alarũ suarũ ad volandũ exerceant, & in pristinos vsus desueta iam reuocent pij patris membra? Quis nostrũm leuare ægrum non fastidiat patrem? Quis fessum senẽ suis humeris imponat, quod in ipsa historia vix credibile habetur? Quis, vt pius sit, nõ hoc seruulis mãdat obsequiũ? At verò auibus nõ est graue, quod pietatis est plenũ: nõ est onerosum, quod soluitur naturæ debito. Nõ recusant aues pascere patrẽ, quod etiã ꝑscripta necessitate, sub terrore pœnarũ pleriq; hoim recusårunt. Aues nõ scripta, sed nata lex stringit. Aues ad hoc munus nullo ꝑcepto conueniunt, sed gratiæ naturalis officio. Aues non erubescunt reuerendi senis mẽbra portare. Est enim vectura pietatis: quod eò vsq; frequẽti testificatione percrebuit, vt congruæ mercedem remunerationis inuenerit. Nam Romanorum vsu pia auis vocatur. Et quod vix vni Imperatori consulto Senatus delatum dicitur, hoc istę aues in commune meruerunt. Habent ergò aues istæ decreta patrũ ad ꝓprię insigne clementiæ. Pios enim filios, patrũ priùs oportuit iudicio ꝑdicari. Habẽt etiã vniuersorũ suffragia. Nam retributio beneficiorum antipelargosis noïatur. Pelargos eñ ciconia dicitur. Virtus itaq; ab his nomẽ accepit, cũ relatio gratiarũ ciconiæ vocabulo nũcupatur.

XIIII

Quid includit quintum Præceptum?

A. NON

A. Non solùm externam prohibet cędem & vim omnem quę corpus & vitam proximi lędit, sed etiam iram, odium, rancorem, indignationem, vindictę cupiditatem, & quosuis internos affectus ad proximi læsionem propensos, amputat.

Genes. 9. a Leuit. 24. c 19. d Deuter. 5. b Exod. 20. c 21. c Matth 5. c Iac 2. b 1. Ioã. 3 c Eph. 4. g Col. 3. b Psal. 4. a Rom. 12. c d Deuter. 32. e Eccl. 28. a b Hebr. 10. f 12. d

B. Requirit verò [a] animi mansuetudinem, humanitatem, clementiam, comitatem, beneficentiam: nimirùm vt iniuriarũ facilè obliuiscamur, nec vindictam expetamus, sed ità condonemus inuicèm offensas, sicut in Christo Deus [b] nobis donauit.

[a] Eph 4. a Col. 3. b Rom. 12. c d 1. Pet. 3. b Eph. 6. b Philip. 4. b Mat. 6 b 5. g 18. c d Luc. 6. f Mar. 11. c Prouerb. 24. d

[b] Ephes. 4 g

SCRIPTVRAE.

Genesis nono: Sanguinem animarum vestrarum requram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis: de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.

Levitici vigesimoquarto: Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui irrogauerit maculã cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualẽ inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. Qui percusserit hominem, punietur.

Et capite decimonono: Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego Dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, nè habeas super illo peccatum. Non quęras

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

DEVTERONOMII quinto: Non occides.

EXODI vigesimo: Non occides.

ET vigesimoprimo: Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: constituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur &c.

MATTHAEI quinto: Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Raca: reus erit cõcilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersùm te: relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

IACOBI secundo: Qui dixit, Nõ mœchaberis: dixit &, Nõ occides.

PRIMAE Ioannis tertio: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida nõ habet vitam æternam in semetipsõ manentem.

AD Ephesios quarto: Irascimini, & nolite peccare. sol nõ óccidat super iracundiam vestram. Ibidèm: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

AD Colossenses tertio: Nunc autem deponite & vos oĩa: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.

PSALMO quarto: Irascimini, & nolite peccare.

AD

AD Romanos duodecimo: Nulli malum pro malo reddentes: Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ. scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

DEVTERONOMII trigesimosecundo: Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore.

ECCLESIASTICI vigesimooctauo: Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi, peccata soluẽtur. Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram: & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. Tabitudo enim & mors imminent in mãdatis eius. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo. Memorare testamẽtum Altissimi & despice ignorantiã proximi. Abstine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacẽ habentium immittet inimicitiam. Secundùm enim ligna siluæ, sic ignis exardescit: & secundùm virtutem hominis, sic iracundia illius erit: & secundùm substantiam suam, exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem: & lingua testificans adducit mortem. Si sufflaueris, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur. vtraque ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes.

AD Hebræos decimo: Scimus qui dixit, Mihi vindictam, ego retribuam.

ET capite duodecimo: Contemplantes nè quis desit gratię Dei;

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ Dei: nè qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat,& per illam inquinentur multi.

B. Ad Epheſios quarto: Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicèm in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

Ad Coloſſenſes tertio: Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicèm: & donãtes vobiſmetipſis, ſi quis aduersùs aliquem habet querelam: ſicut & Dominus donauit vobis, ità & vos. Super oĩa autem hęc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore.

Ad Romanos duodecimo: Benedicite pſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Si fieri poteſt, quòd ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.

Prioris Petri tertio: In fide autem, omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: ſed econtrariò, benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis.

Ad Epheſios ſexto: Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas, ſciẽtes quia & illorum & veſter Dñs eſt in cęlis: & perſonarum acceptio non eſt apud eum.

Ad Philippenſes quarto: Et pax Dei quę exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras in Chri-

Christo Iesv. Decæterò fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonę famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. Quæ et didiciſtis, et accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum.

Matthaei ſexto: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

Et capite quinto: Audiſtis quia dictum eſt, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo alia duo. Qui petit à te, da ei, & volẽti mutuare à te, nè auertaris. Audiſtis quia dictum eſt, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm, quid ampliùs facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Exod. 21. Deut. 19. Leu. 19.

Item decimooctauo: Accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiès peccabit in me frater meus, & dimittã ei? vſq; ſeptiès? Dixit illi Iesvs: Non dico tibi vſque ſeptiès, ſed vſq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

septuagiès septiès. Ibidèm: Nónne ergò oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tuî misertus sum? &c.

LVCAE sexto: Dimittite, & dimittemini.

MARCI vndecimo: Dum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersùs aliquem, vt & pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra, &c.

PROVERBIORVM vigesimoquarto: Nè dicas, Quomodo fecit mihi, sic faciâ ei: reddam vnicuique secundùm opus suum.

AD Ephesios quarto: Estote inuicèm benigni, misericordes, donantes inuicèm, sicut et Deus in CHRISTO donauit vobis.

XV

Quid habet sextum præceptum?

Leuit. 20 b 19 f. Deut. 22. c 23 c. Matt. 5 e Eccle 41 d 1. Cor. 6. b. d Ephe. 4. d. 5. a. Pro. 6. d. Iudæ b e

A. Prohibet fornicationem, adulterium, & omnem concubitum illegitimum, ac impuram qualemcunque libidinem.

B. Caueri prætereà & præscindi vult occasiones, quæ carnis libidinem iritant ac fouent, vt sunt [a] obscœna verba, cantilenæ inhonestæ, gestus impudici.

a Colos. 3. b. Ephe. 5. a 1. Pet. 2. b. e

b 1. Thes. 4. a. Heb. 13. a Tob. 4 b. 1. Cor. 7. 2. b c Tob. 3. c. Matt. 15. b Dan. 13. b. f d 1. Tim. 5. b. Eccle 9 a. b. Iob. 31. a. b Pro. 6 c. d Gen. 9 d. Deut. 25. c Gen. 38 b. 1 Tim 2 e 1. Pet. 3. a Esa. 3. c. d Amos 6 b Iac. 5 a. Rom. 13 d. Ezech 16. f 1. Tim 5. a. d

C. Requirit ex aduerso fidem [b] in coniugio, tum pudicitiam omnem siue [c] cordis in cogitationibus & desiderijs, siue [d] corporis in lingua, facie, oculis, auribus, tactu, atque omni demùm habitu cultuq; exteriore, vt siue soli, siue cum alijs viuamus, non modò luxus & intemperâtię notam effugiamus, verumetiam

am modestiam, frugalitatẽ, continentiamq; sedulò exerceamus.

SCRIPTVRAE.

A. LEVITICI vigesimo: Si mœchatus quis fuerit cũ vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, &c. & post plura alia enormia peccata ità subijcitur: Custodite leges meas atque iudicia, & facite ea: nè & vos euomat terra quam intraturi estis & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, et abominatus sum eas.

ITEM capite decimonono: Nè prostituas filiam tuam, nè contaminetur terra, et impleatur piaculo.

DEVTERONOMII vigesimosecundo: Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est, adulter et adultera: et auferes malum de Israel. Et paulò superiùs: Quòd si verum est quod obijcit, et non est in puella inuenta virginitas: eijcient eam extra fores domus patris sui, et lapidibus obruent viri ciuitatis illius: et morietur, quoniam fecit nefas in Israël vt fornicaretur in domo patris: et auferes malum de medio tuî et similia multa in eodem capite.

ET capite vigesimotertio: Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filijs Israël. Non offeres mercedem prostibuli, nec precium canis in domo domini Dei tui, quicquid illud est quod vouerint: quia abominatio est vtrunque apud Dominum Deum tuum.

MATTHAEI quinto: Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

viderit mulierẽ ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

ECCLESIASTICI quadrageſimoprimo capite: Erubeſcite à patre & à matre de fornicatione: à reſpectu mulieris fornicariæ. Nè reſpicias mulierem alieni viri, & nè ſcruteris ancillam eius, neque ſtéteris ad lectum eius.

PRIORIS ad Corinthios ſexto capite: An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare, Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum DEI poſſidebunt. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt CHRISTI? Tollens ergò membra CHRISTI, faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhęret Domino, vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem: Omne eñ peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. An neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti eñ eſtis precio magno. Glorificate & portate DEUM in corpore veſtro.

AD Epheſios quarto: Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut et Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habẽtes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.

ET quinto capite: Fornicatio aũt & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicũt decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno CHRISTI & DEI. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.

PROVERBIORVM ſexto: Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, Vt cuſtodiant te à muliere mala, et à blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, nè capiaris nutibus illius: precium enim ſcorti vix eſt vnius panis: mulier autem viri precioſam animam capit. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cùm tetigerit eam. Non grandis eſt culpa, cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt eſurientem impleat animam: deprehenſus quoquè reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam: turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur, quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

IVDAS in epiſtola ſua canonica: Subintroiẽrunt quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, &c. Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, et abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Similiter et hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemãt. Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcẽtes, etc. ET in fine: Alijs

autem miseremini in timore, odientes et eam quæ carnalis est, maculatam tunicam.

B. Ad Colossenses tertio: Nunc autem deponite et vos omnia: iram, indignatiõem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Et paulò superiùs: Mortificate mẽbra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus, propter quæ venit ira DEI super filios incredulitatis.

Ad Ephesios quinto: Fornicatio autem et omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

Secvndae Petri secundo capite: Et ciuitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi sunt. ponens: et iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit: aspectu enim et auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos: magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, Dominationemque cõtemnunt, audaces, sibi placentes: sectas nõ metuunt introducere blasphemantes. Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem et in perniciem, in his quæ ignorant, blasphemãtes, in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatem existimantes diei, delicias coinquinationis & maculæ: delicijs affluentes, in conuiuijs suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti.

C. Pri-

C. Prioris ad Thessalonicenses quarto: Hęc est eṁ voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrûm vas suum possidere in sanctificatione et honore, nõ in passione desiderij, sicut et Gentes quæ ignorant Deum.

Ad Hebręos decimotertio: Honorabile connubium in omnibus, et torus immaculatus. Fornicatores enim et adulteros iudicabit Deus.

Tobiae quarto: Omnibus diebus vitę tuę in mente habeto Deum: et caue nè aliquandò peccato consentias, et prętermittas præcepta Domini Dei nostri.

Matthaei decimoquinto: Quę aũt procedunt de ore, de corde exeunt: et ea coinquinant hominem. De corde eṁ exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem.

Danielis decimotertio: Videbãt eam (Susannam) senes quotidiè ingredientem et deambulantem, et exarserunt in concupiscentiam eius, et euerterunt sensum suum, et declinauerunt oculos suos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Erant ergò ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam etc. Et in fine capitis: Et dixit ei Daniel: Semen Chanaan, et non Iuda, species decepit te, et concupiscẽtia subuertit cor tuum.

Prioris ad Timotheum quinto capite: Adolescentiores viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & ociosę discunt circuire domos, non solùm ociosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet.

Eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICI nono: Nè respicias mulierem multiuolam, nè fortè incidas in laqueos illius. Cum saltatrice nè assiduus sis: nec audias illam, nè fortè pereas in efficacia illius. Virginem nè conspicias, nè fortè scandalizeris in decore illius. Nè des fornicarijs animam tuam in vllo: nè perdas te, & hæreditatem tuam. Noli circunspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam à muliere compta, & nè circunspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi periêrunt: & ex hoc cõcupiscentia quasi ignis exardescit. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere nè sedeas omninò, nec accumbas cum ea super cubitum: & non alterceris cum illa in vino, nè fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.

IOB trigesimoprimo: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me DEVS desuper, & hæreditatem Omnipotens de excelsis? Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium àmici mei insidiatus sum: scortum alterius sit vxor mea, &c. Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima.

PROVERBIORVM sexto capite: Vt suprà, hac eadem quæstione.

GENESIS nono: Cùm vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foràs. At verò Sem & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciesque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt. Euigilans autem Noë ex vino, cùm didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitque, Benedictus Do-

minus DEVS Sem, sit Chanaan seruus eius. Dilatet DEVS Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius.

DEVTERONOMII vigesimoquinto: Si habuerint inter se iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, volensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum, & apprehenderit verenda eius: abscindes manum illius, nec flecteris super eam vlla misericordia.

GENESIS trigesimooctauo: Dixit ergò Iudas ad Onan filium suum, Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram: nè liberi, fratris nomine nascerentur. Et idcircò percussit eum Dominus, eò quòd rem detestabilem faceret.

PRIORIS ad Timotheum secundo: Volo ergò viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.

PRIORIS Petri tertio: Similiter & mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore castam conuersationem vestram. Quarum non sit extrinsecùs capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples, &c.

ESAIAE tertio: Et dixit Dominus, Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nu-

tibus oculorum ibant, & plaudebant: ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant: Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murænulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoquè viri tui gladio cadent, et fortes tui in prælio. Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

AMOS sexto: Væ qui opulenti estis in Sion, & cæt. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui canitis ad vocem psalterij: Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super cõtritione Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientium. Iurauit Dominus DEVS in anima sua, dicit dominus exercituum, detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis.

IACOBI quinto: Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizâstis vobis iram in nouissimis diebus.

bus Epulati estis super terram, & in luxurijs enutrîstis corda vestra in die occisionis.

AD Romanos decimotertio: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die, honestè ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, & cætera: sed induimini DOMINVM IESVM CHRISTVM, & carnis curam nè feceretis in desiderijs.

EZECHIELIS decimosexto: Viuo ego, dicit Dominus DEVS, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut feciſti tu & filiæ tuæ. Eccè hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium ipsius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me: & abstuli eas sicut vidisti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificâsti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. Ergò & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratiùs agens ab eis: iustificatæ sunt enim à te: ergò & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificâsti sorores tuas.

PRIORIS ad Timotheum quinto: Nam quæ (vidua) in delicijs est, viuens mortua est. Teipsum castum custodi.

XVI

Quid docetur in septimo præcepto?

Leuit 19.b e f
Ephe 4 f
1 Cor.6 b
Luc.6 e
Act 8 d
4 Reg 5.f g
Deut 25.c
Pro 11.a 20.b
Eccles.10.a
1.Thess.4.b

A. Prohibetur omnis rei alienæ illicita contrectatio & vsurpatio per furtum, rapinam, simoniam, vsuras, lucra iniusta, dolum malum, & quosuis contractus alios, quibus fraterna læditur charitas, ac proximus fraude circunuenitur.

Psal.14.a b
Luc.6 d
Eze.18.a b c d
Rom.13.b
Matth.5.f g

B. Exigit eregionè hoc præceptum, vt in omni negocio seu commercio inuiolata seruetur æquitas, & proximi vtilitas, sicubì sese offerat occasio, quacunque ratione ac ope nostra promoueatur.

SCRIPTVRAE.

A. LEVITICI decimonono: Nõ facietis furtum. Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te vsque manè. Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. Nolitè facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta et æqua sint pondera, iustus modius, æquusque sextarius.

AD Ephesios quarto: Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vndè tribuat necessitatem patienti.

PRIORIS ad Corinthios sexto: Iam quidem omninò delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quarè non magis iniuriam accipitis? quarè non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis et fraudatis: et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum DEI non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, etcæt. neque fures, neque auari, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

LVCAE sexto: Si mutuũ dederitis his à quibus speratis recipere, quę gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuum date, nihil indè sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.

ACTORVM octauo capite: Quum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum, daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimâsti pecunia possideri. Non est tibi pars, neq; sors in sermone isto. cor eñ tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si fortè remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis.

QVARTI Regũ quinto: Dixit Giezi puer viri DEI, Pepercit Dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quę attulit: viuit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cùm vidisset ille currentem ad se, desilijt de curru in occursum eius, & ait: Recténe sunt omnia? Et ille ait: Rectè. Dominus meus misit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filijs prophetarum: da eis talentum argenti, et vestes mutatorias duplices, etc. Et dixit Elisęus, Vndè venis Giezi? Qui respondit, Non iuit seruus tuus quoquàm. At ille ait, Nónne cor meum in præsenti erat, quandò reuersus est homo de curru suo in occursum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tui? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas & oues & boues & seruos et ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo, vsque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

DEVTERONOMII vigesimoquinto: Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore super terram, quam Dominus DEVS tuus dederit tibi. abominatur enim Dominus tuus eum qui facit hęc, & auersatur omnem iniustitiam.

PROVERBIORVM vndecimo: Statera dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquum voluntas eius.

Et capite vigesimo: Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud Deum.

ECCLESIASTICI decimo: Nihil agas in operibus iniuriæ. Odibilis coram DEO est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.

PRIORIS ad Thessalonicenses quarto: Nè quis supergrediatur neque circunueniat in negocio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus.

B. PSALMO decimoquarto: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut qs requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam: Qui loquitur veritatem in corde suo, q non egit dolum in lingua sua: nec fecit proximo suo malum, &c. Qui iurat proximo suo, et nõ decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, et munera super innocentem non accepit: qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

LV-

LVCAE sexto: Ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, nè repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

EZECHIELIS decimooctauo: Vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, in montibus non comederit, & cæt. & hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, ad vsuram non accommodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus DEVS. Quòd si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, & cæt. egenum & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, ad vsuram dantem, & amplius accipientem: nunquid viuet? nõ viuet: cùm vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit. Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, et non fecerit simile eis: virum non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit: à pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram et superabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet, & cætera.

AD Romanos decimotertio. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis: nisi, vt inuicèm diligatis.

MATTHAEI quinto: Audistis qa dictũ est, Oculum pro oculo, et dentẽ pro dente. Ego aũt dico vobis non resistere malo:

sed

sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, etcæt. & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, nè auertaris. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cælis est.

XVII

Quid in octauo præcepto comprehensum est?

Leuit.19.b.c Exod.23.a Deu.5.e 16.d 19.c 27.c Prou.12.c 24.d 24.c 25.c Iac.4.c 1.Pet.2.a Ephe.4.f.g Pro.17.a b c d 18.a.b 19.a Rom.1.d Psal.5.a Apo.21.b 22.c Iac.3.a b c

A. PROHIBEMVR eo falsum dolosúmve testimonium in quenquam proferre, & quoquo modo proximi causam in iudicio subuertere, vel etiam extra iudicium famam illius lædere: quod sanè fit à susurronibus, detractoribus, maledicis, criminatoribus & adulatoribus. Breuiter omne mendacium, & omnis linguæ contra proximum abusus hîc interdicitur.

Matth.12.c Coloss.3.b Ephe.4.g Prou.15.a Eccles.6.a

B. DOCEMVR interìm de proximo benè & cõmodè loqui, nempe ad illius defensionem & vtilitatem sine fuco, simulatione, insidijs ve.

SCRIPTVRAE.

A. LEVITICI decimonono: Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nõ maledices surdo. Nõ facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. Iustè iudica proximo tuo. Nõ eris criminator, nec susurro in populo, etc.

EXODI vigesimotertio: Non suscipies vocem mendacij: nec coniungas manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. Non sequéris turbam ad faciendũ malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. Pauperis quoq; non misereberis in iudicio. Non declinabis in iudicium pauperis. Mendacium fugies. Insontem & iustum non occides: quia auersor impium. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.

DEVTERONOMII quinto: Non loquéris contra proximum tuum falsum testimonium.

ET capite decimosexto: Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies personã, nec munera: quia munera excęcant oculos sapiẽtum, & mutant verba iustorum. Iustè quod iustum est persequéris: vt viuas, & possideas terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi.

ITEM capite decimonono: Non stabit testis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum pręuaricationis, stabunt ambo quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligentissimè perscrutantes, inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui: vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquàm talia audeant facere. NON misereberis eius.

RVRSVM capite vigesimoseptimo: Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ. & dicet omnis populus, Amen.

PROVERBIORVM duodecimo: Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ: lingua autem sapientium sanitas est. Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudiũ. Abominatio est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.

ET capite quarto: Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procùl a te.

ITEM capite vigesimoquarto: Time Dominum, fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis: quoniã repentè consurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit? Cognoscere personam in iudicio, non est bonum. Qui dicunt impio, iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio. Labia deosculabitur, qui recta verba respondet. Nè sis testis frustrà contra proximum tuum, nec lactes quenquam labijs tuis. NÈ dicas, Quo modo fecit mihi, sic faciam ei: reddam vnicuique secundùm opus suum.

ET capite vigesimoquinto: Iaculum & gladius & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

IACOBI quarto capite: NOlite detrahere alterutrùm fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi, & iudicat legem.

PRIORIS Petri secundo: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & oẽs detra-

ctiones, sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite.

AD Ephesios quarto: Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicèm membra: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

PROVERBIORVM decimoseptimo: Malus obedit linguę iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos. Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum. QUi vertit linguã, incidet in malum. Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat.

ET capite decimooctauo: Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius. Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.

ITEM decimonono capite: Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

AD Romanos primo: Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, &c. plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tumelioſos, &c. qui cùm iuſtitiam DEI cognouiſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui cònſentiunt facientibus.

PSALMO quinto: Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. Ibidèm: quoniam non eſt in oré eorum veritas: cor eorum vanum eſt. Sepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis dolosè agebant, iudica illos Deus. Décidant à cogitationibus ſuis, ſecúdùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniã iritauerunt te Domine.

APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Timidis autem & incredulis étc. et omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

ET capite vigeſimoſecundo: Beati qui lauant ſtolas ſuas: vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, et per portas intrent in ciuitatẽ. Foris canes & venefici, & impudici, & homicidę, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.

IACOBI tertio: Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Poteſt etiam freno circunducere totum corpus. Si autem equis frena in ore mittimus ad conſentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circunferimus. Et eccè naues, cùm magnæ ſint, & à ventis validis minentur: circunferuntur autem à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ità et lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Eccè quantus ignis quàm magnam ſyluam incendit. Et lingua, ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium

pentium & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipſa benedicimus Deum et patrem: et in ipſa maledicimus homines q ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ità fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nũquid poteſt fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neq; ſalſa, dulcem poteſt facere aquam. Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſunt in cordibus veſtris: nolite gloriari & mendaces eſſe aduersùs veritatem. non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens: ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia et omne opus prauum.

B. MATTHAEI duodecimo: Bonus homo de bono theſauro profert bona: et malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autẽ vobis quoniam omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis cõdemnaberis.

AD Coloſſenſes tertio: Nunc autẽ deponite & vos oñia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpẽ ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicèm. Ibidèm: Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia: docentes & commonentes voſmetipſos in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, oñia in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.

AD Epheſios quarto: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificatiõem fidei, vt det

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratiam audientibus. Omnis amaritudo,& ira, & indignatio,& clamor,& blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicèm benigni.

PROVERBIORVM decimoquinto: Respõsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. Lingua sapientũ ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit.

ECCLESIASTICI sexto: Noli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hæreditabit,& omnis peccator inuidus & bilinguis. Verbum dulce multiplicat amicos,& mitigat inimicos: & lingua * eucharis in bono homine abundat.

* gratiosa

XVIII

Duo postrema præcepta quid continent?

Deut. 5.c
Eccle. 25.d
Matt. 5.d
Rom. 13.c
1. Thess. 4. b
Iac. 1. a Esa. 1.c
Eccle. 5. a 18.d
Psal. 9.c 61.c
Actor. 20.g

A VETANT concupiscentiam vxoris ac rei alienæ: vt non solùm ab vxore aliena, illicitis cõmercijs,& externa apertaque iniustitia nos abstineamus, sed etiam ne voluntate quidem noceamus cuiquam, aut nocere deliberemus.

Iob 31. a b
1. Cor. 10. f
Tob. 9. d 10. d
Gen. 24. g
1. Tim. 6. b

B. IGITVR hoc vtrunq; præceptũ cordis sinceritatem & beneuolentiam erga omnes integram esse vult, vt quæ in rem & salutem proximi cedũt, optemus ex animo, neq; cupiditati vnquàm cum leui alterius iniuria consentiamus.

SCRIPTVRAE.

DEV-

DEVTERONOMII quinto: Non concupisces vxorem proximi tui: Non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt.

ECCLESIASTICI vigesimoquinto: Nè respicias in mulieris speciem,& non concupiscas mulierem in specie.

MATTHAEI quinto: Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

AD Romanos decimotertio: Non adulterabis &c. non concupisces,& si quod est aliud mandatũ, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

PRIORIS ad Thessalonicenses quarto. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrũm vas suũ possidere in sanctificatione & honore, non in passiõe desiderij, sicut & Gentes q̃ ignorant Deum: et nè quis supergrediatur in negocio fratrẽ suũ, quoniam vindex est Dominus de his omnibus.

IACOBI primo: Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus et illectus. Deindè concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatũ fuerit, generat mortem.

ESAIAE primo: Principes tui infideles, socij furũ: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, et causa viduæ non ingreditur ad illos.

ET capite quinto: Noli attendere ad possessiões iniquas, & nè dixeris, Est mihi sufficiens vita. nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. Nè sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis.

ECCLESIASTICI decimooctauo: Post concupiscentias tuas non eas,& à volũtate tua auertere. Si præstes animæ tuæ con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.

PSALMO nono: Exacerbauit Dñm peccator &c. Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

PSALMO ſexageſimoprimo: Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere.

ACTORVM vigeſimo: Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui.

B. IOB trigeſimoprimo: Pepigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partẽ haberet in me Deus deſupèr, & hæreditatem Omnipotẽs de excelſis? Si deceptũ eſt cor meũ ſuper muliere, & ſi ad oſtiũ amici mei inſidiatus ſum, &c Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima.

PRIORIS ad Corinthios decimo: Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.

TOBIAE nono: Fleuit Gabelus, benedixiréque Deum, & dixit: Benedicat te Deus Iſrael, quia filius es optimi viri, & iuſti, & timentis Deum, & eleemoſynas facientis: & dicatur benedictio ſuper vxorem tuam, & ſuper parentes veſtros: & videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorũ vſq; in tertiam & quartam generationem: et ſit ſemen veſtrũ benedictũ à Deo Iſrael, qui regnat in ſecula ſeculorum.

ET capite decimo: Raguel Tobiam ſaluum atque gaudentem dimiſit à ſe, dicens: Angelus Dñi ſanctus ſit in itinere veſtro, perducatq; vos incolumes, et inueniatis oñia rectè circa parentes veſtros, et videant oculi mei filios veſtros priuſquàm moriar.

GENESIS vigeſimoquarto: Dimiſerunt ergò eam et nutricem illius, ſeruumque Abraham et comites eius: imprecantes proſpera ſorori ſuę, atque dicentes: Soror noſtra es, creſcas in mille millia, et poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.

PRI-

PRIORIS ad Timotheum ſexto: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, et inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autẽ ô homo Dei hæc fuge.

XIX

Quò demùm referenda ſunt mandata Decalogi omnia?

A. AD Charitatem, quam nobis geminam duæ illæ[a] tabulæ, quibus DEI digito mandata hæc inſcripta fuére, commendant. Docent enim primæ mandata, quæ ad Charitatem DEI: mandata verò ſecundæ Tabulæ, quæ ad Charitatem proximi ſpectant. Exod. 32. b & 34. a

B. IGITVR ex his decem duo quidem priora id faciunt, vt quæ vitia cultui honorique DEI maximè aduerſantur, Idololatria ſcilicet ac periurium, inprimis caueamus. Tertium porrò mandatum admonet, verum purumque cultum corde, ore, ac opere fideliter exhibendum eſſe. Quod ſanè vbi rectè obſeruatur, ſolus vtiq; DEVS in oñibus & ſuper omnia diligitur ac honorificatur.

C. IAM ſumma Præceptorum, quæ ad proximum diligendum pertinent, vel hoc vno conſtat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

b Tob.4.e [b] *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide nè aliquandò alteri facias.* Cui respondet illa CHRISTI sententia: c *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ.*

c Matth.7.b Luc.6.d

SCRIPTVRAE.

EXODI trigesimo secundo: Reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraque parte, et factas opere Domini: scriptura quoquè Dei erat sculpta in tabulis.

ET capite trigesimoquarto: Præcide tibi duas tabulas lapideas instàr priorum, et scribam super eas verba quę habuerunt tabulæ quas fregisti. Excidit ergò duas tabulas lapideas, quales antèa fuerant: et de nocte consurgens, ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas.

TOBIAE quarto: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide nè tu aliquandò alteri facias.

MATTHAEI septimo: Omnia quæcunque etc. vt in textu.

LVCAE sexto: Prout vultis vt faciant vobis homines, et vos facite illis similiter.

XX

Quæ sunt fraternæ charitatis officia & argumenta?

1.Cor.13.b Greg.lib.10. Moral.cap.8. A. DE his Paulus ità disserit: *Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non est ambitiosa: Non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate:*

tate: cõgaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

B. CHRISTVS verò, vt scipsum nobis verę perfectæq; charitatis exemplum præbeat, in postrema illa cœna, quã præclaris suę charitatis indicijs mirè condiuit, tam seriò dixit: d *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicèm, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicèm.* Ac iterùm, e *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicèm sicut dilexi vos.* Quod tanti est sanè momenti, vt Paulus affirmet, f *Qui diligit proximum, legem impleuit.*

Ioan.13.a Luc.22.b d Ioan.13.d e Ioan.15.b f Rom.13.e

C. IGITVR vt hunc de Charitate locum oraculo diuino absoluamus, g *Elige vitam, vt & tu viuas, & semen tuum: & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipse enim est vita tua, & longitudo dierum tuorum.*

g Deut.30.d

D. TVM nè quisquam dubitet, Euangelicam CHRISTI doctrinam hac in parte cum Lege quadrare, dictum illud à CHRISTO meminerimus: h *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Et alibi post commendata Charitatis præcepta & opera, idem hæc verba subiunxit: a *Hoc fac, & viues.* b *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.*

h Matth.19.b a Luc.10.e b Rom.2.b

E. Ex hisce factoribus c erãt Abel, Noë, Abrahã, Zacharias, & cęteri, quos scriptura iustos apud De-

c Gen.6.b 7.a In oratione Manasses. Sapien.10.b e Mat.23.d 35.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iob.13.c Luc.1.a 2.d Iac.2.d

um fuisse testatur, vt qui opere & veritate Deum proximumque diligerent.

F. QVARE Dauid inter eos haud postremus & sanctè gloriabundus canit, [d] *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâsti cor meum:* [e] *Dilexi, seruaui, custodiui mandata tua & testimonia tua:* [f] *In custodiendis illis retributio multa.* [g] *Maledicti, qui declinant à mãdatis tuis.*

d Psal.118.d

e Psal.118.x

f Psal.18.d

g Psal 118.c

SCRIPTVRAE.

PRIORIS ad Corinthios decimotertio, vt suprà in textu A.

IOANNIS decimotertio: Ante diem festum Paschæ, sciés IESVS quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

LVCAE vigesimosecundo: Et cùm facta esset hora, discubuit, et duodecim Apostoli cum eo, et ait illis: Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequàm patiar. Et accepto pane gratias egit, et fregit: et dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem, etc.

IOANNIS decimotertio: Mandatum nouum do vobis etcæt, vt in textu. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicèm.

IOANNIS decimoquinto: Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego patris mei præcepta seruaui, et maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrũ impleatur. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicèm, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicèm.

AD Romanos decimotertio: Nemini quicquam debeatis: nisi, vt inuicèm diligatis. qui enim diligit proximum, legem impleuit. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo legis est dilectio.

DEVTERONOMII trigesimo: Elige vitam, & cæter. vt in textu.

MATTHAEI decimonono, LVCAE decimo, AD Romanos secundo, vt in textu.

GENESIS sexto: Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.

GENESIS septimo: Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac.

IN oratione Manassis: Tu igitur Domine DEVS iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, & Isaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt.

SAPIENTIAE decimo: Propter quod cùm aqua deleret terram, sanauit iterùm sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. Hæc & in consensu superbiæ, cùm sæ nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filijs misericordiam fortem custodiuit. Hæc iustum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim. Hæc profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, &cæt. Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum. Hæc populũ iustum, & semẽ sine querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant. Et reddidit iustis mercedem laborum suorum, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MATTHAEI vigesimotertio: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ.

ET capite primo: Ioseph aût vir eius cùm esset iustus, &c.

IOB decimotertio. Si fuero iudicatus, scio q; iustus inueniar.

LVCAE primo: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen illius Elizabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.

ET capite secundo: ET eccè homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans cõsolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo.

IACOBI secundo: Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filiũ suũ super altare? &c.

PSALMO centesimo decimooctauo: Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâsti cor meum. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Superbi iniquè agebant vsquequaquè: à lege autem tua non declinaui. Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam. Non dereliqui mandata tua. Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua. A iudicijs tuis nõ declinaui, quia tu legem posuisti mihi. Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis nõ erraui. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Dilexi mãdata tua super aurum & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquã odio habui. Multi q persequũtur me, & tribulant me: à testimonijs tuis non declinaui. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine. Iniquitatem odio habui, & abominat' sum: legem autem tuam dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua, et dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

PSALMO decimooctauo: Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa: Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum: & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

PSALMO centesimo decimooctauo: Increpâsti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

EX PATRIBVS.

GREGORIVS libro decimo Moralium, capite octauo: Legis multiplicitatem benè Paulus enumerat, dicens: Charitas patiens est, benigna est: non æmulatur, non inflatur, non agit perperàm, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non iritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Patiens quippe est charitas, quia illata mala æquanimiter tolerat. Benigna verò est, quia pro malis bona largiter ministrat. Non æmulatur: quia per hoc, quòd in præsenti mundo nihil appetit, inuidere terrenis successibus nescit. Non inflatur: quia cùm præmium internæ retributionis anxia desiderat, de bonis se exterioribus non exaltat. Non agit perperàm: quia quo se in solum DEI ac proximi amorem dilatat, quicquid à rectitudine discrepat, ignorat. Non est ambitiosa: quia quo ardenter intùs ad sua fatagit, foris nullatenùs aliena concupiscit. Non quærit quæ sua sunt: quia cuncta, quæ hîc transitoriè possidet, velut aliena negligit: cùm nihil sibi esse proprium, nisi quod secum permaneat, agnoscit. Non iritatur: quia & iniurijs lacessita, ad nullos se vltionis suæ motus excitat: cùm pro magnis laboribus maiora pòst præmia expectat. Non cogitat malum: quia in amore munditiæ mentem solidans, dum omne odium radicitùs eruit, versari in animo quod inquinet nescit. Non gaudet super iniquitate: quia quo sola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione aduersantium exultat. Cõgaudet autem veritati quia vt se cæteros diligens, per hoc quod rectũ in alijs cõspicit, quasi de augmento, pprij profectus hilarescit. Multiplex ergò ista lex Dei est, q̃ cõtra vniuscuiusq; culpæ iaculũ, q̃d perimẽdam mẽtem impetit, instructiõis suæ munimine semp occurrit: vt qa antiquus hostis varia circunfusiõe nos obsidet, ipsa hũc de nobis multipliciter expugnet.

Charitas quomodò patiẽs sit, benigna &c. 1. Corint.

DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE PRAECEPTIS ECCLESIAE.

I

Sunt ne præter Decalogum alia præcepta Christianis obseruanda?

A. SVNT vtiquè, quandò [a] Legislator & [b] Magister noster CHRISTVS non solùm docuit [c] præcepta Decalogi, sed etiàm in vniuersum præcepit, quæ ad obedientiam Apostolicis & Ecclesiasticis mandatis præstandam spectant.

a Iacob 4.c
b Matth. 23.b
c Matth.19.c

B. Hinc extant Euangelicæ illę sententię: [d] *Sicut misit me pater, & ego mitto vos.* [e] *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* [f] *Si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Vbi summũ atque extremum iudicium Christus defert, deferriq; iubet ad Ecclesiã, [g] id est, ad Ecclesiæ Prępositos & Rectores, sicut Chrysostomus [h] interpretatur, & verba Euangelij mox sequentia, declarant atque conuincunt.

d Ioan.20.c & 17.c
e Lucæ 10.c
f Matth.18.c
g 3.Reg.8.b
h homil.61 in Matt. & Basil. ca.30.cõstitu. monast. Item Theophylac. & Euthymius in ca.18.Mat.

C. Proindè nec frustrà scriptum est de Apostolo Paulo: [a] *Perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum.*

a Actor.15.g & 16.a

SCRIPTVRAE TESTIMONIA AD marginem citata.

IA-

IACOBI quarto capite: Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare.

MATTHAEI vigesimotertio: Magister vester vnus est, CHRISTVS.

MATTHAEI decimonono: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi adolescens: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem tuam: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

IOANNIS vigesimo & decimoseptimo, LVCAE decimo, MATTHAEI decimooctauo, vt in textu.

TERTII libri Regum octauo capite: Conuertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel. Omnis enim ecclesia Israel stabat.

ACTORVM decimoquinto: Paulus verò, electo Sila, profectus est, traditus gratiæ DEI à fratribus Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum.

ACTORVM decimosexto: Cùm autem pertransirent ciuitates (Paulus scilicet & Silas,) tradebant ijs custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis.

PATRES AD MARGINEM CITATI.

1. B. CHRYSOSTOMVS homilia sexagesimaprima in Matthæum: Si autem eos non audierit, dic Ecclesiæ: præsulibus scilicet atque præsidentibus.

2. BASILIVS capite trigesimo Constitutionum monasticarum: Sin arcanò curari noluerit, adhibẽdi de fratribus erunt etiàm, qui cæteris intelligentia videantur præstare: quemadmodùm est in sacrosancto Euangelio: Si autem te non audierit & cæt. quod sine ipsis quidem auscultauerit, tum demùm ad Antistitem ipsum animi ipsius morbum deferre oportebit. Matth.18.

3. THEOPHYLACTVS in caput decimumoctauum

Universidad de Deusto
Biblioteca

for.* eum Matthæi: Quòd si te non audierit, & * cum duobus vel tribus testibus argueris, nè graueris tunc Ecclesiæ Præsidibus inuulgare peccatum.

4. EVTHYMIVS in idem caput Matthæi: Ecclesiam nunc vocat Præsides fidelium Ecclesiæ. Renuncia illis quæ circa hunc aguntur: fortasse illi immutabũt eum, veritũ dignitatem ipsorum.

II

Cuiusmodi porrò sunt Apostolorum Seniorumque præcepta, quæ Paulus custodire iussit?

a Eccles. Hierar. c. 1. Et Basil. de Spir. sancto, ca. 27. Eusseb. li. 1. de mõst. euang. ca. 8. Epipha. hær. 61. cõtra Aposto. Tertul. de coróa militis.

A. PAVLI discipulus Dionysius Areopagita [a] testatur, duplicis ea generis, vtpotè partim scripta, partim non scripta esse. Ad vtrunque genus pertinet, quod Ioannes affirmat Euangelista: [b] *Qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris.*

b 1. Ioan. 4. b

B. Ac primum quidem genus, quod literis mãdatur, scriptisque legibus constat, satis est perspicuum: quia libris canonicis constat.

C. POSTERIVS verò circa præcepta & instituta ea versatur, quæ vno Traditionum nomine comprehendi, & à Patribus [c] nuncupari solent. Non enim scripto, vti superiora, sed viua voce tradita, & velut per manus à Maioribus ad nos transmissa, Ecclesiæque commendata retinentur.

c Cypr. de abiut. pedũ Hiero. cõtra Luciser. Chryso. in 2. ad Thess. 2 homil. 4.

PATRES DE TRADITIONIBVS SCRIPTIS & non scriptis.

1. A. DIO-

1. A. DIONYSIVS Areopagita libro de Ecclesiast. Hierarch. cap. primo: Primi illi nostri sacerdotalis muneris duces, in ijs quæ nobis sunt familiaria, summa illa & supersubstantialia, partim scriptis, partim non scriptis institutionibus suis (iuxta quod sacræ definiunt leges) nobis tradiderunt.

Partim scripta, partim non scripta Apostolorũ dogmata.

2. BASILIVS in libro de Spiritu sancto, cap. vigesimoseptimo: Dogmata quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus è doctrina scripto prodita, quædam rursùs ex Apostolorum traditione in mysterio, id est, in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec his quisquam cõtradicit, quisquis sanè vel tenuiter expertus est, quæ sint iura Ecclesiastica. Nam si consuetudines quæ scripto proditæ non sunt, tanquàm haud multum habentes momenti, conemur reijcere, impudentes & ea damnabimus, quæ in Euãgelio necessaria ad salutem habentur: immò potiùs ipsam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus est, (vt eius, quod primũ est & vulgatissimum, primo loco commemorem) vt signo crucis eos, qui spem collocauerunt in Christum, signemus, quis scripto docuit? Vt ad Oriẽtem versi precemur, quæ nos docuit scriptura? Inuocationis verba, quum ostenditur panis Eucharistię, & poculum benedictionis, quis Sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Euangelium: verùm alia quoquè, & antè & pòst dicimus, tanquàm multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex Traditione citra scriptum accepimus. Consecramus autem aquam baptismatis, & oleum vnctionis, præterea ipsum qui baptismum accipit, ex quibus scriptis? Nónne à tacita secretaq; Traditione? Ipsam porrò olei inunctionem quis sermo scripto proditus docuit? Iam ter immergi hominem, vndè est traditum? Reliqua item quæ fiunt in baptismo, velutì renunciare Sathanæ & angelis eius, ex qua scriptura habemus? Nónne ex priuata & arcana hac Traditione? Nónne ex doctrina, quam patres nostri in silentio, quod curiosos & ociosos summouet, seruârunt? Pulchrè quidem illi, nimirùm docti arcanorum venerationem silentio conseruari. Nam quæ nec intueri fas est nõ initiatis, quî conueniebat, horum doctrinam publicitùs circunferri scripto? Aut quid tãdèm sibi voluit magnus ille Moyses, qui non omnia quæ erant in templo, passus sit omnibus esse peruia: sed prophanos extra sacros cancellos statuit, sed priora atria purioribus permittens, Leuitas solos dignos censuit, & cætera? Addit deindè: Ad eundem profectò modum, & qui

Parem vim ad pietatem habent.

Nota.

Enumerãtur aliquot Traditiones non scriptæ.

Crucis signũ.

Orare versùs Orientem.

Verba inuocationis sub Missæ sacrificio.

In Sacrificio plura dicũtur q̃ quæ in euãgelio & Apostolo habentur.

Cæremoniæ Baptismi.

Cur multa scribi non debuerint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in primordijs Ecclesiæ certos ritus præscripserunt Apostoli & Patres, in occulto silentio´que mysterijs suam seruauêre dignitatem. Neque enim omninò mysterium est, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc est ratio,cur quædam citra scriptum tradita sunt, nè dogmatum cognitio propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum. Aliud autem est dogma,aliud edictum. Nam dogmata silentur,edicta verò publicantur.

3. EVSEBIVS libro primo de demonstratione Euangelica,capite octauo: Cæterùm Moyses in tabulis inanimatis, Christus autem in mentibus vita præditis,perfecta noui testamenti documenta descripsit: eius verò discipuli ad magistri sui nutũ, auribus multorum doctrinam suam commodantes,quæcunque quidem velutì vltra habitum progressis, à perfecto ipsorum magistro præcepta fuerant,ea ijs qui capere poterant,tradiderunt:quæcunque verò ijs conuenire arbitrabantur,qui animas adhuc affectibus obnoxias gererent,curationis´que indigẽtes,ea ipsi, ad imbecillitatem multorum se demittẽtes,partìm literis,partìm sine literis quasi iure quodam non scripto,seruanda commendârunt.

Partim literis, partim sine illis nonnulla seruãda cõmendârũt Apostoli.

4. EPIPHANIVS hæresi sexagesimaprima contra Apostolicos: Oportet autem & Traditione vti. Non enim omnia à diuina scriptura accipi possunt. Quapropter aliqua in scripturis, aliqua in Traditione sancti Apostoli tradiderunt, quemadmodùm dicit sanctus Apostolus: Sicut tradidi vobis: & alibi, Sic doceo,& sic tradidi in Ecclesijs. Et,Si continetis, nisì frustrà credidistis.

In Scriptura sacra non ola expresiè cõtinẽtur sed ex Apostolorũ Traditiõe nõ nulla habentur. 1. Cor. 11. 14. & 15.

5. TERTVLLIANVS de corona militis: Habentes obseruationem inueteratam,quæ præueniẽdo statim fecit: Hanc si nulla scriptura determinauit, certè cõsuetudo corroborauit, quę sine dubio de traditione manauit. Quomodò enim vsurpari quid potest,si traditum priùs non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis,authoritas scripta. Ergò quæramus,an & traditio non scripta, non debeat recipi. Planè negabimus recipiendam, si nulla exempla præiudicent aliarum obseruationum, quas sine vllius scripturæ instrumento, solius Traditionis titulo, exindè consuetudinis patrocinio vindicamus. Denique vt à Baptismate ingrediar, aquam aditurì, ibidem, sed & aliquanto priùs,in Ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renunciare diabolo & pompæ & angelis eius. Dehinc ter mergitamur,ampliùs aliquid respondentes, quàm Dominus in Euangelio determinauit. Indè susceptì lactis & mellis concordiam prægustamus. Exin ea die, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Eucharistiæ sacramentum & in tempore victus,& in omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus,nec de aliorum manu,quàm præsidentium,sumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate,à die Paschæ in Pentecosten vsque,gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram,anxiè patimur. Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum,ad vestitum & calceatum,ad lauacra, ad mensas,ad lumina,ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exercet, frontem CRVCIS signaculo terimus. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum,si legem expostules Scripturarum,nullam inuenies. Traditio tibi prætendetur authrix, consuetudo confirmatrix,& fides obseruatrix,&cęt. Et paulò pòst: His igitur exemplis renunciatũ erit, posse etiàm non scriptã Traditionem in obseruatione defendi,confirmatam consuetudine, idonea teste probatæ tunc Traditionis ex perseuerantia obseruationis. Consuetudo autem etiàm in ciuilibus rebus pro lege susciputur,cùm deficit lex.

Traditiones aliquot non scriptæ enumerantur. Cæremoniæ Baptismi.

Communio Eucharistiæ.

Oblationes p defunctis.

Stationes.

Eucharistiæ custodia.

Crucis signaculum.

Consuetudo.

7. C. CYPRIANVS in sermone de ablutione pedũ: Sicut par est spiritui sancto & CHRISTO diuinitas, ità in suis institutis æqua est authoritas & potestas: nec minùs ratum est,quod dictante spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quàm quod ipse tradidit, & in suî commemorationem fieri præcepit: Manet singulis propria dignitas, & vniformis in suo genere stat actio omnium: nihil addi,nihil subtrahi,nihil potest corrigi vel mutari.

Traditionum Apostolicarũ vis & authoritas.

2. HIERONYMVS in Dialogo aduersùs Luciferianos, ità Luciferum dixisse refert: An nescis Ecclesiarum hunc esse morem, vt baptizatis posteà manus imponantur, & ità inuocetur spiritus sanctus? Exigis vbi scriptum sit? In Actibus Apostolorum. Etiam si scripturæ authoritas non subesset,totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret. Nam & multa alia,quæ per Traditionem in Ecclesijs obseruantur,authoritatẽ sibi scriptæ legis vsurpauerunt: velutì in lauacro ter caput mergitare: deindè egressos lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantiæ significationem: die Dominico & per omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare,& ieiunium soluere: multaq; alia scripta non sunt, quæ rationabilis sibi obseruatio vindicauit. Cui Orthodoxus respondet: Non quidem abnuo hanc esse ecclesiarum consuetudinem, vt ad eos qui

Act. 8 19.

Totius orbis consensus instar præcepti.

Traditiones quædam recensentur.

Cæremoniæ Baptismi.

Stationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confirmationis sacramentum.

longè in minoribus vrbibus per Presbyteros & diaconos baptizati sunt, Episcopus ad inuocationem sancti spiritus, manum impositurus, excurrat. Sed quale est, vt leges Ecclesiæ ad hæresim transferas?

Non omnia Apostoli literis mandârunt.

Eadem fide digna & scripta & non scripta Traditio Ecclesiastica.

3. CHRYSOSTOMVS in secundum caput posterioris epistolæ ad Thessalonicenses, homilia quarta, super hæc verba: State & tenete Traditiones &c. Hinc patet, quòd non omnia per epistolam tradiderint, sed multa etiàm sine literis. Eadẽ verò fide digna sunt tam illa, quàm ista. Itaque traditionem quoquè ecclesiæ fide dignã putamus. Traditio est, nihil quæras amplius.

III

Est'ne vtrunque hoc præceptorum genus obseruatu necessarium?

A. Est planè, si Doctorem Paulum sequimur ità præcipientem: [a] *State, & tenete Traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.* Vndè laudat hoc nomine Corinthios, quòd apostolica [b] præcepta, quæ viua voce tradita iam acceperant, sedulò custodirent. Tum admonet Thessalonicenses, [c] vt ab omi se fratre subducant, qui inordinatè, & non secundùm traditionem ab Apostolis acceptam, ambulat.

a 2. Thess. 2. d & ibid. Chrysost. ac Theophylact.

b 1. Cor. 11. a

c 2. Thess. 3. b

B. Atque hoc est, quod sacrosancta Synodus Nicena [d] diuinæ scripturæ consonans, verbis tam luculẽtis expressit: Oportet nos ecclesiasticas Traditiones, siue scripto, siue consuetudine in Ecclesia retentas, vnanimiter & inuiolabiliter obseruare.

d 2. Niceã cõtra Iconomachos, actione 7. Item 8. Synod. can. 1.

re. Et apud Cyprianum [e] legimus, non minùs ratum esse, quod dictante spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quàm quod Christus ipse tradidit. Sicut [f] enim par est Spiritui sancto & CHRISTO Diuinitas: ità vtriusque in suis institutis æqua est authoritas & potestas.

e De ablut. pedum.

f Ibidem

SCRIPTVRAE.

SECVNDAE ad Thessalonicenses secundo: State, & tenete &c. vt in textu.

PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Et ibidèm: Cætera autem, cùm venero, disponam.

SECVNDAE ad Thessalonicenses tertio: Denunciamus autem vobis fratres, in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem, quam acceperunt à nobis.

PATRES.

1. A. CHRYSOSTOMVS homilia quarta in secundã ad Thessalonicenses, vt suprà, quæstione secunda, C.

2. THEOPHYLACTVS in caput secundum secundę ad Thessalonicenses, super ea Apostoli verba, Itaq; fratres state, &c. Vel hinc etiàm perspicuum est, quòd pleraque etiàm sine scriptis per sermonem, id est, viua voce tradiderint, non solùm per epistolam. Similiter autem & hęc & illa fide digna sunt. Itaque & Ecclesię traditionem fide dignam existimemus. Traditio est, nihil ampliùs quæras.

Apostolicarũ Traditionum dignitas.

1. B. CONCILIVM secundum Nicenũ actione septima in ipsa definitione: Si quis Traditionem Ecclesiæ, siue scripto, siue consuetudine valentem non curauerit, anathema. Et paulò antè: Fatemur autem vnanimiter nos Ecclesiasticas traditiones, siue scripto, siue consuetudine valentes & decretas, retinere velle: quarum de numero est imaginum effiguratio. Item infrà: Igitur qui ausi fuerint aliud sentire, aut docere, aut more impiorum hęreticorum

Traditio scripta & nõ scripta.

Imaginum figuratio.

Ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæretici Ecclesiasticas traditiones contaminare solent.

Ecclesiasticas Traditiones contaminare, aut contra ista vafrè & improbè aliquid excogitare, quod sit contra constitutionẽ ecclesiasticam: si fuerint Episcopi aut Clerici, deponuntor: si Monachi aut Laici, communione priuantor.

Traditiones Ecclesiasticæ suscipiuntur.

2. OCTAVA synodus generalis Constantinopolitana canone primo: Regulas, quæ sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ, tam à sanctis famatissimis Apostolicis, quàm ab Orthodoxorum vniuersalibus, necnon & localibus Concilijs, vel etiàm à quolibet deiloquo Patre ac magistro, Ecclesiæ traditę sunt, seruare atque custodire profitemur: his & propriam vitam, & mores, Regentes, & omnem sacerdotij catalogum, atque omnes qui Christiano censentur vocabulo, pœnis & damnationibus, & è diuerso receptionibus & iustificationibus, quę per illas platæ sunt atque definitæ, canonicè subijci decernẽtes. Tenere quippe traditiones quas accepimus, siue per sermonem, siue per epistolam sanctorum qui anteà fulserunt, Paulus apertè admonet.

2. Thess. 2.

IIII

Quomodò cognoscemus, quæ sint Apostolicæ & probatæ in Ecclesia Traditiones?

A. De his nobis regulam obseruatu dignam Augustinus [a] præscribit: Illa, inquiens, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quę quidem toto terrarum orbe seruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas, commendata atq; statuta retineri. Sic idem [b] contrà Donatistas, imò hæreticos omnes differens, hoc grauiter admonet, Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutum, sed semper retentum est, non nisi authoritate Apostolica traditũ rectissimè creditur.

a In epist. 118. ad Ianuariũ, cap. 1.

b. lib. 4. cap. 4 & lib. 2. cap. 7. Item lib. 5. cap. 23.

B. Cui

B. Cui Leo ille Magnus [c] consonans, ait: Dubitandum non est, quicquid in Ecclesia in consuetudinem est deuotionis retentum, de Traditione Apostolica, & de sancti Spiritus prodire doctrina.

c Ser. 2. de Ieiunio Pentecostes.

PATRES.

1. A. AVGVSTI. epist. centesima decimaoctaua ad Ianuarium, capite primo: Illa quæ non scripta, sed tradita & cæt. vt in textu: sicuti quòd Domini passio & resurrectio, & ascensio in cęlum, & aduentus de cælo Spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrãtur: Et si quid aliud tale occurerit, quod seruatur ab vniuersa quacunque se diffundit Ecclesia.

Festorũ quorundã dierũ obseruatio ex Apostolica traditione descendit.

2. IDEM Aug. lib. quarto contra Danatist. cap. vigesimoquarto: Quod vniuersa tenet Ecclesia &c. vt in textu.

3. ITEM libro secundo, capite septimo: Multa non inueniuntur in literis Apostolorum, neque in Concilijs posteriorum: & tamen quia per vniuersam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur.

Apostolicæ Traditiones.

4. SIMILITER lib. quinto contra Donatist. cap. vigesimotertio: Sunt multa quæ vniuersa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta benè creduntur, quanquàm scripta non reperiantur.

B. LEO Magnus serm. secundo de ieiunio Pentecostes: Dubitandum non est &c. vt in textu.

V

Cuiusmodi sunt traditiones Apostolicæ, quæ Christianis veniunt obseruandæ?

A. EXEMPLA satis multa apud Patres extant, & eos quidem, qui vel ante mille annos fidem publicam meruerunt. Nimirùm secundùm Traditionem [a] Origenes & [b] Augustinus docent, paruulos esse baptizandos.

a In c. 6 epist. ad Rom.
b Lib 10. de gen. ad lit. ca. 23. & contra Donat. lib. 4. cap. 24.

B. [c] DIONYSIVS & [d] Tertullianus ostendunt, precationes & oblationes pro defunctis ad altare fieri oportere.

C. HINC [e] Hieronymus & [f] Epiphanius statas Ecclesiæ ieiunationes, præsertim Quadragesimæ, obseruandas esse commonstrant.

D. SIC etiam [g] Ambrosius & [h] Chrysostomus eorum dignitatem adstruunt, quæ in sacro Missæ officio solenniter peraguntur.

E. TVM prẽter [a] Damascenum Patres, quos Nicena Synodus secunda [b] citat, eadem ratione testãtur, quòd CHRISTI & Sanctorum eius Imagines deceat venerari.

F. DEMÙM, vt cẽteros omittamus, Magnus ille [c] Basilius ob Traditionem retineri vult sacrũ Chrisma, aliasque solennes cæremonias, quæ Sacramẽtis sanctissimis adhibentur.

G. ET addit [d] Basilius: Si instituta cõsuetudinesq; nõ scriptas tanq̃ in eis vis magna nõ insit, semèl repudiare aggrediemur, clã ac pedetẽtim ratas ipsas Euãgelij sententias improbabimus, aut potiùs ad inane nomen eius prædicationem contrahemus. Sed Apostolicum existimo [e] ait, ijs etiàm Traditionibus, quæ scriptę non sunt, inhærere.

c De eccles. hierar. cap. 7.
d In exhortatiõe ad castitatem, & de corona militis.
e Ad Marcellã cõtra errores Montani epist. 54.
f Cõtra Aerium hæresi 75.
g In officio Mediolanẽsi.
h In Liturgia.
a Li. 4. de Orthod fide ca. 17. & in libris de imaginibus.
b Actio. 6 tẽ. 4. & actiõe 7.
c Lib de Spiritu sancto, cap. 27.
d Ibidẽm.
e Cap. 29. eiusdem libri.

PATRES.

Baptismus paruulorũ ex Apostolorũ traditione.

1. A. ORIGENES in caput sextũ epistolę ad Romanos: Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit, etiam paruulis baptismum dare.

2. AVGVSTINVS libro decimo de Genesi ad literam, capite vigesimotertio: Consuetudo matris Ecclesiæ in baptizandis paruulis nequaquàm spernenda est, neque vllo modo superflua deputanda, nec omninò credenda, nisi Apostolica esset Traditio.

3. IDEM libro quarto contra Donatistas, capite vigesimoquarto: Si quisquam in hac re (de baptizandis paruulis) authoritatem diuinam quærat, quanquàm quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutũ, sed semper retentum est, nõ nisi authoritate Apostolica traditum rectissimè creditur: tamen veraciter conijcere possumus, quid valeat in paruulis baptismi sacramentum, ex circumcisione carnis, quam prior populus accepit, &c.

Consuetudo vniuersalis indicat Apostolicam traditionem.

Oratur p defunctis ex Apostol. traditione.

1. B. DIONYSIVS Areopagita libro de Ecclesiastica Hierarchia, capite septimo: Quænam verò de huiusmodi prece, quam super defuncto peragit pr̃sul, ex diuinis ducibus nostris Traditio peruenit ad nos, operæprecium est vt dicamus &c.

Pro vxore defuncta postulatur & oblationes fiunt.

2. TERTVLLIANVS in exhortatione ad castitatem: Et iam repete, apud Deum pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas.

Oblatiões p defunctis.

3. ITEM in libro de corona militis, loquens de Traditionibus non scriptis: Oblationes, inquit, pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus.

Obseruatio Quadragesimæ, secũdùm tradit. Apost.

1. C. HIERONYMVS in epistola quinquagesimaquarta, ad Marcellam contra errores Montani: Nos vnam Quadragesimam secundùm Traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus.

Abstinentia feriæ 4. & 6.

2. EPIPHANIVS contra Aërium hæresi septuagesimaquinta: A quo verò non assensum est in omnibus orbis terrarum regionibus, quòd quarta & prosabbato ieiunium est in ecclesia decretum? Si verò etiàm oportet constitutionem Apostolorum proferre, quomodò illic decreuerunt, quarta & prosabbato ieiunium per omnia, excepta Pentecoste: & de sex diebus Paschatis, quomodò prẽcipiũt nihil omninò accipere, quàm panem & salem & aquam, &c. manifestum est. Deindè verò si non de eodem argumento quartarum & prosabbatorum, ijdem Apostoli in Constitutione dixissent, etiam aliter vndiquè demonstrare possemus. Attamen de hoc exactè scribunt. Assumpsit autem Ecclesia, & in toto mũdo assensus factus est, antequàm esset Aërius, & qui ab ipso appellantur Aeriani.

Vide Clemẽtẽ li. 5. cõstit. Apostol. cap. 16. & 19.

Consuetudo vniuersalis ante exortos hæreticos.

1. D. CHRYSOSTOMI Liturgia siue officium Missæ, quod Græcè ipse post S. Basilium & B. Iacobum cõscripsit, extat. Quo pa-

cto autem noui testamenti nouam oblationem docuerit CHRISTVS, eamq; ab Apostolis Ecclesia accipiens, in vniuerso mundo offerat Deo, videatur latiùs infrà in quæstione septima de Eucharistia. B. C.

Imaginũ veneratio ex Apost. tradit.

1. E. DAMASCENVS libr. quarto orthodoxæ fidei, capite decimoseptimo: Imaginis honor ad prototypum, id est, exemplar, imaginisq; veritatem transfertur. Est autem hæc Traditio non scripta, perindè ac adorationis ad Orientem, adorare scilicet crucem, & alia plurima, ijs quæ dicta sunt, similia. Quòd autẽ plurima sancti Apostoli tradiderint sine scripto, scribit Paulus Gentium Apostolus: Eccè fratres, state, & tenete Traditiones nostras, quas edocti estis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et ad Corinthios: Laudo autem vos fratres, quia per omnia mei meministis, & sicut tradidi vobis, Traditiones tenetis.

Orare versùs Orientem.

Crucis veneratio.

Traditiones non scriptas aliquas esse sacræ literæ docent.

2. Thess. 2.

1. Cor. 11.

Imaginũ veneratio à Patribus comprobata.

2. IDEM in libris tribus de imaginibus, plurimorũ patrũ antiquorum testimonia citat de veneratione Imaginum: vt Dionysium Areopagitam, Basilium, Chrysostomum, Leontium, Seuerianum, Sophronium, Ambrosium, Gregorium Nyssenum, Theodoretum, Athanasium, Cyrillum, Gregorium Nazianzenum, Eusebium Pamphili, Stephanum Bostrensem, Cyrillum Hierosolymitanum, & plures alios.

Ab Apostolorũ tẽporibus viguit vsus & veneratio Imaginum.

Vide suprà de Decalogo quæst. 9.

3. IN secunda Synodo Nicena, actione sexta, tomo quarto: Quòd autem cum multis alijs, quæ in Ecclesia obseruantur sine scriptura, nobis imaginum veneratio tradita sit, ab Apostolorum temporibus latè per historias traditum est, de imagine maximè hæmorrhoissæ, quàm multis scriptoribus confirmare possumus. Quinetiã Basilius Magnus, cuius scripta per omnes terræ fines resonant, in diuersis opusculis suis mentionem imaginum facit. Gregorius etiàm illius & carne & spiritu frater, Nyssenium p̃sul, in sermone in Abraham, idem sentit. Item alter Gregorius, qui à Theologia nomẽ sortitus est, in versibus à se conditis, q de virtute inscribuntur, assentit. Et Ioannes qui os auro splendidius & lucidius cõsecutus est, in oratione funebri in Meletium Episcopum Antiochiæ, & in sermone qui inscribitur, Quòd veteris & noui Testamenti vnus sit legislator. Cyrillus item expiator Nestorianæ hæresis, in epistola ad Acacium Episcopũ Scythopoleos. Anastasius Episcopus Theopoleos, Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatim citamus? Omnes enim sancti Patres nostri imagines receperunt.

Imagines receptæ ab ostibus Patribus.

1. F. BASILIVS libro de spiritu sancto, capite vigesimoseptimo: Dogmata quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus è doctrina &c. vide suprà quæstione secunda, A.

VI

Quantùm hodiè circa Traditiones Apostolicas & Ecclesiasticas aberratur?

A. Plurimùm, dum eas plerique contemnunt, alij negligunt, aut certè pluris non faciunt, quàm Politicorum [a] magistratuum cõstitutiones: & hęc instituta esse hominum fingunt, quæ vel obseruare, vel omittere liberum sit, exiguæque, aut nullius omninò frugis: ipsi ἀδιάφορα vocant.

a Rom. 13. a

B. Sunt qui vniuersas ferè Traditiones eiusdem esse ponderis volunt, atque adeò fœdè commiscẽt scripturæ loca, perindè ac idem sit iudiciũ de Traditionibus [b] Pharisaicis & Apostolicis, de [c] Iudaicis & [d] Ecclesiasticis, de priuatis seu particularibus, [e] & ijs quæ totius Ecclesiæ consensu receptæ, communique piorũ vsu tot seculis comprobatæ, ac veluti per manus ad nos transmissę vbiquè ferè gentium comperiuntur.

b Matt. 15. a
c Colos. 2. b d
Marci. 7. a b
d 2. Thess. 2. d
Act. 15. c 16. a
e August. in
Epistol. ad Ianuar. 118. cap.
1. & 2. Itẽ epi.
86. ad Casula.

SCRIPTVRAE.

AD Romanos decimotertio: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat.

MATTHAEI decimoquinto: Sine causa colunt me, docẽtes doctrinas & mandata hominum &, paulò antè: Quarè & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur: Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, munus quodcunque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

AD Colossenses secundo: Videte nè quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum. Et in fine: Si ergò mortui estis cum CHRISTO ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquàm viuentes in mundo decernitis? Nè tetigeris, neq; gustaueris, neque contrectaueris: quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secũdùm præcepta & doctrinas hominum: quæ sunt rationem quidẽ habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

MARCI septimo: Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem Seniorum: & à foro venientes, nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceorum & æramentorum & lectorum.

SECVNDAE ad Thessalonicenses secundo: State, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per epistolam nostram.

ACTORVM decimoquinto: Paulus verò, electo Sila, profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autẽ Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum.

CAPITE decimosexto: Cùm pertransirent ciuitates (Paulus & Silas,) tradebant eis custodire dogmata, quę erant decreta ab Apostolis & Senioribus qui erant Hierosolymis.

PATRES.

1. B. AVGVSTINVS in epistola ad Ianuarium, centesima decimaoctaua, capite primo: Illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, &c. vt suprà quęstione quarta, A.

2. IBIDEM capite secundo: Alia verò quæ per loca terrarum regionesq; variantur, sicuti est quòd alij ieiunant Sabbato, alij verò non: alij quotidiè communicant corpori & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur, alibi Sabbato tantùm & Dominico, alibi tantùm Dominico. Et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus rerum liberas *habet obseruationes. Nec disciplina vlla est, in his melior graui prudentiq; Christiano, quàm vt eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiã ad quamcunque fortè deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuitur, societate seruandum est. Credo te aliquandò ex me audisse, sed tamen etiàm nunc commemoro: Mater mea Mediolanum me consecuta, inuenit Ecclesiam Sabbato non ieiunantem: cœperat perturbari & fluctuare quid ageret, cùm ego talia non curabam, sed propter ipsam consului de hac re beatissimæ memoriæ virum Ambrosium. respondit se nihil docere me posse, nisi quod ipse faceret: qa si meliùs nõsset, id potiùs obseruaret. Cumq; ego putâssem, nulla reddita ratione, authoritate sola sua nos voluisse admonere, nè Sabbato ieiunaremus, subsecutus est, & ait mihi: Cùm Romam venio, ieiuno Sabbato: cùm hìc sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam fortè Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuipiã non vis esse scandalo, nec quenquam

Traditiones & Consuetudines particulares quantũ ab vniuersalibus differãt.

* Liberæ sunt, quia licuit ijs Ecclesijs quæ ea susceperũt nõ suscipere, & susceptas vel retinere, vel authoritate publica emẽdare, aut etiàm abrogare.

Nota. Ieiunium Sabbati.

quam tibi. Hoc cùm matri renunciâssem, libenter amplexa est. Ego verò de hac sententia etiam atque etiam cogitans, ità semper habui, tanquàm eam cælesti oraculo susceperim.

3. IDEM Augustinus in epistola octogesimasexta, ad Casulanum presbyterum, idem repetit B. Ambrosij responsum.

VII

Quid verò de ijs iudicandum, qui Ecclesiæ Traditiones repudiant, ac pro nihilo habent?

a 2 Thess. 2. d 1. Cor. 11. a
b Matt. 18. c

A. Hos verbum Dei redarguit ac damnat, cùm Traditiones[a] obseruandas esse decernit, cùm iubet [b] Ecclesiam audire, & Apostolorum Seniorumque [c] præcepta custodire. Verbum Dei est quod subijcit nos Magistratibus cùm [d] Politicis, tum [e] Ecclesiasticis, modestis [f] iuxtà & dyscolis propter [g] conscientiam: vult illorum legibus & reuerētiam [h] & obedientiam deferri maximam. *Obedite*, inquit, [a] *præpositis vestris, & subiacete eis: Omnia* [b] *quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secūdùm opera verò eorum nolite facere.*

c Act. 15. c 16. a
d Rom. 13. a Matt. 22. c
e Matt 23 a Luc. 10. c
f 1. Pet. 2 e
g Rom. 13 a
h Tit. 3. a

a Heb. 13. c
b Matt. 23. a

c 1. Thess. 4. b 1 Cor. 14 g
d Ioan. 20 e 17. c Luc. 10. c
e Cypria. lib. 4. epist. 9. ad Florentium Puppianum Basil. cap 23. constit. monasticarum.
f Rom. 13. a

B. Quapropter isti non tam homines spernūt, [c] quàm Deum ipsum Opt. Max. quem in [d] Apostolis, eorumque [e] successoribus audire ac reuereri sanè oportebat. Igitur planè verbo Dei resistunt, dū potestati & ordinationi Dei resistunt, & hinc sibi damnationem acquirunt, si Paulo [f] credimus.

C. Ni-

C. Nimirùm diuina est isthæc ordinatio, quæ nec aboleri potest humana authoritate, vt certis legibus, ijsque partìm scriptis, partìm nō scriptis, quas [g] Apostolica nobis commendat traditio, Ecclesia regatur, dogmata conseruentur, religio vindicetur, alatur concordia, disciplina retineatur.

g Basi. de spi. sanc cap 27. Au lib 4. cōtra Donat. ca. 24 & lib 2. ca. 7. lib. 5 ca. 23. & 26. Epiph. Hæres. 55. Euseb lib. 3. Eccles. hist. cap. 30.

SCRIPTVRAE.

A. SECVNDAE ad Thessalonicenses secundo: State, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.

PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, p̄cepta mea tenetis.

MATTHAEI decimooctauo: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.

ACTORVM decimoquinto: Paulus, electo Sila, perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias: præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum.

ET capite decimosexto: Cùm pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis.

AD Romanos decimotertio: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.

MATTHAEI vicesimosecundo: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

ET capite vicesimotertio: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Oīa ergò quæcunque dixerint &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVCAE decimo: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.

PRIORIS Petri secundo capite: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanquàm ab eo missis, ad vindictam malorum, laudem verò bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt benè facientes obmutescere faciatis imprudẽtium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Deum timete, Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, nõ tantùm bonis & modestis, sed etiàm dyscolis.

AD Romanos decimotertio: Ideò necessitate subditi estote, non solùm propter iram, sed etiàm propter conscientiam. Ideò enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergò omnibus debita: cui tributũ, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

AD Titum tertio: Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.

AD Hebræos decimotertio: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.

B. PRIORIS ad Thessalonicenses quarto: Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis.

PRIORIS ad Corinth. decimoquarto: Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.

IOANNIS vicesimo: Sicut misit me pater, & ego mitto vos.

ITEM

ITEM Ioannis decimoseptimo: Sicut tu me misisti in mũdum, ità & ego misi eos in mundum.

LVCAE decimo: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.

AD Romanos decimotertio: Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistũt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

PATRES.

Quæ Apostolis dicta, ad Successores eorũ ptinent.

1. B. CYPRIANVS libro quarto, epistola nona ad Florentium Puppianum: Nec hæc iacto, sed dolens profero, cùm te iudicẽ Dei constituas & CHRISTI, qui dicit ad Apostolos, ac per hoc ad omnes Præpositos, qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt: Qui audit vos, me audit: & qui me audit, audit eum qui me misit: & qui reijcit vos, me reijcit, & eum qui me misit. Luc. 10.

Matt. 10. Luc. 10.

2. BASILIVS in constitutionibus monasticis, capite vigesimotertio: Quod Apostolis dixit, Qui vos audit &c. intelligendus est in commune legem sanxisse in posteros, qui aliorum futuri erant moderatores, id ex multis ijsdemq; certissimis diuinarum literarum testimonijs, manifestissimisq; argumentis probari potest.

1. C. BASILIVS Magnus in libro de spiritusancto, capite vicesimoseptimo: vt suprà quæstione secunda, A.

2.3.4. AVGVSTINVS libro quarto cõtra Donatistas, capite vicesimoquarto, ET libro secundo, capite septimo: ITEM libro quinto, capite vicesimotertio, vt suprà quæstione quarta, A.

Ad Apostolicam Traditionem confugiendum.

5. IDEM Augustinus libro quinto contra Donatistas, capite vigesimosexto: Quòd autem nos admonet Cyprianus, vt ad fontem recurramus, id est, ad Apostolorum Traditionem, & indè canalem in nostra tẽpora dirigamus, optimũ est, & sine dubitatiõe faciendũ.

Apostolorũ Traditiones. Successio doctrinæ.

6. EPIPHANIVS hæresi quinquagesimaquinta cõtra Melchisedechianos: Termini nobis positi sunt, & fundamenta, & ædificatio fidei, & Apostolorum Traditiones, & scripturæ sanctæ, & successiones doctrinæ, & vndiquaquè veritas Dei munita est.

7. EVSEBIVS libro tertio Ecclesiasticæ historiæ, capite trigesimo: Ignatius cùm iter per Asiam faceret, licèt attentissima cura à satellitibus, qui illum ducebãt, obseruaretur, Ecclesias tamen cuiusque ciuitatis, ad quam fortè proficisceretur, familiaribus colloquijs pijsq; hortationibus cõfirmauit: ac primùm, vt hæreses, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Traditioni Apost. mordicùs adhærendum. Ignatius cum scriptis mandauit.

iam tum primò nasci & emergere cœperunt, maximè præcauerent, sedulò admonuit. Deindè hortatus est, vt Apostolorum Traditioni mordicùs adhæresceret: quã quidẽ asseuerãter testificat, quò tutiùs posteritati reseruaret, necessariò scriptis mandandũ existimauit.

VIII

Quid patres hac de re iudicârunt?

a In caput 3. epistolæ ad Titum, teste Pamphilo in apologia pro Origene. Vide etiam Irenæum lib. 4. cap. 25.

A. Origenes q celebris & puetustus est author, in hęc verba scripsit: [a] Hęreticus nobis habendus est omnis ille, qui CHRISTO se credere profitetur, & aliud de veritate Christianę fidei credit, quàm habeat definitio Traditionis Ecclesiasticę. Tum

b Lib. 1. Perarchõ in proœmio.

idem alibì: [b] Illa sola credenda est veritas, inquir, q in nullo ab Ecclesiastica discordat Traditione.

c Ad Lucinium epist. 28.

B. Et Hieronymi verbũ est: [c] Ego illud te breuiter admonendũ puto, Traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ità obseruãdas, vt à Maioribus traditę sunt.

d Epist. 118. cap 5.

C. Augustinus verò ità [d] docet: Si qd diuinę scripturę pscribit authoritas, nõ est dubitandũ, qn ità facere debeamus vt legimus: similiter etiã, si qd p orbẽ frequẽtet Ecclesia. *Nam hoc* qn ità faciendum sit, disputare, insolentissimę insanię est. Ac rursùs

e Ad Casulã. epist. 86.

idem: [e] In his rebus, de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei, vel instituta Maiorum pro lege tenenda sunt. Et [f] sicut pręuaricatores diuinarum legum, ità contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coërcendi sunt.

f Dist. 11. cap in his.

D. De-

D. Demùm Tertullianus, doctissimus & antiquissimus Ecclesiæ scriptor, toto libro [g] adùersùs eos disputat, qui nihil quod literis sacris nõ sit expressum, admittunt, grauiterque contendit Traditiones & obseruationes quasdam Ecclesiasticas esse non scriptas, quæ non possint nisi ab Hæreticis repudiari. *Si quis autem videtur contentiosus esse,* (vt Paulinis [h] verbis vtamur) *nos talem consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei.*

g Lib. de præscriptiõibus aduersùs hæreticos.

h 1. Cor. 11. e

PATRES.

A. IRENAEVS libro quarto contra hæreses, capite quadragesimotertio: Obaudire oportet Presbyteris Ecclesiæ, qui successionem habent ab Apostolis, qui cùm Episcopatus successione charisma veritatis certum secundùm placitum Patris acceperunt. Reliquos verò qui absistunt à principali successione & quocunque loco colliguntur, suspectos habere, vel quasi hæreticos & malæ sentẽtiæ, vel quasi scindentes & elatos, & sibi placentes: aut rursùs vt hypocritas, quæstus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes.

Qui Presbyteri audiẽdi.

IX

Agè verò quid est Ecclesia?

A. Ecclesia est omnium CHRISTI fidem atque doctrinam profitentium vniuersitas, quam Princeps Pastorum CHRISTVS tum Petro Apostolo, tum huius [a] successoribus pascẽdam tradidit atque gubernandam.

Rom. 12. b
1. Cor. 12. b
1. Pet. 5. b
Ioan. 21. c
Matth. 16. 1. c

a Chryso. li. 2. de sacerdotio Cõciliũ Florẽtinũ. Bern. li. 2. de Cõsid. ad Eugeniũ.

B. Quarè nomen Ecclesiæ non merentur, sed [b] falsò arrogãt sibi Hæretici & Schismatici omnes,

b Hier. cõtra Lucifer. Cyprian. lib. 4. epist. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui etsi fidem atque doctrinam CHRISTI profiteri videntur: tamen summi Pastoris ac Pontificis, quem CHRISTVS ouili Ecclesiæ loco suo præfecit, & perpetua [c] successione in Romana Ecclesia vsque conseruauit, oues esse detrectant.

c Iren. li. 3. c 3 Optat. lib. 2. Au. epi. 165 & 42. & in Psal. contra parté Donati.

C. Hanc Petri Cathedram, hunc Ecclesię primatum qui negant & oppugnant, primùm illi quidem CHRISTI magnificas promissiones * Petro factas, & mysticas regni cælestis claues illi vni traditas, aliaque multa de Petro Apostolorum [d] principe, ore, vertice scripta non intelligunt: Deindè pacem Ecclesiæ, ordinemque certum manifestè perturbant, quæ absque summo Antistite & huius præcellenti authoritate nec ritè gubernari, neque in vnitate atque contra portas inferorũ soliditate necessaria diù contineri posset. Postremò Patribus, horumque Synodis & scriptis de hac illustri Ecclesiæ [e] nota consentientibus, immò & totius orbis Christiani consonæ voci, detrahunt impudenter.

* Matth. 16. c Ioś. 21. e Luc. 22. c Mat. 10 a Ioan. 1. f Mat. 17. d Act. 1. e

d Cypr. de simpl. In ca 16 Mat. Hilarius, Hiero & idē lib. 1. in Iouin. a. Cyril in Ioś. li. 2. ca 12 Aug in Ioś. tra. 56. & 124. Orig. hō 2. in diuers. cuiꝰg. & tra. 6. in Mat. Basil. de pœnit. Chrys. hō. 87. in Ioś. & 55. in Mat. itē 9. de pœnit. Leo Magnus ser. 3. in anniuers. Pōtif. & epist. 89. ad Epīsc. Viennensis prouin.

e Aug cōtr. epist. Fundā c 4. Itē de vtilitate credēdi, cap. 17. & 11. cōtra Faust. cap. 2.

D. Agnouit hanc Ecclesiam, eiusque dignitatem Hieronymus, cuius hæc verba [f] sunt: Qui Petri Cathedrę iũgitur, meus est. Agnouit Optatus [g] Afer, qui Petri Cathedram inter veras Ecclesiæ notas primam esse testatur. Agnouit Augustinus, [h] qui apertè scribit, in Romana Ecclesia

f Ad Damas. epi. 58 & ad eundem epist. 57.

g Li. 2 cōt. Donā.

h Epistō 162. 90. 92. 93. & 165.

sia semper Apostolicæ Cathedræ principatum viguisse. Agnouit [a] Cyprianus, qui omnium hæresum & schismatum pullulantium causam in eo statuit, quòd vni & summo sacerdoti ac iudici vice CHRISTI non obtemperatur. Agnouit Ambrosius, [b] vt dixerit se in omnibus cupere Romanã sequi Ecclesiam.

a Li. 1. epi 3. & li. 4. epi. 9. Itē Hier. cōt. Luciferia. & Leo epistō. 84 ad Anast. Thessalonic. cap. 11.

b Lib. 3. de Sacrā. ca. 1. & de obitu Satyri.

E. His autem omnibus antiquior, & Apostolorum temporum vicinus, vereque Apostolicus vir Irenæus, [c] tale tribuit elogium Ecclesiæ Romanæ: Ad hanc, inquit, Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndiquè fideles: in qua semper ab ijs qui sunt vndiquè, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis, traditio.

c Lib 3. cap. 3. Tertul. de ꝓscript. hæret. Cypria. lib. 4. epi. 8. & lib 3. epi. 11. Theod. li. 2. hist ca 4. Bern epi. 190. ad Innocēt. & li. 2. de Cōsid. Cōci. Chalcedon. act 3. Anaclet. epi. 1. & 3. Marce l. epist. 1. Syno. Ale. ad Felicē.

SCRIPTVRAE.

AD Romanos duodecimo: Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundē actum habent: ità multi vnum corpus sumus in CHRISTO, singuli autem alter alterius membra.

PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Sicut corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt: ità & CHRISTVS. Etenim in vno spiritu omnes nos, in vnum corpus baptizati sumus.

PRIORIS Petri quinto capite. Et cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

Io-

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNIS vigesimoprimo: Cùm ergò prandissent, dicit Simoni Petro IESVS: Simon Ioannis, diligis me plùs his? Dicit ei: Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterùm: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei: Domine, tu oia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas.

MATTHAEI decimosexto. Et ego dico tibi quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersùs eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

MATTHAEI decimoseptimo: Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? Ait: Etiam. Et cùm intrâsset in domum, prævenit eum IESVS, dicens: Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergò liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

LVCAE vigesimosecundo: Ait autem Dominus Simoni: Simon, eccè Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos.

MATTHAEI decimo: Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius &c.

Io-

IOANNIS primo: Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus.

ACTORVM primo: In diebus his exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: Viri fratres, oportet impleri scripturam & cætera.

PATRVM TESTIMONIA DE PASTORE VNIuersalis Ecclesiæ.

1. A. CHRYSOSTOMVS libro secundo de Sacerdotio: Quanam de causa idem ille sanguinem effudit suum? certè vt pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri successoribus committebat. Iure igitur ac meritò sic loquebatur CHRISTVS: Quisnam fidelis seruus & prudens, quem Dominus super familiam suam constituit? Ioan. 21. Nota: si Petro, tũ successorib. curam ouium commissam. Matth. 24. Luc. 12.

2. CONCILIVM Florentinum, vt suprà de Symbolo, quæstione decimanona, C.

3. BERNARDVS libro secundo de consideratione ad Eugenium Pontificem Maximum: Agè indagemus adhuc diligentiùs quis sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia DEI. Quis es? Sacerdos magnus, summus Pōtifex. Tu princeps episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alij cæli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosiùs, quanto & differentiùs vtrunque præ cæteris nomen hæreditâsti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modò ouium, sed & pastorum tu vnus omnium Pastor. Vndè id probem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum, sed etiàm Apostolorum, sic absolutè & indiscretè totæ commissæ sunt oues? Si me amas Petre, pasce oues meas. Quas? Illius vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? Oues meas, inquit. Cui non planum, non designâsse aliquas, sed adsignâsse omnes? Nihil excipitur, vbi distinguitur nihil. Et cætera, vt suprà de Symbolo, eadem quæstione. Rom. Pontifi. eis quanta dignitas & authoritas. Nota. Matth. 16. Ioan. 21. Pastoris olim pastor. Ex Scriptura probat. Ioan. 21.

1. B. HIERONYMVS in dialogo contra Luciferianos: Breuem tibi apertamq; animi mei sententiam proferam: In illa esse Ec- In qua Eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sis permanendum.

Hæreticorũ Ecclesia est Antichristi synagoga.

Scripturarũ citatio non semper rectè fit.

Sine episcopo & summo Sacerdote nõ est Ecclesia.

Qui cũ Episcopo nõ est, in Ecclesia non est.

Sacerdotum connexio.

Successio Rõ Pontificum.

Fides in successione ppetuò cõseruata, confundit hæreticos.

Ecclesiæ Rõ. dignitas & cõstantia in fide Apostolica.

Romani Põtifices ex ordine numerantur vsque ad Irenæi ætatẽ.

clesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata, vsque ad diem hãc durat. Si cubì audieris eos, qui dicuntur CHRISTI, non à Domino IESV CHRISTO, sed à quoquam alio nuncupari, vt putà Marcionistas, Valentinianos, Montenses siue Campitas: scito non Ecclesiam CHRISTI, sed Antichristi esse synagogam: ex hoc enim ipso quòd posteà instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciauit. Nec sibi blandiantur, si de Scripturarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicunt, cùm & diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo.

2. CYPRIANVS libro quarto, epistola nona ad Florentium seu Puppianum: Etsi contumax ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen à CHRISTO non recedit: & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Vndè scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo: & si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse: & frustrà sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus DEI non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt. quandò Ecclesia quæ catholica vna est, scissa non fit, neq; diuisa, sed sit vtiquè connexa, & cohærentium sibi inuicèm sacerdotum glutino copulata.

3. IRENAEVS aduersùs hæreses libro tertio, capite tertio: Sed quoniam valdè longum est, in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam præterquàm oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndiquè fideles: in quo semper ab his qui sunt vndiquè, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis, Traditio. Fundantes igitur & instruentes beati Apostoli ecclesiam, Lino episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradidẽrũt. Succedit autem ei Anacletus: post eum tertio loco ab Apostolis Episcopatum sortitur Clemens, qui & vidit ipsos Apostolos, & contulit cum eis, cùm adhuc insonantem prædicationem Apostolorum & traditionem ante oculos haberet: Huic autem Clementi succedit Euaristus, & Euaristo Alexander, ac deincèps sextus ab Apostolis constitutus est Sixtus, & ab hoc Telesphorus, qui etiàm gloriosissimè Martyrium fecit, ac deincèps Higinus, post Pius, post quem Anicetus. Cùm autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco episcopatum ab Apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & successione, ea quę est ab Apostolis in Ecclesia traditio, & veritatis prẽconiatio peruenit vsque ad nos. Et est plenissima hæc ostensio, vnam & eandem viuificatricem fidem esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis vsque nunc sit conseruata, & tradita in veritate.

Irenæi ætas.

Rectæ fidei indicium.

4. OPTATVS Mileuitanus libro secundo contra Donatistas: Probamus eam esse Ecclesiã Catholicam, quæ sit in toto terrarum orbe diffusa. Eius iam commemoranda sunt ornamenta: & videndum vbi sint quinque dotes, quas tu sex esse dicis, inter quas Cathedra est prima: Vbi nisi sederit Episcopus, coniungi altera dos non poterit, qui est annulus: videndum est, qui & vbi prior Cathedra sederit. Si ignoras, disce: si nõsti, erubesce. Ignorantia tibi adscribi non potest. Restat ergò vt noueris. Scientem errare, peccatum est. Nam ignorantibus nonnunquàm solet ignosci. Igitur negare non potes, scire te in vrbe Roma Petro primò Cathedram Episcopalem esse collatam: In qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: vndè & Cephas appellatus est: in * quo vna Cathedra, vnitas ab omnibus seruaretur, nè cæteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent: vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram, alteram collocaret. Ergò cathedra vnica, quę est prima de dotibus, sedit prior Petrus. Cui successit Linus, Lino successit Clemens, Clemẽti Anacletus &c Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius hodiè, qui noster est socius, cum quo nobis totus orbis commercio formatarum, in vna communionis societate concordant. Vestræ Cathedræ vos originem reddite, qui vultis vobis sanctam Ecclesiam vindicare.

Primaria nota Ecclesiæ.

aliã, in quo vno cathedræ vnitas. vel, quo in vna Cathedra, vnitas.

Successio Rõ. põtificũ vsq; ad ætatem Optati.

Hæretici originẽ suæ Cathedræ reddere nequeunt.

5. AVGVSTINVS epistola centesima sexagesimaquinta ad Generosum: Si ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certiùs & verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesię figuram gerenti, Dñs ait: Super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, & cęteri, Damaso Siricius, Siricio Anastasius. In hoc ordine successionis nullus Donatista Episcopus inuenitur. In illum autem ordinem

A Petro vsq; ad Augu. ætatẽ Rom. Pont. in eadem doctrina fidei consentientes. Matth 16

Cõtr. Rõ. Põt. hostes Augu. responsio.

Episcoporum qui ducitur ab ipso Petro vsque ad Anastasium, qui nunc eandem cathedram sedet, etiàm si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christianis: quibus Dominus prouidens, ait de præpositis malis:

Matth 23. Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. vt certa sit spes fidelis, quæ non in homine, sed in Domino collocata, nunquàm tẽpestate sacrilegi schismatis dissipetur.

Ecclesiæ ppagatio p sedet Apostolorũ & successiões Episcoporũ.

6. ITEM in epistola quadragesimasecunda ad Madaurenses: Videtis certè multos præcisos à radice Christianę societatis, quę per sedes Apostolorum & successiones Episcoporum certa per orbem propagatione diffunditur, de sola figura originis, sub Christiano nomine, quasi arescentia sarmenta gloriari, quas hæreses & schismata nominamus. Præuisa, prædicta, scripta sunt omnia.

Petri sedet, & cõtinuata in ea Rõ Pontif successio petra est insuperabilis.

7. IDEM Augustinus in psalmo contra partem Donati: Numerate sacerdotes, vel ab ipsa Petri sede: & in ordine illo Patrum, quis cui successit, videte. Ipsa est Petra, quam non vincunt superbæ inferorum portæ.

Plura testimonia de success. Põtif. quæ ad margine citata non sunt

8. ITEM libro secundo contra literas Petiliani Donatistæ, capite quinquagesimoprimo: Veruntamen si omnes per totum orbem tales essent, quales vanissimè criminaris, cathedra tibi quid fecit Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodiè Anastasius sedet? Quarè appellas cathedram pestilentiæ, cathedram Apostolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui, & non facere, nunquid Dominus IESVS CHRISTVS propter Pharisæos, de quibus ait: Dicunt & non faciunt, cathedræ in qua sedebant, vllam fecit iniuriam? Nónne illam cathedram Moysi commendauit, & illos, seruato cathedræ honore, redarguit? Ait enim: Cathedram Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Hæc si cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blasphemaretis cathedram Apostolicam cui non communicatis. Sed quid est aliud, quàm nescire dicere, & tamen non posse nisi maledicere?

Petrus sedit in cathedra Ecclesiæ Rõ.

Not. cõt Rõ Pontificũ vituperatores. Matth 23.

Matth.23.

1. C. CYPRIANVS in tractatu de simplicitate Prælatorum, siue de vnitate Ecclesiæ, vt suprà de Symbolo, quæstione decimaoctaua, B. authoritate quinta.

2. HILARIVS in caput decimum sextum Matthæi: O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiæ fundamentum, digna quę ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cæli ianitor, cuius arbi-

Petrus Ecclesiæ fundamentum.

Petri potestas.

arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium, præiudicata authoritas sit in cælo, vt quæ in terris aut ligata sunt aut soluta, statuti eiusdem conditionem obtineãt & in cælo.

Matth.16.

3. HIERONYMVS in decimumsextum caput Matthæi: Sicut ipse lumen Apostolis donauit, vt lumen mundi, appellarentur, cæteraq; ex Domino sortiti sunt vocabula: ità & Simoni, qui credebat in petram CHRISTVM, Petri largitus est nomen. Ac secundùm metaphoram petrę, rectè dicitur ei, Aedificabo Ecclesiam meam super te. Ibidém: Prudens lector inquirat, quomodò post tantam beatitudinem, Beatus es Simon Bariona &c. nunc audiat, Vade retro me Satana, scandalum mihi es. Aut quæ sit tam repentina cõuersio, vt post tanta præmia satanas appelletur. Sed si cõlideret qui hoc quęrit, Petro illam benedictionem & beatitudinem ac potestatem, & ædificationem super eum Ecclesiæ in futuro promissam, non in præsenti datam, intelliget. Aedificabo, inquit, super te Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, & dabo tibi claues regni cælorũ: omnia de futuro. Quæ si statim dedisset ei, nunquàm in eo prauæ confessionis error inuenisset locum.

Multa sua nomina Christus Apostolis etiã communicauit. Matth 5.

Petrus petra dicitur.

Super Petrum ædificata Ecclesia. Matth.16.

Apud Matthæum ꝓmissa est ædificatio Ecclesiæ super Petrũ.

In Petro error habere locum nõ potuit, nisi ante Primatum acceptum.

4. IDEM libro primo aduersùs Iouinianũ: At dicis, super Petrum fundatur Ecclesia, licèt idipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite cõstituto, schismatis tollatur occasio.

Matth.18. Ioan.20.

Petro principatus datur ad cauẽdum schisma.

5. CYRILLVS Alexandrinus libro secũdo in Ioannem, capite duodecimo: Nec Simon fore iam nomen sibi, sed Petrus prædicit, vocabulo ipso commodè significãs, quòd in eo tanquàm in petra lapideq; firmissimo, suam esset ædificaturus Ecclesiam.

Ioan.1.

Petrus qd significet.

Aedificanda Ecclesia in Petro.

6. AVGVSTINVS tractatu qnquagesimosexto in Euãgelium Ioãnis: Quis enim nesciat, primum Apostolorum esse beatissimum Petrum?

Petrus Apostolorum primus.

7. IDEM tractatu centesimo vigesimoquarto: Hoc agit Ecclesia spe beata in hac vita ęrumnosa, cuius Ecclesię Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. Quòd enim ad ipsum propriè pertiner,

Propter Apostolatus sui primatum, Ecclesiam repræsentabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrus primus Apostolus. Matth. 16

tinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus idemq; primus Apostolus: sed quandò ei dictum est, Tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcũque solueris super terram, erit solutum & in cælis: vniuersam significabat Ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationibus velut imbribus, fluminibus, tempestatibusq; quatitur, & non cadit: quoniam fundata est super petram, vndè & Petrus nomen accepit. non enim à Petro petra, sed Petrus à petra: sicut non CHRISTVS à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur.

Petro ad Ecclesiæ vtilitatem communem claues datæ sunt.

Petrus à petra dictus.

8. ORIGENES in diuersos Euangelistas homilia secunda: Nemo nos existimet Petro Iohannem præferre. Quis hoc fecerit? Quis esset altior Apostolorum illo, qui est & dicitur vertex eorum?

Apostolorum vertex.

9. IDEM tractatu sexto in Matthæum: Nõ modica differentia est, quòd Petro quidem datæ sunt claues non vnius cęli, sed multorum cęlorum, vt quęcunque ligauerit super terram, sint ligata non tantùm in vno cælo, sed in omnibus cęlis: & quæ soluerit super terram, sint soluta non solùm in vno cælo, sed in omnibus cælis. Ad eos autem, qui multi sunt ligatores & solutores in terra, sic dicit, vt soluant & alligent non in cęlis, sicut Petrus: sed in vno cælo, quia non sunt in tanta perfectione, sicut Petrus, vt alligent vel soluant in omnibus cælis.

Petro datæ claues nõ cæli, sed cælorum. Matth. 16.

Apostoli cæteri ligãt & soluunt in cælo, non in omnibus cælis.

10. BASILIVS Magnus in homilia de pœnitẽtia, quæ est inter homilias variorum argumentorum vltima: Petrus ter tiò abnegauit, & collocatus est in fundamento. Petrus dixerat iam anteà, & beatus pronunciatus fuerat: dixerat, Tu es filius Dei excelsi: & vicissim audierat, se esse petram, ità laudatus à Domino: Licèt enim petra esset, nõ tamen petra erat vt Christus. Vt Petrus petra erat. Nam CHRISTVS verè est immobilis petra. Petrus verò propter petram. Axiomata nanq; sua IESVS largitur alijs. Largitur autem ea nõ euacuatus, sed nihilominùs habens. Lux est: Vos estis lux mundi, inquit. Sacerdos est, & facit sacerdotes. Ouis est, & dicit: Eccè ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. Petra est, & petram fecit. Quę sua sunt, largitur seruis suis. Argumentum hoc est opulenti, habere videlicet, & alijs dare.

Petrus in fundamento collocatus. Matth. 16.

Aliter Petrus petra, aliter CHRISTVS.

Ioann. 8. Matth. 5. Matth. 10.

11. CHRY-

11. CHRYSOSTOMVS homilia octogesimaseptima in Ioannem, in ea verba, Simon Ioannis, diligis me? Quid tãdèm alijs omissis de his duntaxàt Petrum affatur? Os erat Apostolorum & princeps & vertex ipsius cœtus, propterea & Paulus eum præter alios visurus ascendit: simul vt ei ostenderet iam sibi fiduciam habendam: tanquàm enim negationis obliuisceretur, fratrum curam ei committit, neque negationis meminit. Et paulò pòst: Nam cùm magna CHRISTVS Petro communicâsset, orbis terrarum curam demandâsset, martyrium prædixisset, &c.

Os & princeps Apostolorum: quem ob eam causam etiã Paulus inuisit. Gal. 1.

Cura fratrum Petro commissa.

Orbis terrarum cura ei demandata.

12. ITEM homilia quinquagesimaquinta in Matthæum: Quid igitur Petrus, omnium Apostolorum os, vertex consortij totius? cùm omnes interrogati essent, ipse solus respõdet. Ibidèm: Ecclesiæ futurę pastorem constituit. Et paulò pòst: Quę Deus concedere solus potest, peccatorum scilicet remissionem, & vt Ecclesia tot tantisq; fluctibus impetu irrumpẽtibus immobilis maneat, cuius pastor & caput, piscator homo atque ignobilis, terrarum orbe reluctante adamãtis naturam firmitate superet: hęc inquam omnia quæ solius Dei sunt, se pollicetur daturum.

Os & vertex Apostolici consortij.

Ecclesiæ pastor & caput & adamantinum fundamentum.

13. IDEM homilia nona de pœnitentia: Petrum cùm dico, petram nomino indelebilem, non se: crepidinem immobilem, Apostolum magnum, primum discipulorum, primũ vocatum, & primum obedientem.

Petra & crepido immobilis.

14. LEO Magnus sermone tertio in anniuersario pontificatûs sui: De toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisq; Ecclesiæ patribus præponatur: vt quãuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multiq; pastores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & CHRISTVS. Ibid. Et ego, inquit CHRISTVS, dico tibi: hoc est, Sicut meus pater tibi manifestauit diuinitatem meam, ità & ego tibi notam facio excellentiã tuam, quia tu es Petrus, id est, cùm ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum: ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamẽ tu quoquè petra es, quia mea virtute solidaris: vt q̃ mihi potestate sunt, ppria, sint tibi mecũ participatione cõmunia. Eandẽ sententiã de duplici petra ijsdẽ verbis repetiuit sermone secundo in natali Apostolorum Petri & Pauli.

Vnus Petrus Apostolis & omnibus Ecclesiæ patribus præponitur.

Primarius omniũ pastor Christus, secundarius verò omnium pastor Petrus. Matth. 16.

Nota quomodò Christus & quomodò Petrus petra sit. Ephe. 2. 1 Cor. 3.

15. IDEM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petri priuilegia.

15. IDEM epistola octogesimanona ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos: Cùm Petro præ cæteris soluendi & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ouium cura specialiùs mandata est. Cui quisquis principatum æstimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbię suæ, semetipsum in inferna demergit.

Petro principatum adimẽtes, seipsos ad inferna demergunt.

16. AVGVSTINVS contra epistolam Manichęi, quam vocant fundamenti, capite quarto: Tenet me in Ecclesia Catholica, ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascẽdas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum, successio sacerdotum.

Augustinus quanti faciat successionem Episcoporũ in sede ß Petri primi pastoris ouium Christi.

17. IDEM in libro de vtilitate credendi ad Honoratum, capite decimoseptimo: Cùm igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumq; videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiæ condere gremio, quæ vsque ad confessionem generis humani, ab Apostolica sede per successiones Episcoporum, frustrà hæreticis circunlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiàm miraculorum maiestate damnatis, culmen authoritatis obtinuit? cui nolle primitias dare, vel summę profectò impietatis est, vel præcipitis arrogantię.

Cui Ecclesiæ adhærendũ.

18. ET libro vndecimo contra Faustum Manichæum, capite secundo: Vides in hac re, quid Ecclesię Catholicę valeat authoritas, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsque ad hodiernum diem succedentium sibimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur.

Successiones Episcoporũ Apostolicæ sedis.

Nota.

DE ROMANA ECCLESIA

Successionis perpetuitas.

1. D. HIERONYMVS ad Damasum epistola quinquagesimaoctaua: Quorsùm ista tam longo repetita principio? videlicet, vt paruum magnus adspicias, vt diues pastor morbidam non contemnas ouem. Et paulò pòst: Ego igitur, vt anteà iam scripsi, CHRISTI vestem in Romana vrbe suscipiens, nunc barbaro Syriæ limite teneor. Et nè putes alterius hãc de me fuisse sententiam, quid mererer, ipse cõstitui. Verùm vt ait gẽtilis poeta: Cælum, non animum, mutat, qui trans mare currit. Ità me incessabilis inimicus post tergũ secutus est, vt maiora in solitudine bella nunc patiar. Hinc enim ẽ fidijs fulta mundi, Arriana rabies fremit. Hinc in tres partes scissa Ecclesia, ad se rapere me festinat. Monachorum circà manẽtum antiqua in me surgit authoritas. Ego interim clamito: Si quis cathedræ Petri iungitur, meus est. Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi hę-

Quanta cum reuerẽtia sanctissimus & doctissimus Hieronymus Rom. pontificem cõpellat.

Cõmunionẽ cum Romana Ecclesia quãti faciat Hieronymus.

hærere se dicunt: possem credere, si hoc vnus assereret: nũc aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcircò obtestor beatitudinem tuam, per Crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus, per passionẽ CHRISTI, vt qui Apostolos honore sequeris, sequaris & meritò: ità in solio cum duodecim iudicaturus sedeas: ità te alius senem cum Petro cingat, ità municipatum cæli cum Paulo consequaris, vt mihi literis tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes. Noli despicere animam, pro qua CHRISTVS mortuus est.

Apostoli honore sequitur Rom Pontifex.

Ioan. 19.

2. IDEM epistola quinquagesimaseptima ad Damasum: Quoniam vetusto Oriẽs inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam, & desuper textam, minutatim per frusta discerpit, & CHRISTI vineam exterminant vulpes: vt inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficilè, vbi fons signatus & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: Ideò mihi cathedram Petri, & fidem Apostolico ore laudatam, censui consulendam, indè nunc meę animæ postulans cibum, vndè olim Christi vestimenta suscepi. Neque verò tanta vastitas elementi liquentis & interiacens longitudo terrarum, me à preciosę margaritę potuit inquisitiõe phibere. Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilę. Profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum seruatur hæreditas. Ibi cespite terra fœcundo, Dominici seminis puritatem centeno fructu refert: Hic obruta sulcis frumenta, in lolium auenasq; degenerant. Nunc in Occidente sol iustitiæ oritur: in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, supra sidera posuit thronum suum. Vos estis lux mundi, vos sal terrę, vos aurea vasa & argentea: hîc testacea vasa vel lignea virgam ferream & ęternum operiuntur incendium. Quanquàm igitur tuî me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A sacerdote victimam salutis, à pastore præsidium ouis flagito. Facessat inuidia: Romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris, & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum, nisi CHRISTVM sequens, beatitudini tuę, id est, cathedrę Petri, communione cõsocior: super illam petram ędificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Et post pauca: Non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum: Quicunque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui CHRISTI non est, Antichristi est. Et in fine: Quamobrem obtestor beatitudinem tuam per crucifixum, mundi salutem, per homousiõ Trinitatem;

Exo. 12.

Extra Rom. Ecclesiæ cõmunionẽ nõ est salus.

Rom. Põt. nõ cõmunicãtes, ad Antichristũ pertinẽt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitatem: vt mihi epistolis tuis, siue tacendarum, siue dicendarum hypostaseon detur authoritas. Et nè fortè obscuritas loci, in quo dego, te fallat, per baiulos literarum, ad Euagrium presbyterum, quem optimè nôsti, dignare scripta transmittere: simul etiàm, cui apud Antiochiam debeam communicare, significes: quia Campenses cum Tarsensibus hæreticis copulati, nihil aliud ambiunt, quàm vt authoritate communionis vestrę fulti, tres hypostases cum antiquo sensu prædicent.

3. OPTATVS Mileuitanus libro secundo contra Donatistas: Probamus eam esse Ecclesiam Catholicam, &c. vt suprà hac eadem quæstione, B. authorit. 4.

4. AVGVSTINVS epistola centesima sexagesimasecunda ad Episcopos Donatistarum: Erat Carthago transmarinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis: vndè non mediocris vtiquè authoritatis habebat Episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret & Romanę Ecclesiæ, in qua semper Apostolicę cathedrę viguit principatus, & cæteris terris vndè Euangelium ad ipsam Aphricam venit, per communicatorias literas esse coniunctum: vbi paratus esset causam suam dicere, si aduersarij eius ab eo illas Ecclesias alienare conarentur.

In Rom. eccle sia semp Apostolicæ Cathedræ viguit principatus.

5. IDEM cum Patribus Concilij Carthaginensis, in epistola nonagesima ad Innocentium Pontificem Romanum: Si ergò Pelagius episcopalibus gestis, quę in Oriente confecta dicuntur, etiam tuę veneration iustè visus fuerit absolutus, error tamen ipse & impietas, quæ tam multos asserrores habet, per diuersa dispersos, etiá authoritate Apostolicæ sedis anathematizanda est. Et paulò superiùs: Hoc itaque gestum, domine frater sancte, charitati tuę intimándum duximus, vt statutis nostræ mediocritatis, etiàm Apostolicę sedis adhibeatur authoritas, pro tuenda salute multorum, & quorundam peruersitate etiam corrigenda.

Apost. sedis authoritas in hæresib. anathematizádis. Petitur Cœlij confirmatio à Roman. pontifice.

6. IDEM cum Patribus Mileuitani concilij epistola nonagesimasecunda ad eundem Innocentium: Quia te Dominus gratię sugpcipuo munere in sede Apostolica collocauit, talemq; nostris temporibus prestitit, vt nobis potiùs ad culpam negligentię valeat, si apud tuam venerationem, quę pro Ecclesia suggerenda sunt, tacuerimus, quàm ea tu possis vel fastidiosè vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam quæsumus adhibere digneris. Noua quippe hæresis, & nimiùm

Rom. pontifi. cis authoritas implorat. ad sedandam tẽpestatem Pelagianæ hæresis.

nimiùm pernicioſa tempestas surgere inimicorum gratię CHRISTI cœpit.

7. INTER eiusdem Augustini epistolas nonagesimatertia, est Innocentij ad Patres concilij Mileuitani: Diligenter & congruè Apostolico cõsulitis honori, honori inquam illius, quem pter illa q̃ sunt extrinsecùs, solicitudo manet omnium Ecclesiarũ, super anxijs rebus quæ sit tenenda sententia: antiquæ scilicet regulæ formam seruati, quam toto semper ab orbe mecum nôstis esse seruatam. Verùm hęc missa facio: neque enim hoc vestram credo latére prudentiam. Quid etiàm actione firmâstis, nisi scientes, quòd per omnes Prouincias de Apostolico fonte petentibus responsa semper emánent? præsertim quotiès fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coëpiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris authorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit omnibus Ecclesijs in commune prodesse.

Solicitudo omnium Ecclesiarum incumbit Rom. pontifici, ad res dubias decidendas.

In fidei negocijs iudex est.

8. AVGVSTINVS epistola centesima sexagesimaquinta ad Generosum: Si ordo Episcoporum, &cæt. vt suprà litera B. authoritat. 5.

9. CYPRIANVS libro primo, epistola tertia ad Cornelium Roman. Episcop. Neque enim aliundè hæreses obortę sunt, aut nata sunt schismata, quàm indè, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice CHRISTI cogitatur: cui si secundùm magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersùm sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coëpiscoporum cõsensum, iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret: nemo discidio vnitatis CHRISTI Ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumens, seorsum foris hæresim nouam conderet. Et paucis interpositis: CHRISTI aduersarius & Ecclesiæ eius inimicus, ad hoc Ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrociùs atque violentiùs circa Ecclesię naufragia grassetur. Ibidèm: Post ista adhuc insuper Pseudoepiscopo sibi ab hęreticis constituto, nauigare audent, & ad Petri Cathedram atque ad Ecclesiam principalem, vndè vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, (quorum fides Apostolo prædicante laudata est) ad quos perfidia habere non possit accessum.

Súmi pontificis contẽptus hæresum & schismatum causa est.

Petri Cathedra & Ecclesia principalis. Rom. 1.

Ad Rom. Ecclesiam perfidiæ nullus accessus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæresum & schismatum origo ex summi pontificis contemptu.

10. ITEM libro quarto, epistola nona ad Puppianum Florentium: Indè enim schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, dum Episcopus qui vnus est, & Ecclesiæ præest, superba quorundam prę sumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur.

Ex dignitate summi sacerdotis pendet ecclesiæ salus

11. HIERONYMVS aduersùs Luciferianos: Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quædam & ab hominibus eminens detur potestas, tot in ecclesijs efficientur schismata, quot sacerdotes.

Inter Apostolos discretio potestatis.

12. LEO Magnus epistola octogesimaquarta ad Anastasiũ Thessalonicensem Episcopum, capite vndecimo: Hæc connexio totius quidem corporis vnanimitatem requirit, sed præcipuè exigit concordiam sacerdõtum. Quibus cùm sit dignitas communis, non est tamen ordo generalis: quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis: & quum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præmineret. De qua forma, Episcoporum quoquè est orta distinctio: & magna dispositione prouisum est, nè omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouincijs, quorum inter fratres haberetur prima sententia; & rursùs quidam in maioribus vrbibus constituti, solicitudinem susciperent ampliorem: per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesię cura confluaret, & nihil vsquàm à suo capite dissideret.

Episcoporũ inter se distinctio.

Penès Petri sedẽ, vniuersalis Ecclesiæ cura.

Rom. Ecclesiæ formam in omnibus sequi cupit Ambrosius.

13. AMBROSIVS de Sacramentis libro tertio, capite primo: Non ignoramus quòd Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur & formam. Hanc tamen consuetudinem non habet vt pedes lauet. Vide ergò nè fortè propter multitudinem declinauit. In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam.

14. IDEM in oratione funebri de obitu fratris sui Satyri: Aduocauit ad se Episcopum, nec vllam veram putauit, nisi verę fidei gratiam, percontatusq; ex eo est, vtrúmnam cũm Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conueniret, & fortè & ad id locorum in schismate regionis illius ecclesia erat: Lucifer enim se à nostra tunc temporis communione diuiserat.

Episcopi Catholici cum Rom Ecclesia conueniunt.

1. IRENAEVS libro tertio contra hæreses: Ad hanc Ecclesiam &c. vt in textu.

2. TERTVLLIANVS de prescriptionibus aduersùs hæreticos: Agè iam qui voles curiositatem meliùs exercere in negocio salutis tuæ, percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsę ad-

huc cathedræ Apostolorum suis locis præsidentur, & cætera. Si Italiæ adiaces, habes Romam, vndè nobis quoquè authoritas præstò est. Felix ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni Dominicæ adęquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apostolus Ioannes posteaquàm in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur.

Apostolorũ cathedræ.

Romanæ Ecclesiæ commendatio.

3. CYPRIANVS libro quarto, epistola octaua ad Cornelium: Nos singulis nauigantibus, nè cum scandalo vllo nauigarent, rationem reddentes, scimus nos hortatos eos esse, vt Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem agnoscerent ac tenerent.

Ecclesiæ Catholicæ radix & matrix est Romana.

4. IDEM libro tertio, epistola vndecima ad Cornelium: Nos, inquiunt, (quidam reuersi ad Ecclesiam) Cornelium Episcopum sanctissimæ catholicæ Ecclesiæ, electum à Deo omnipotente & CHRISTO Domino nostro scimus. Nec ignoramus vnum DEVM esse, vnum CHRISTVM esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritũ sanctum, vnũ Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere.

Episcopus Ecclesiæ Catholicæ est Romanus Pontifex.

Vnus Episcopus in Catholica Ecclesia.

5. THEODORETVS historiæ Ecclesiasticæ libro secundo, capite quarto: Athanasius, intellectis insidijs, clàm se subduxit Alexandria, & rectà in Occidentem contendit. Etenim Iulium Episcopum, qui tum Romanam rexit Ecclesiam, Eusebiani de criminibus, quæ falsò contra Athanasium confinxerant, per literas certiorem fecerant. Ille Ecclesiæ canonem secutus, & eos iussit Romam venire, & diuinum Athanasium, quò pro se in iudicio ipse responderet, vocauit. Qui vt primùm fuit accersitus, eò maturè contendit. Tragœdiæ autem authores Romam ideò non sunt profecti, quòd intellexerunt sua mendacia manifestò fore deprehensa.

Rom Põtifex Episcoporũ causas examinat.

Hæreticorũ ingenium.

6. BERNARDVS epistola centesima nonagesima, ad Innocentium Papam: Oportet ad vestrũ referri apostolatum pericula quæq; & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim quæ de fide contingunt. Dignum nanque arbitror ibi potissimùm resarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua sedis. Cui enim alteri aliquandò dictum est, Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua? Ergò quod sequitur, à Petri successore exigitur: Et tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos. Id quidem modò necessarium. Tempus est vt vestrum agnoscatis pater amantissime principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo planè Petri impletis vicem, cuius tenetis & sedem, si vestra admonitiõe corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra authoritate conteritis fidei corruptores.

Ad Rom. Põt. controuersiæ de fide referendæ sunt.

In Rom. Eccl. & sede nõ potest fides deficere. Luc 22.

Rõ. Pontificis est, fidei corruptores cõterere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pōtificis Rō. quanta dignitas & authoritas.

7. IDEM libro secundo de consideratione ad Eugenium: Quis es? Sacerdos magnus, summus pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione CHRISTVS. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt, &c. vt suprà de Symbolo, quæstione nona, C. authorit. 7.

8. IN quarta generali Synodo Chalcedonensi, actione tertia, offeruntur libelli Theodori Diaconi, Ischyriōis diaconi, Athanasij Presbyteri, & Sophronij Christiani contra Dioscorum scripti ad Leonem Papam & Concilium: in quibus appellant Leonem vniuersalem Archiepiscopum & Patriarcham magnę Romæ. Cuius legati in eadem actione dicuntur in Cōcilio primatum Leonis tenere: & primi sententiam aduersùs Dioscorum pronunciant in hæc verba: Vndè Sanctissimus & Beatissimus Archiepiscopus magnæ & senioris Romę Leo, per nos & præsentem sanctam Synodū vnà cum ter beatiss. & omni laude digno beato Petro Apostolo, qui est petra & crepido Catholicę Ecclesię, & ille qui est rectę fidei fundamentum, nudauit eum tam Episcopatùs dignitate, quàm etiam ab omni sacerdotali alienauit ministerio. In fine autem eiusdem actionis in relatione sanctæ Synodi Chalcedonensis ad beatum Papam Leonem de gestis generaliter in Synodo confirmatio petitur, atque inter cętera ità dicitur: Hæc sunt quæ tecum, qui spiritu præsens eras, & complacere tanquàm fratribus deliberásti, & qui penè per tuorum vicariorum sapientiam videbaris à nobis, effecimus. Indicamus verò, quia & alia quædam pro rerum ipsarum ordinata quiete, & propter Ecclesiasticorum statutorum definiuimus firmitatem, scientes quia & vestra sanctitas addiscens, & probatura & confirmatura est eadem. Et sub finem: Rogamus igitur, & tuis decretis nostrū honora iudicium: & sicut nos capiti in bonis adiecimus cōsonantiam, sic & summitas tua filijs (quod decet) adimpleat.

Vniuersalis Archiepiscopus.

Per Legatos petit Cōcilio.

Petrus petra & crepido Ecclesiæ Catholicæ.

Petitur cōfirmatio Cōcilij Chalcedonēsis generalis à Rom. Pontifice.

9. ANACLETVS Pontifex epistola prima ad omnes Episcopos, & cunctos fideles: Quòd si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut Episcoporum vt maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam (si appellatum fuerit) referantur, quoniam Apostoli hoc statuerunt iussione Saluatoris, vt maiores & difficiliores quæstiones semper ad sedem referantur Apostolicam, super quam CHRISTVS vniuersam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatnm principem Apostolorum Petrum: Tu es, inquit,

Causæ maiores ad Sedem Apostolicam referendæ ex iussu & instituto Apostolorum.

quit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & cætera. Matth. 16.

10. IDEM epistola tertia ad omnes Episcopos & sacerdotes: Hæc verò sacrosancta Romana & Apostolica ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit, & eminētiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, &c. Adhibita est etiàm societas in eadem Romana vrbe beatissimi Apostoli Pauli vasis electiōis, qui vno die, vno quoquè tempore gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerōe agonizans, coronatus est, & ambo sanctam Romanam ecclesiam consecrárunt, alijsque omnibus vrbibus in vniuerso mundo, eam sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Et licèt pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus Apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicēs: Testis enim est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius, quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Prima ergò sedes est cælesti beneficio Romanæ Ecclesiæ, quam (vt memoratum est) beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrárunt. Sic Roma quæ priùs erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater & altrix, excussis tenebris, & vanis superstitionum ritibus abiectis, filiorū Dei, exorto sole iustitiæ, facta est copiosa propagatrix. Secūda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est, quia ipse & in Aegypto primùm verbum veritatis, directus à Petro, prædicauit, & glorioſum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit Abilius. Tertia autem sedes apud Antiochiam, eiusdem (id est, beati Petri) Apostoli nomine habetur honorabilis, &c. Indè nanque & beati Apostoli inter se statuerunt, vt Episcopi singularum scirent gentium, quis inter eos primus esset, quatenùs ad eum potior eorū solicitudo pertineret. Nam & inter beatos Apostolos quædam fuit discretio. Et licèt omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino est concessum, & ipsi inter se idipsum voluerunt, vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas, id est, caput, & principium teneret Apostolatus: Qui & eādem formam suis successoribus, & reliqui Apostoli Episcopis tenendam tradiderunt. Et nō solùm hoc in nouo testamento est constitutum, sed etiàm in veteri fuit. Vndè scriptum est: Moyses & Aarō in Sacerdotibus eius, id est, priùs inter eos fuerunt. Et quamuis ità ordinatum

Primatū Ecclesia Romana à Christo obtinet.

Matth. 16.

Petrus & Paulus vno eodemq; tēpore Romæ passi, Romanā Ecclesiam cōsecrárunt.

Rom. 1.

Prima sedes Romana.

2. Sedes Alexandrina.

3. Antiochena.

Inter Apostolos distinctio.

Episcoporū discrimen.

Psal. 98.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum fuerit, nemo tamen quod suum est quærat, sed quod alterius.
Rom.15. Matth.20. Mar.10. Vndè ait beatus Apostolus Paulus: Vnusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem. Et sicut ipse Saluator suis ait Discipulis: Qui maior est vestrûm, erit minister vester, &cæt. Si quæ verò causæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius sanctæ Sedis apicem eas, quasi ad caput referte, vt Apostolico terminentur iudicio: quia sic Dominum velle, ab eóque ità constitutum esse, antedictis testimonijs declaratur. Hęc verò Apostolica sedes, cardò & caput (vt prætactum est) omnium Ecclesiarum, à Domino, & non alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ Sedis authoritate omnes Ecclesiæ, Domino disponente reguntur.

Cardo & caput ośum Ecclesiarum à Christo cõstituta est Apostolica sedes.

2.Cor 11.

11. MARCELLVS Pòtifex in epistola prima ad episcopos Antiochenæ prouinciæ: Solicitudinem omnium Ecclesiarum iuxta Apostolum circunferẽtes, diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium Sacerdotale prouexit, vt mandatis ipsius inhærentes, in quadam Sacerdotum eius specula cõstituti, prohibeamus illicita, & sequẽda doceamus. Vndè directis p Bonifacium Diaconum nostrum literis, admonemus, vt quæ malè pullulant, abscindantur, & malefacta corrigantur, atq; bona sectentur, & Patrum nostrorum exempla & statuta imitentur. Rogamus ergò vos fratres, vt non aliud doceatis neque sentiatis, quàm quod à beato Petro Apostolo, & à reliquis Apostolis & Patribus accepistis. Ab illo enim primò instructi estis: ideò non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesię, cui ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Eius sedes primitùs apud vos fuit, q̃ posteà (iubente Domino) Romam translata est, cui (adminiculante diuina gratia) hodierna præsidemus die. Nec ab eius dispositione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora Ecclesiastica negocia (diuina disponente gratia) iussa sunt referri, vt ab ea regulariter disponantur, à qua sumpsêre principia. Si vestra verò Antiochena, quę olim prima erat, Romanę cessit sedi, nulla est quæ eius non subiecta sit ditioni, ad quam omnes quasi ad caput, iuxta Apostolorum eorum que successorum sanctiones, Episcopi qui voluerint, vel quibus necesse fuerit fusfugere, eamq; appellare debent, vt indè accipiant tuitionem & liberationem, vndè acceperunt informationem atque cõsecrationem. Quod omnibus minimè conuenit denegare Episcopis, sed absque vlla custodia, aut excommunicatione, vel damnatiõe, vel expoliatione liberè ire cõcedatur. Simulq; ijdem (inspirante Domino) constituerunt, vt nulla Synodus fieret prẽter eiusdem Sedis authoritatem: nec vllus Episcopus, nisi in legitima Synodo, suo tempore Apostolica authoritate conuocata, super quibuslibet criminibus pulsatus, audiatur vel iudicetur: quia (vt paulò superiùs prælibatum est) Episcoporum iudicia, & summarum causarum negocia, siue cuncta dubia, Apostolicę sedis authoritate sunt agenda & finienda. Et omnia comprouincialia negocia, huius sanctæ vniuersalis & Apostolicæ Ecclesiæ sunt retractanda iudicio, si huius Ecclesiæ Pontifex præceperit. Nec cui liceat sine præiudicio Romanæ Ecclesiæ (cui in omnibus causis debet reuerẽcia custodiri) relictis his Sacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei Ecclesias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum Episcoporum iudicium experiri vel pati: sed omnibus eiusdem prouinciæ Episcopis congregatis, iudicium authoritate huius sedis terminetur: quod tamen (vt præfatum est) per eius vicarios, si libuerit, erit tractandum: & quicquid iniustè actum est, reformandum.

Petrus totius Ecclesiæ caput. Matth.16.

Petri sedes ab Antiochia Romã trãslata iubente Domino.

Maioris momẽti negocia eó referenda.

Episcoporũ refugiũ & appellatio ad sedem Rom.

Consecratio Episcoporũ vndè.

Apostoli instituêre, vt sine huius Sedis authoritate Cõcilia nõ celebrentur, dubiaq; ad eã referãtur, &c.

12. SYNODVS Alexandrina ad Felicem secundum: Domino beatissimo & honorabili sancto patri Felici sanctæ sedis Apostolicæ q̃ honorificè in hac epistola sentiat B. Athanasius cũ tota Synodo de Rõ. Põtificis & Apostolicæ sedis authoritate. vrbis Romæ Papæ, Athanasius & vniuersi Aegyptiorũ, Thebaidorum, & Libyorum Episcopi, in sancta Alexãdrina Synodo gratia Dei cõgregati, vestro sancto suggerimus Apostolatui, vt nostri more solito solicitudinem gerere dignemini. Et paulò pòst: Ideò pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à vestra Apostolica sancta sede auxilium hausimus, & nostri vos curam habere agnouimus, præfatam Apostolicam & summam expetimus iuxta canonum decreta sedem, vt indè auxilium capiamus, vndè prædecessores nostri ordinationes & dogmata atque subleuationes ceperunt. Ad eam quoquè, quasi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, quoniam non potest mater obliuisci infantem suum. Sic & vos nolite obliuisci nos vobis commissos, quoniam nõ leuibus nos inimici nostri implicauerunt afflictionibus, & quotidiè facere moliuntur, & appræhendere, aut ferris nos cõstringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus: quod nequaquàm, vobis inconsultis, agere præsumimus: canonibus quippe iubentibus, absque Romano nos de maioribus causis nihil debere decernere pontifice. Ideo que ad propositum recurrentes, & ad brauium properantes, vestrę Apostolicæ sedis imploramus auxilium: quia (vt credimus) nõ despexit Deus preces cum lachrymis sibi oblatas seruorum suorum, sed ob

Ad Rom sedẽ tanq; ad matrẽ confugiunt. Esaiæ 49.

Sine ea in causis fidei nihil decernendũ vel innouandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oñs Ecclesiarum cura.

id vos prędecessores{q} vestros, Apostolicos videlicet p̃sules, in summitatis arce constituit, omnium{q} Ecclesiarum eis curam habere p̃cepit, vt nobis succurratis, nos{q} tuẽtes, cui omne Episcoporum iudicium est commissum, liberare ab hostibus nostris non negligatis.

Nicena syno. dus qd de Rõ. Põtif. authoritate decreuerit.

Nam scimus in Nicena magna synodo trecẽtorum octodecim Episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani Pontificis sententia, concilia celebrare, nec Episcopos damnare, licèt hæc & alia quàm plura necessaria, ab hæreticis qui nos quotidiè infestant & perdere nituntur, vt facilius nos capere possint, sint synodica capitula incensa, nobis{q} sublata. Et paulò

Idẽ adstruit Iulius 1. in rescripto cõtra orietales: Verba Canõis habẽtur c. 1. eius rescripti.

inferiùs: Vos ergò (vt semper vestræ sedi sanct{q} consuetudo fuit) periclitantibus subuenite, oppressos roborate, tribulatis manum porrigite, talia{q} prohibete, & leges imponite, vt Apostolica doctrina, quæ in DEO est, citò ad victoriam iudicium pducere valeat nostrũ, nos{q} (Apostolorum principe suffragante Petro) ab imminentibus periculis liberare. Et nonullis interiectis: Similiter & à supradictis

Arriani canones Nicenos de Rom. Põt. combusserũt.

Patribus est definitum consonanter, vt si quisquam Episcoporum, aut Metropolitanum, aut Comprouinciales, vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso

Vide Iuliũ in eodẽ reseri. pto, cap. 3.

Dño potestas ligandi ac soluendi speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum à Deo fixum & immobile percepit, quoniam ipsam formam vniuersorũ titulorum lucidissimam

Matth. 16.

Dominus IESVS CHRISTVS vestram Apostolicam constituit sedem. Ipsa enim sacer vertex, in quo omnes Ecclesiæ vertuntur, sustentantur, releuantur.* Et sicut in CHRISTO Christiani, & in Petra (id est, Christo) Petrus, Petri renouãtur Ecclesiæ. Tu es enim (sicut diuinum veraciter testatur eloquium) Petrus, & super fundamẽtum tuum, Eccles{iæ} column{æ}, id est, Episcopi, qui Ecclesiam sustinere, & proprijs humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibi{q} claues regni cælorum commisit, atque ligare & soluere potestatiuè, quæ in terra, & quæ in cælis sunt, promulgauit. Tu profanarum hæresium & impetitorum, atque omnium infestantium depositor, vt princeps & Doctor, caput{q} omnium orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei existis. Igitur nè despicias, pater, tuorum patrum pietatem bonam{q} intentionem. Et sicut illi, patres & prædecessores nostros à multis liberauerunt oppressionibus & angustijs, ità nos liberare digneris. Nam fuit semper vestræ sanctæ & Apostolicæ sedi licentia, intustè damnatos vel excommunicatos, potestatiuè sua authoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemna-

Apostolicæ sedis authoritas.

* Legẽdũ videtur, Et sicut in Christo Christiani, ità & in Petra, id est, Petro, renouantur Ecclesiæ.

Ibidẽm.

Episcopi columnæ eccles. siæ.

Rom Põtifex hæresiũ & errorum repurgator.

Intustè dãnatos restituit.

demnauerunt, aut excommunicauerunt, Apostolico punire priuilegio, sicut etiam nostris & anterioribus cognouimus actum temporibus. Porrò & ipsi Primates, qui Episcoporum & summorum Ecclesiasticorum negociorum causas suscipere debẽt, in præfixa Nicena synodo sunt dinumerati, nè in posterum contentio ex hoc oriretur. O sanctissime pater patrum, abscinde blasphemias, & iactantiam vaniloquorum & insidiantium infestationes, nos & fratres nostros opprimentium atque perdere volentium, qui ad vos, quasi ad caput confugimus, vt vestro suffulti auxilio liberemur, & vobis nobis{q}ue commissas CHRISTI oues, à luporum ore, Domino adminiculante, antequàm deglutiantur, eripiamus. Nec enim fas est, supplicum Apostolicæ sedis scripto aut sine scripto preces oblatas despicere: sed (vt condecet, & priuilegium vestræ sedis est) & nos & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de nostris obiectionibus canonicè cum omni probitate concertemus, sicut prædecessores nostri penès vestros fecerunt antecessores, & sicut canonica in prædicta sancta synodo docent instituta, & veluti palliati verbi per ventilabrum canonicæ examinationis, plenam purgationem in communi cõsistentes auditorio, de maturis & enutrientibus Catholicæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum consequamur institutionum. Antiquis enim regulis sancitum est, vt quicquid quanuis in remotis aut longinquis positis prouincijs super Episcoporum querelis aut accusationibus ageretur, nõ priùs tractandum vel accipiendum esset, quàm ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, vt huius authoritate iusta, quæ fuisset pronunciatio infirmaretur, aut firmaretur: inde{q} sumerent normam, vndè Ecclesiæ sumpsêre prædicationis exordium, nè passim ab insidiatoribus columnæ euerterentur Ecclesiæ. Vestrum est, nobis manum porrigere, quia vobis commissi sumus. Vestrum est nos defendere atque liberare, nostrum{q} est à vobis auxilium expetere, vestris{q} parére iussionibus. Scimus enim (vt semper vestræ sedis præsules primò Apostoli, deindè successores eorum fecerunt) vos vniuersalis Ecclesiæ, & maximè Episcoporum, qui oculi, propter contemplationem & speculationem, vocantur Domini, curam gerere, ac de releuatione & lege nostra assiduè cogitare debere, sicut scriptum est: Beatus vir qui meditatur in lege Domini die ac nocte.

Examinare Episcoporũ causas.

Nota.

Psal. 1.

VERBA Canonis decimioctaui Nicenæ synodi (teste Iulio primo, capite secundo in Rescripto cõtra Orientales pro Athanasio & cæte-

Canõ 18 Nicenus de Rom. sedis authoritate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritatemq; in nostris exemplaribus nō habetur.

Appellatio.

Refugiū tanq; ad matrem.

Ex apostolica institutione.

cæteris) hæc sunt: Omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur vel criminantur causis, quotiès necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, vt ab ea (sicut semper fuit) piè fulciantur, defendantur & liberétur. Cuius dispositioni omnes maiores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum iudicia, antiqua Apostolorum eorumq; successorum atq; canonum authoritas reseruauit: Quoniam culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiusdem sedis Papæ fieri placuerit.

Canon 19. de eadem.

CANONIS autem siue capituli deciminoni (eodem Iulio teste, capite tertio eiusdem Rescripti) hæc sunt verba: Placuit, vt accusatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos, eius retractari negocium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex causam suam audit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Episcopus: Quoniam quanquàm à comprouincialibus Episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen definiri, inconsulto Romano Pontifice, permissum est, cùm beato Petro Apostolo, & non ab alio, quàm ab ipso dictum sit Domino: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Subijcit verò tandèm Iulius capite vigesimonono: Si quis autem de his ampliora atque abundantiora scire voluerit, in sacro nostrę Ecclesię sedis scrinio & ea quę prędiximus, inuenire poterit. Verum me dixisse, testis est diuinitas.

Matth. 16.

Romæ asseruati integri canōes Nicenæ synodi.

X

Quænam Ecclesiæ dignitas est, atq; authoritas?

A. Multis & eximijs sanè dotibus, promissionibus ac beneficijs illustrat DEVS Ecclesiam suam, qua nil habet in terris charius. Hanc vsquè ornat, conseruat, defendit, vindicat.

1. Cor. 12. d
Ephe. 5. f
Ioā. 14. 16. 17
Matth. 28. d & 16. c
Psal. 120. b

B. Hanc

B. Hanc porrò cōstituit esse [a] domum suam, in qua omnes filij Dei foueantur, doceantur, & exerceantur.

a 1. Tim 3. d
Psal. 22. a
Ioan. 19. c

C. Voluit esse [b] columnam & firmamētum veritatis, vt de illius non dubitemus doctrina, quæ tanquàm magistra, custos, & interpres veritatis, fidem atque authoritatem obtinet inuiolabilem.

b 1. Tim 3. d
Au. lib. 1. cōtra Cresconi. cap. 33. & lib. 2. cap. 32.

D. Præterea fundatam esse [c] supra firmam petram decreuit, vt certi essemus, eam immobilem inconcussamque stare, atque inferorum etiàm [d] portis, hoc est, grauissimis aduersariorum impugnationibus, inexpugnabilem præualere.

c Mat. 16. c 1. d
Ephe. 2. d
Psal. 86. a & 47. c Aug. in Psal. 47.
d Matt. 16. c

E. Demùm vult eam sanctissimam quandam [e] esse ciuitatem supra mōtem positam, omnibusq; conspicuam, atque aditu facilem: nè quis, ea relicta, pestiferas hæreticorum speluncas latebrasque consectetur, & falsis illis vocibus, *Eccè* [f] *hîc est Christus, eccè illic*, fortè perculsus, ab ea diuertat aut dimoueatur.

e Apoc. 21. a
Matt. 5. b
Esa. 2. a
Mich. 4.
Malac. 1. c
Act. 1. b
Psal. 21. f.
1. Ioan. 2. c
f Matt. 24. b & ibid. Orig. tract. 29. & 30.

F. Hæc est, quam scriptura nobis proponit atque cōmendat, CHRISTI [g] amica, soror & sponsa vnica: pro qua [h] redimenda, mundanda, sanctificanda, [a] congreganda, & prorsùs adiungenda sibi, filius Dei nihil non fecit ac pertulit, vt corpus etiam sanguinemq; suum sacrosanctum illius amore tradere non dubitârit.

g Can. 4. b & 6. b
h Ephe. 5. e
a Ioan. 11. f
Col. 1. c d
Ephe. 4. c 1. d

b Ioan.17.c Lucæ 22.c Matt.16.c

G. Pro hac [b] rogauit, & impetrauit, vt fides, vnitas, & firmitudo eius deficeret nunquàm.

c Ioan.14.b d 15.d 16.c d Act.2.a

H. Huic [c] promisit, fideliterque [d] transmisit & reliquit doctorem, præsidem, ac rectorem spiritũ sanctum. *Ille,* [e] inquit, *docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis:* [f] *ille manebit vobiscum in æternum:* [g] *ille docebit vos omnem veritatem:* quæ videlicet scitu, creditu que est necessaria.

e Ioan.14.d

f Ibidèm b

g Ioan.16.c Aug.trac.97. in Ioan.

SCRIPTVRAE.

A. PRIORIS epistolæ ad Corinthios duodecimo: Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò prophetas, tertiò Doctores, deindè virtutes, exindè gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

AD Ephesios quinto: Viri, diligite vxores vestras, sicut & CHRISTVS dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitę: vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiã, nõ habentẽ maculã aut rugã, aut aliqd huiusmodi, sed vt sit sancta et immaculata. Et paulò pòst: Nemo vnquàm carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & CHRISTVS Ecclesiam.

IOANNIS decimoquarto: Ego rogabo patrem, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Ibidèm: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos

vos docebit oĩa, & suggeret vobis oĩa, q̃cunq; dixero vobis.

IOANNIS decimosexto: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò: Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

ITEM capite decimoseptimo: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Et paulò pòst: Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis, qui crediturí sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint, vt credat mundus quia tu me misisti.

MATTHAEI vigesimooctauo: Eccè ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

MATTHAEI decimosexto: Super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam.

PSALMO centesimo vigesimo: Eecè non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Dominus custodit te, &c.

B. PRIORIS epistolæ ad Timotheum tertio capite: Vt scias quomodò oporteat te in domo Dei cõuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

PSALMO vigesimosecundo: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, &c.

IOANNIS decimo: Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor.

C. PRIORIS ad Timotheum tertio: vt paulò antè.

D. MATTHAEI decimosexto: Super hanc petram &c.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET capite septimo: Aedificauit (vir sapiens) domum suam super petram: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata enim erat super petram.

AD Ephesios secundo: Ergò iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamẽtum Apostolorum & prophetarum, ipsõ summo angulari lapide IESV CHRISTO.

PSALMO octogesimosexto: Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.

PSALMO quadragesimoseptimo: Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.

E. APOCALYPSIS vigesimoprimo: Ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendentem de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.

MATTHAEI quinto: Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.

ESAIAE secundo: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus DOMINI in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, et dicent: Venite, et ascendamus ad montem DOMINI, et ad domum DEI Iacob.

MICHEAE quarto: In nouissimo dierũ erit mõs domus Dñi ꝑparatus in vertice montiũ, & sublimis sup colles: & fluent ad eũ populi, et ꝑperabũt gẽtes multæ, & dicẽt: Venite, &c.

MALACHIAE primo: Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meũ in gentibus, dicit DOMINUS exercituũ.

ACTO-

ACTORVM primo: Eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

PSALMO vigesimoprimo: Apud te laus mea in Ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum. Et adorabunt in cõspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.

PRIMAE epistolæ Ioannis secundo capite: Ex nobis ꝓdiêrunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, ꝓmansissent vtiquè nobiscum: sed vt manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis.

MATTHAEI vigesimoquarto: Tunc si quis vobis dixerit, Eccè hîc est Christus, aut illic: nolite credere. surgent em pseudochristi & pseudoprophetę, & dabunt signa magna & prodigia, ità vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiã electi Eccè prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis, Eccè in deserto est, nolite exire: eccè in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & páret vsque in Occidẽtem: ità erit et aduentus filij hominis. Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilę.

F. CANTICORVM quarto: Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te. Vulnerásti cor meum, soror mea sponsa. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

ITEM Canticorum sexto. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suę electa genitrici suę.

AD Ephesios quinto: Mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ, etc.

IOANNIS vndecimo: Prophetauit Caiphas quòd IESVS moriturus erat pro gente, et non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum.

AD Colossenses primo: Et ipse est caput corporis Eccle-

 siæ,

siæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Ibidèm: Adimpleo ea quę desunt passionum CHRISTI in carne mea, ꝓ corpore eius, quod est Ecclesia.

AD Ephesios quarto: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, etc. in ędificationem corporis CHRISTI.

ET capite primo: Omnia subiecit sub pedibus eius, et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

G. IOANNIS decimoseptimo: Sanctifica eos in veritate, etcęt. Non pro eis autem rogo tantùm, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, et ego in te, vt et ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti.

LVCAE vigesimosecundo: Simon, eccè Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: et tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos.

MATTHAEI decimosexto: Portæ inferi non pręualebũt aduersùs eam.

IOANNIS decimoquarto, decimoquinto, et decimosexto, vt suprà.

ACTORVM secundo: Et repleti sunt oẽs spiritu sancto.

PATRES.

Ecclesiæ iudiciũ sequendum in re cõtrouersa, scripturis nũ expressa.

1. C. AVGVSTINVS libro primo cõtra Cresconiũ Grãmaticum, capite trigesimotertio: Quanuis huius rei (de baptismo hæreticorum loquens) certè de scripturis canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus, quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat authoritas: vt quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat.

S. Cyprianũ intelligit.

2. ITEM libro secundo contra eundem, capite trigesimosecundo: Nunc verò quoniam canonicum non est quod recitas, ea libertate ad quam nos vocauit Dominus, eius viri cuius laudem consequi non valeo, cuius multis literis meæ scripta non comparo, cuius ingeniũ diligo, cuius ore delector, cuius charitatẽ miror, cuius martyrium veneror, hoc ſd aliter sapuit, nõ accipio. Nõ accipio, inquã, ſd de baptizãdis hæreticis & schismaticis beatus Cyprianus sensit, ſa hoc Ecclesia nõ accipit: ꝓ qua beatus Cyprianus sanguinẽ fudit.

Cypriani sententiam non recipit Augustinus, quia eã nõ recipit Ecclesia.

3. D. AVGVSTINVS in psalmum quadragesimumseptimum: Non insultent hæretici per partes concisi, non se extollant q dicunt: Eccè hîc est CHRISTVS, eccè illic. Qui dicit, eccè hîc est, eccè illic, ad partes inducit. Vnitatem promisit Deus, reges in vnum collecti sunt, non per schismata dissipati sunt. Sed fortè ista ciuitas quæ mundum tenuit, aliquandò euertetur? Absit: Deus fundauit eam in æternum. Si ergò eam Deus fundauit in æternũ, quid times nè cadat firmamentum?

Hæretici per partes cõcisi. Matt. 24.

Ecclesia stabilis est.

1. E. ORIGENES tractatu vigesimonono in Matthæum: Vide ergò, si ad hęc dicere possumus quod ait, Eccè hîc, eccè illic: quoniam eccè hic, eccè illic, nõ extra scripturam foràs adspiciẽdum est. Dicet enim qui seducere voluerit nos, & defendere contraria veritati: Eccè hîc CHRISTVS, demonstrans (verbi gratia) hũc Euangelij locum. Alterius autem erroris author dicet: Eccè hic Christus, offerens ad exemplum alterum textum, qui videtur defendere mẽdacij illius verbum, quod proposuit vindicare: & sic ex lege & prophetis, & Apostolis profert vnusquisque quæ videntur defendere mendacium illud, vtpotè veritatem. Vel sic impletur quod ait: Eccè hîc CHRISTVS, eccè illic, ostendens non CHRISTVM, sed aliquem fictum eiusdem nominis, vt puta secũdùm Marcionis doctrinam, & secundùm traditiones Valentini, aut Basilidis longam fabulositatem, aut secundùm Apellis aduersùs Paulum testimonium falsum. Erũt autem & alij plures, qui dicturi sunt discipulis ex diuinis scripturis, coniungentes eis suum proprium sensum: Eccè hîc est CHRISTVS, eccè illic. Si autem dixerint vobis, eccè in solitudine, nolite exire: eccè in domibus, nolite credere. Quidã enim secreta proferentes, dicunt: Eccè in solitudine. Quandò enim secretas & non vulgatas scripturas proferunt ad confirmationem mendacij sui, videntur dicere: Eccè in solitudine verbum est veritatis.

Matt. 24. Interpretatur illud Euangelij: Eccè hîc, eccè illic.

Hæreticis scripturas citantibus credendũ nõ est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secretæ enim scripturę, rectè solitudines appellantur, in quibus aut pauci sunt credentes, aut nullus. Quotiès autem canonicas proferunt scripturas, in quibus omnis Christianus consentit & credit, videntur dicere, Eccè in domibus verbum est veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodùm per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis. Vel sic: Eorum verborum falsorum professores, quidam quidem nec ab initio simulant scripturas, & sic fallere tentant. Ideò (existimo) eos sermones qui sunt omninò extra scripturam, ostendere volēs, dixit: Si dixerint vobis, eccè in solitudine est, nolite exire de regula fidei. Eos autem qui ad schisma simulant diuinas scripturas, ostendere volens, dixit: Si dixerint vobis, eccè in domibus, nolite credere. Quodcūque professi fuerint de scripturis, & de mysterijs quæ sunt in eis ad demonstrationem, nolite credere quę dicuntur. Veritas enim similis est fulguri egredienti ab Oriente, & apparenti vsque ad Occidentem. Qualis est veritas Ecclesiæ Dei: ab ea enim sola sonus in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum, & velociter currit sola verè veritas DEI.

Non exeundum à traditione Ecclesiastica & doctrina per successionem accepta.

Scripturas citantibus hæreticis nō credendum.

Psal. 18.

2 IDEM tractatu trigesimo in Matthæum: Propterea non debemus attendere eis qui dicunt, Eccè hic CHRISTVS: non autem ostendunt eum in Ecclesia, quæ plena est fulgore ab Oriente vsque ad Occidentem, quæ plena est lumine vero, quæ est columna & firmamentum veritatis, in qua tota totus est aduentus filij hominis, dicentis omnibus, qui vbiquè sunt: Eccè ego vobiscum sum omnibus diebus vitæ, vsque ad consummationem seculi.

Solùm in Ecclesia inuenitur Christus. 1. Tim. 3.

Ecclesiæ laus & commendatio. Matt. 28.

H. AVGVSTINVS tractatu nonagesimoseptimo in Euangelium Ioannis: Ipse spiritus sanctus & nunc docet fideles, quanta quisque potest capere, & spiritualia eorum pectora desiderio maiore succendit, si quisque in ea charitate proficiat, qua & diligat cognita, & cognoscenda desideret, ità vt ea quoquè ipsa, quę nūc quomodocunquè cognoscit, nondùm se scire sciat, sicut scienda sunt in ea vita, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

1. Cor. 2.

XI

Per quos tandèm nos docet Spiritus in Ecclesia veritatem?

A. Per

A. Per eos planè, quos [a] Apostolus testatur à Spiritu sancto, vt Ecclesiam regant, esse constitutos: quales vocat Episcopos, Præpositos, Pastores itidèm atque Doctores. Et hi post [a] Apostolos fuére semper, ac etiam nùm sunt, primarij Dei Ecclesiæque ministri, & summi [b] dispensatores mysteriorum Dei.

Act. 20. f
1. Tim. 3. a
Hebr. 13. c
Ephe 4. c
1. Cor 12. d

[a] Aug in Psal. 44.

[b] 1. Cor. 4. a

B. Horum verò authoritas cùm in alijs, tum in sacris [c] Synodis quàm maximè cernitur, vbi de fide ac religione illi non modò definire quædam, sed suo etiam iure, ac pro authoritate Apostolica contestari possunt ac dicere: *Visum est Spiritui sancto & nobis*, sicut ex Actis constat primi Concilij [d] Hierosolymis celebrati. Certè olim nefas erat, & extremo [e] supplicio expiabatur crimen, si quis iudicio summi sacerdotis, qui Moysi regebat [f] Cathedram, non obtemperâsset. [g] Atqui haudquaquàm inferiorem nunc habet Ecclesia, quàm tūc Synagoga, in regendo, iudicando, ac decernendo authoritatem. Quod ius obediendi manebat Iudæis, etiam Christianis incumbit, vt Sacerdotum præcellenti dignitate præstantium [h] iudicia de his quæ ad religionem pertinent, recipiantur, approbentur, atque obseruentur.

[c] Cō. Apo. 38. Cōc. Nice. & reliq Sozom. l. 6 c. 7. Apud Cyrill. epi. 4. Basil. Imp. in 8. syn. act. 10. Athan. in epi. ad solit vit agētes. Ruffi lib. 1. eccles. hist. cap. 5.

[d] Act. 15. e

[e] Deut. 17. b e

[f] Matth. 23 a

[g] Cypr. lib 1. epi. 3. ad Cornel. & epi. 11. ad Pōponiū.

[h] Greg. lib. 1. epist. 24. ad Patriar. & lib. 2. indict 11 epi. 10. ad Sauin. Niceph. lib. 16. hist. cap 33.

C. Quapropter magno se illi crimine contaminant, qui Magistratibus Ecclesiasticis authori-

tatem & obedientiam adeò non deferunt, vt etiam conuellere & oppugnare palàm audeant, iam quidem sacras summorum Pontificum[a] sanctiones, penès quos de sacris definiendi[b] suprema semper potestas fuit: iam verò venerandas Conciliorum generalium constitutiones, quorum in Ecclesia, vt[c] Augustinus loquitur, saluberrima est authoritas: iam demùm certas Patrum de fide sententias, quorum in re vna communis sensus atque[d] consensus, firmum est testimonium Christianę veritatis. Illud pręclarè dictum est à pijs Imperatoribus, [e]Iniuriã facit iudicio Synodi, si quis semèl iudicata & rectè dispositа, reuoluere & publicè disputare contendit.

a 3. Cõ. Tolet. cã. 1. Dist 19. & 9 q 1 Patet. & sequen.

b Hier. ad Damas. epi. 57. & 58. Chalced. syn. act. 1. in epi. ad Leo. 6. Syn. act. 4.

c Epi. 118. c. 1. & lib. 1. cõtra Donat. ca. 18. Gre vt suprà.

d Vin. Lirin. cõtr. nouato. Aug. li. 1. & 2. cõtra Iulian.

e In act. 1. cõ. Chalc. Gelas. in ep. ad Epis. Dard. Leo ep. 43. & 50 ad Martiã. & 78. ad Leonem Augustum.

SCRIPTVRAE.

ACTORVM vigesimo capite: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

PRIORIS ad Timotheum tertio: Oportet Episcopum irrepræhensibilem esse, &c. doctorem.

AD Hebræos decimotertio: Obedite præpositis vestris.

AD Ephesios quarto: Et ipse dedit quosdam quidẽ Apostolos, etc. alios autem Pastores et Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ędificationem corporis CHRISTI.

PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Quosdam quidem posuit DEVS in Ecclesia &c. tertiò doctores &c. nunquid omnes doctores?

PRIO-

PRIORIS ad Corinthios quarto: Sic nos existimet homo, vt ministros CHRISTI, & dispensatores mysteriorum DEI.

ACTORVM decimoquinto: Et quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres: Quia nisi circuncidamini secũdùm morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergò seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersùs illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs, ad Apostolos & Presbyteros in Hierusalem, super hac quæstione. Conueneruntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus DEVS in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Euangelij & credere &c. Nunc ergò quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, &c? Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos. Et postq̃ tacuerunt, respondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me, etc. propter quod ego iudico nõ inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum: sed scribere ad eos, vt abstineant se &c. Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo et Barnaba: Iudam qui cognominabatur Barsabas, et Silam viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum: Apostoli et seniores fratres, his qui sunt Antiochiæ et Syriæ et Ciliciæ fratribus ex Gentibus, salutem, et cætera. Visum est enim Spiritui sancto et nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria: vt abstineatis vos et cæter. Et paulò pòst: Paulus electo Sila, perambulabat Syriam et Ciliciam, cõfirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum et Seniorum.

rum. ET capite sequẽti: Cùm autem ptransirent ciuitates, tradebat eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis.

DEVTERONOMII decimoseptimo: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus DEVS tuus. Veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis: qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequérisque sententiam eorum. Nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino DEO tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deincèps intumescat superbia.

MATTHAEI vigesimotertio: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere.

PATRES.

1. A. AVGVSTINVS in Psalmum quadragesimumquartum: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Genuerunt te Apostoli, ipsi missi sunt, ipsi prædicauerunt, ipsi patres. Sed nunquid nobiscum corporaliter semper esse potuerunt? Et si vnus ipsorum dixit, Cupio dissolui & esse cum CHRISTO, multo magis optimum est, manere in carne necessarium propter vos. Dixit hoc quidem, sed Philip. 1.

sed quandiù hic manere potuit? Nunquid vsque ad hoc tempus? Nunquid vsque in posterum? Ergò illorum absceſſu deserta est Ecclesia? Absit. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Quid est, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi, cõstituti sunt Episcopi. Hodiè enim Episcopi qui sunt per totum mundũ, vndè nati sunt? Ipsa ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergò te putes desertam, quia non vides Petrum, quia nõ vides Paulum, quia non vides illos per quos nata es: de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Psal. 44. Episcopi apostolorum successores in ecclesia.

1. B. CANON Apostolorum trigesimusoctauus, vel iuxta nouam translationem trigesimussextus: Bis in anno Episcoporum concilia celebrentur, vt inter se inuicèm dogmata pietatis explorent, & emergentes ecclesiasticas contentiones amoueant. In Concilijs episcoporum dogmata explorantur, & negocia ecclesiastica componuntur.

2. CONCILIVM primum Nicenum, canone quinto: Visum est per singulos annos in singulis prouincijs bis in anno Episcoporũ concilium fieri, vt simul in vnum conuenientes ex communi prouincia, huiusmodi examinent quæstiones, vt ità demùm hi, qui ob culpas suas Episcoporum suorum offensam meritò contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati similiter habeantur, quousq; in communi, vel ipsi episcopo suo visum fuerit, humaniorem circa eos ferre sententiam. Fiant autem concilia semel quidem ante dies Quadragesimæ, vt omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundum & solenne Deo munus possit offerri. Secundum verò agatur circa tempus Autumni. Concilia episcoporũ cur celebrentur. Quadragesimæ dies.

3. SOZOMENVS libro sexto historiæ Ecclesiasticæ, capite septimo: Vbi verò decesſit Cõstantinopoli Valentinianus, per Thraciam Romam versùs iter fecit, Episcopi Helleſponti & Bithyniæ, & alij omnes, qui Filium Patri consubstantialem asserendũ putabant, mittunt ad eum pro se legatum Hypacianum Heracleæ, quod est oppidum Perinthi, episcopum, oratũ vt sibi de doctrina fidei ritè constituenda in vnum conueniendi potestas permitteretur. Qui cùm veniſſet ad Valẽtinianum, & Episcoporum postulata ei expoſuiſſet, respondit ille, sibi, qui vnus è laicorum numero erat, non licere se eiusmodi negocijs interponere: & ideò Sacerdotes & episcopi, inqt, quibus hæc curæ sunt, seorsùm per se, vbicunquè ipsis lubitum fuerit, in vnum conueniant. Sacerdotũ & Episcoporũ est de negocijs fidei & Ecclesiasticis iudicare: nõ aũt principũ secularium.

4. THEODOSIVS Imperator in epistola ad Cyrillum Alexandrinum, quę est quarta inter ipsius Cyrilli epistolas: Nos sanè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Doctrinæ dijudicandæ p̃fici oportet Episcopos.

non patiemur, vt simul & vrbes, & Ecclesiæ turbentur, neque vt inexcussa nobis sit ea doctrina, cui dijudicandæ præfici oportet eos, q̃ circunquaquè sacerdotio præsident, & per quos in sententia veritatis firmiores & sumus, & posthàc erimus.

Egregia Basilij Imperatoris ad Laicos tum priuatos tũ in dignitate cõstitutos exhortatio, vt sui ordinis memores, definãt se ecclesiasticis negocijs interponere, & non pastores, sed oues esse cogitent, quantumuis sapiẽtes & pij.

5. BASILIVS Imperator actione decima in fine Synodi octauæ generalis, in otatione ad Synodum ipsam: De vobis laicis, tam qui in dignitatibus, quàm qui absolutè conuersamini, quid amplius dicam non habeo, quàm quòd nullo modo vobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque penitùs resistere integritati Ecclesiæ, & vniuersali synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent, qui Ecclesiasticas & cęlestes adepti sunt claues: nostrum qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solui egemus. Quantęcunque enim religionis & sapientiæ laicus existat, vel etiamsi vniuersa virtute interiùs polleat, donèc laicus est, ouis vocari non definet. Rursùs Episcopus quantacunque sit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donèc Antistes est, & veritatis verbum rectè prædicauerit, pastoris vocationis & dignitatis damna non patietur. Quę ergò nobis ratio est in ordine ouium constitutis? Pastores verborum subtilitatem discutiendi, & ea quæ super nos sunt, quærendi & ambiendi habẽt. Oportet nos ergò cum timore & fide syncera hos audire, & facies eorum vereri, (cùm sint ministri Domini omnipotentis, & huius formam possideant) & nihil amplius, quàm ea quæ nostri ordinis sunt, requirere. Nunc autẽ, vt videmus, adeò multos malitia in infamiã accendit, vt obliuiscentes proprij ordinis, & quòd pedes sint, minimè cogitantes, legem ponere velint oculis, (non vt natura se habet) sicut ipsi cupiunt, & singuli ad accusandum quidem maiores, semper existũt promptissimi: ad corrigendum autem ea, in quibus accusantur & criminantur, pigerrimi. Et moneo & exhortor omnes qui tales sunt, vt maledictum & alternum odium auertentes, & iudicare iudices desinentes, attendant sibi, & secundùm diuinam voluntatem conuersari contendant. Nam non quiescet supernum iudicium, sed contra diffidentes diuinus furor stillabit, & iustam vltionem opere cunctis ostendet.

Attẽdant laici, q̃ tam ꝓmpti sunt ad reprehendendũ suos ꝓlatos.

Principum p̃sentia non est in conciliorũ celebratione necessaria.

IN eadem synodo canone decimoseptimo: Illud autem tãquàm perosum ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse synodum absq; principali prẽsentia celebrari, cùm nusquàm sacri canones conuenire seculares principes in concilij, sanxerint, sed solos Antistites. Vndè nec interfuisse illos synodis, exceptis concilijs vniuersalibus, inuenimus.

6. ATHANASIVS in epistola ad solitariam vitam agentes, recitat hoc responsum Hosij Cordubensis Episcopi ad Constantium Imperatorem: Desine quæso, & memineris te mortalem esse, reformida diem iudicij, serua te in illam diem purum: nè te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potiùs ea à nobis disce. Tibi Deus Imperium commisit: nobis, quæ sunt Ecclesię, cõcredidit: & quemadmodùm qui tuum Imperium malignis oculis carpit, cõtradicit ordinationi diuinæ: ità & tu caue, nè quæ sunt Ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date (scriptum est) quę sunt Cæsaris, Cęsari: & quę Dei, Deo. Ibidèm de eodem Cõstantio loquens: Obtendit, inquit, in speciem Episcoporum iudicium: sed interìm facit quod illi volupe est. Verùm ne ità quidem latére potest, cùm in proximo sit, quod eius vafriciem patefaciat. Nam si istud est iudicium Episcoporum, quid commune cum eo habet Imperator? sin contrà, ista minis Cæsaris conflantur, quid opùs est hominibus titulo Episcopis? Quandò à condito æuo auditum est? quandò iudicium Ecclesię authoritatem suam ab Imperatore accepit? aut quandò vnquàm hoc pro iudicio agnitum est? Plurimæ antehàc synodi fuêre, multa iudicia Ecclesiæ habita. Sed neque Patres istiusmodi res Principi persuadere conati sunt, nec Princeps se in rebus Ecclesiasticis curiosum præbuit. Paulus Apostolus habebat amicos in Cæsaris familia, & p eos in literis salutabat Philippenses, non tamen eos in iudicio socios assumpsit. Et non paucis interpositis. Grauia sunt ista, & plus quàm grauia, sed tamen istiusmodi, quæ congruant in eum, qui Antichristi imaginem induerit. Quis enim videns eum in decernendo principem se facere Episcoporum, & præsidere iudicijs Ecclesiasticis, non meritò dicat illum eam ipsam abominationem desolationis esse, quę à Daniele prædicta est? Nam cùm circumamictus sit Christianismo, & in loca sancta penetret, & inibi consistens deuastet Ecclesias, abrogans canones, vi cogens vt sua obtineant, quis vnquàm audebit dicere, hoc tempus Christianis pacatum esse, & non potiùs persecutionem esse?

Ecclesiasticis negocijs nè se misceant seculares Principes.

Matt. 22.

Cùm iudicio episcoporum nil commune habet Imperator.

Philip. 4.

Antichristo eos Principes seculares cõparat Athanasius, q̃ Ecclesiasticis iudicijs præsidere contendunt. Matt. 24. Dan. 9.

7. RVFFINVS libro primo Ecclesiasticæ historię, capite quinto: Defertur ad Constantinum sacerdotalis concilij sententia. Ille tanquàm à Deo prolatam veneratur. Cui si quis tentâsset obniti, velut contra diuina statuta venientẽ, in exilium se, ptestatur acturum.

Concilij Niceni sentẽtiã Constãtinus tanq̃ à Deo prolatã veneratur.

8. CYPRIANVS libro primo, epistola tertia ad Cornelium:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdotum honor & dignitas.

Quomodò possunt censuram Domini vltoris euadere, qui talia ingerunt non solùm fratribus, sed & sacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, vt quisquis sacerdoti eius, & ad tempus hîc iudicanti non obtemperaret, statim necaretur. In Deu-

Deut.17.

teronomio loquitur Dominus Deus, dicens: Et homo quicunque fecerit in superbia, vt non exaudiat Sacerdotem aut Iudicem, qui-

1.Reg.3.

cunq; fuerit in diebus illis, morietur homo ille: & omnis populus cùm audierit, timebit: & non agent impiè etiam nunc. Item ad Samuelem, cùm à Iudæis sperneretur, Deus dicit: Non te spreuerunt,

Luc.10.

sed me spreuerunt. Et Dominus quoquè in Euangelio: Qui audit vos, inquit, me audit, & eum qui me misit: & qui reijcit vos, me re-

Matt.8.

jcit: qui me reijcit, reijcit eum qui me misit. Et quum leprosum mundâsset, Vade, inquit, & demonstra te sacerdoti. Et cùm posteà

Ioan.18.

tempore passionis alapam accepisset à seruo sacerdotis, cumq; ei dixisset: Sic respondes Pontifici? Aduersùs Pontificem Dominus cõtumelioſe nihil dixit, nec quicquam de sacerdotis honore detraxit, sed innocentiam suam magis asserens & ostẽdens, Si malè, inquit, locutus sum, exprobra de malo: si autem benè, quid me cædis? Item

Act.23.

in Actibus Apostolorũ: Postmodùm beatus Apostolus Paulus cùm ei dictum esset, Sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo? quanuis Domino iam crucifixo, sacrilegi, & impij, & cruenti illi esse cœpissent, nec iam quicquam de sacerdotali honore & authoritate retinerent: tamen ipsum quanuis inane nomen & vmbram quandam

Exod.22.

sacerdotis cogitans Paulus, Nesciebam fratres, inquit, quia pontifex est. Scriptum est enim: Principi plebis tuæ non maledices. Cùm hæc tanta ac talia & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis authoritas & potestas de diuina dignatiõe firmatur, quales putas esse eos qui sacerdotum hostes & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec pmonentis Dñi cõminatione, nec futuri iudicij vltiõe

Hæreses & schismata ex inobedientia & contemptu summi sacerdotis nascuntur.

terrẽtur? Neq; enim aliundè hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, q̃ indè, q̃ sacerdoti Dei nõ obtemperatur: nec vnus in Ecclesia ad tẽpus sacerdos, & ad tẽpus Iudex vice Christi cogitatur: cui si secũdùm magisteria diuina obtẽperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersùm sacerdotũ collegiũ quicquã moueret: ñemo post diuinũ

Sacerdotes nõ fiunt sine Dei iudicio.

iudiciũ, post populi suffragiũ, post coepiscoporũ consensum, iudicẽ se iã nõ episcopi, sed Dei faceret: nemo discidio vnitatis, Christi Ecclesiã scinderet: nemo sibi placens ac tumẽs, seorsùm foris hæresim nouã cõderet, nisi si ità est aliqs sacrilegę temeritatis ac pditæ mentis, vt putet sine Dei iudicio fieri sacerdotẽ, cũ Dñs in euangelio suo di-

dicat: Nõne duo passeres esse veneũt, & neuter eorũ cadit in terrã sine patris volũtate? Cùm ille nec minima fieri sine volũtate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut nõ scięte, aut nõ permittente DEO in Ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores eius, nõ de eius sententia ordinari? Et paulò pòst: Appáret quis impugnet, non scilicet CHRISTVS, qui sacerdotes aut constituit aut protegit, sed ille qui CHRISTI aduersarius, & Ecclesiæ eius inimicus, ad hoc Ecclesię Præpositum sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrociùs atque violentiùs circa Ecclesiæ naufragia grassetur.

Matth.10.

Impugnatores sacerdotũ quales sint, & quò tendant.

9. IDEM libro primo, epistola vndecima ad Pomponium: Nec putent sibi vitæ aut salutis constare rationem, si Episcopis & Sacerdotibus obtemperare noluerint, cùm in Deuteronomio Dominus Deus dicat: Et homo quicunque fecerit in superbia, vt non exaudiat Sacerdotem, aut iudicem quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cùm audierit, timebit, & nõ agẽt impiè etiàm nunc. Interfici Deus iusſit sacerdotibus suis non obtẽperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes: & tunc quidem gladio occidebantur, quãdò adhuc & circumcisio carnalis manebat: nunc autem quia circumcisio spiritalis esse ad fideles seruos DEI cœpit, spiritali gladio superbi & contumaces necantur, dum de Ecclesia ejiciuntur. Neque enim viuere foris possunt, cùm domus DEI vna sit, & nemini salus esse nisi in Ecclesia possit.

Episcopis nõ obedientes extra viã salutis versantur. Deut.17.

Excommunicatio.

Extra Ecclesiam non est salus.

10. GREGORIVS Magnus libro primo epistolarum, epistola vigesimaquarta ad Patriarchas Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenũ, & Hierosolymitanum: Sicut sancti euãgelij quatuor libros, sic quatuor Concilia susçipere & venerari me fateor: Nicenum scilicet, in quo peruersum Arrij dogma destruitur. Constantinopolitanum quoquè, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur. Ephesinum etiam primum, in quo Nestorij impietas iudicatur. Chalcedonense verò, in quo Eutychetis Dioscorijq; prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio, quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit. Et cuiuslibet vitæ atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum quoquè Concilium pariter veneror, in quo epistola quæ Ibæ dicitur, erroris plena, reprobatur: in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantijs separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur,

Cõcilia 4. generalia vt 4. euangelia S. Gregorius veneratur.

Similiter quantum, idq; vltimũ ante sua tẽpora celebratum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur, & in quo scripta quoquè Theodoreti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata, refutantur. Cunctas verò quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu cõstituta, se & nõ illa destruit, quisquis præsumit aut soluere quos religant, aut ligare quos soluunt. Quisquis ergò aliud sapit, anathema sit.

Cõcilia vniuersalia quos damnant, damnandi sunt.

11. IDEM libro secundo, Indictione vndecima, epistola decima ad Sauinum subdiaconum: Sic quatuor Synodos sanctę vniuersalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros sancti Euangelij recipimus.

Rursùs vt 4. euangelia.

12. NICEPHORVS Callistus historiæ Ecclesiasticæ libro decimosexto, capite trigesimotertio: Et tum quidẽ Sabbam & Theodosium illi aduersarij Chalcedonensis Synodi vi adorti sunt, si eos in partibus suis haberent, omnia se confecturos rati. Atque vbi animos eorum tentârunt, præclarus ille virtute Theodosius suggestum conscendit, ac velutì dux quidam & Imperator pro concione monastica phalange aduocata, postquàm multitudini silentium manu designauit, voce maiore sublata, hoc sic tonitrus in more:n detonuit: Si quis quatuor Synodos quatuor Euãgelijs nõ exæquat, anathema. His verbis dictis, perindè atquè angelus quidam, multitudine in stuporem coniecta, cum silentio omnibus inspectantibus, per mediam turbam processit, & homines omnes cum animi consternatione viri eius tanquàm egregij in bello ducis consilium factum que, quo sanctas quę dictæ sunt synodos sacris libris accensendas esse, velutì lege lata statuit, admirati sunt. Et literas ad Imperatorem dantes, certamen se de eis ad sanguinem vsque subituros, neque etiamsi quid accidat, se vllo modo à Patrum traditionibus discessuros esse, indicârunt atque confirmârunt.

Vt 4. euangelia.

Pro Cõcilioru decretis ad sanguinẽ decertare parati.

1. C. TERTIVM Cõcilium Toletanum canone primo: Permaneant in suo vigore Conciliorum omnium constituta, simul & synodicæ sanctorum præsulum Romanorum epistolæ.

Rõ. Pontificũ decretales epistolæ in vigore permaneant.

2. DISTINCTIONE decimanona apud Gratianum, inter reliquos citatur NICOLAVS Papa in epistola ad Archiepiscopos & Episcopos per Galliam constitutos: Si, inquit, Romanorum pontificum decreto, cæterorũ opuscula Tractatorum approbantur vel reprobantur, ità vt quod verè Sedes Apostolica probauit, hodiè teneatur acceptum, & quod illa repulit, hactenùs inefficax habeatur: quanto potiùs ea quæ ipsa pro Catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro varijs & multifarijs Ecclesiæ necessitatibus, & fidelium mo-

Scripta & cõstitutiones Apostolicæ Sedis in honore habẽda.

moribus diuerso tempore scripsit, omni honore debent præferri, & ab omnibus prorsùs in quibuslibet necessitatibus vel opportunitatibus discretione vel dispensatione magistra reuerenter assumi.

In epist. 1. ad Episcopos p Cãpaniã, Tusciã & vniuersas prouincias constitutos, cap. 5.

In qua Epistola adducit etiam testimonium beati Leonis Magni & Gelasij. LEO itaq; Magnus sic ait: Nequid verò sit, q̃d ꝑtermissum à nobis fortè credatur, omnia decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium decessorum nostrorum, quę de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ità vestram dilectionem custodire debere mandamus, vt si quis illa contempserit, veniam sibi deincèps nouerit denegari. GELASIVS verò in decreto cùm septuaginta Episcopis habito, de apocryphis scripturis hunc modum habet: Item decretales epistolas, quas beatissimi Papę diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum patrum consolatiõe dederunt, venerabiliter recipiendas decernimus.

Canões & decreta Põtifie.

Decretales epistolæ Pontificum Rom. approbãtur.

3. CAVSA nona, quæstione tertia apud eundem Gratianum adducitur Nicolai Pontificis primi testimonium in hæc verba: Patet profectò, Sedis Apostolicæ, cuius authoritate maior non est, iudicium à nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius licet iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt. Ab illa autem nemo sit appellare permissus. Iuxta quod & Bonifacius atque Gelasius sanctissimi præsules, nõ suis adinuentionibus, sed Ecclesiæ Romanæ consuetudinem non ignorantes, dicunt: Bonifacius quidem Rufo & cæteris episcopis per Thessaliam & alias prouincias constitutis scribens: Nemo, ait, vnquàm Apostolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obuias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari. Gelasius autem in commonitorio, Fausto magistro fungenti legatione Constantinopolim dato: Nobis, inquit, opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quòd primæ Sedi sana, rectaq; suadenti parére fugiunt: Ipsi sunt canones qui appellationes totius Ecclesiæ, ad huius Sedis examen voluêre deferri. Ab ipsa verò nusquàm prorsùs appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium. Nec de eius vnquàm præceperunt iudicio iudicare, sententiamq; illius constituerunt non oportere dissolui, cuius potiùs sequenda decreta mandârunt. In eadem epistola sic ait idem NICOLAVS Pontifex: Animaduertendum est, quia non Nicena, non deniquè vlla sy-

In epistola ad Michaelẽ Imperatorẽ Cõstãtinopolitanũ.

Sedis Apostolicæ authoritas.

Appellatio ad sedẽ Rom.

Ex eadẽ epi. Nicolai quædã alia à Gratiano non citata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Priuilegia Romanæ Ecclesiæ vndè profecta.

synodus quicquam Romanæ contulit Ecclesiæ priuilegij : quæ in Petro nouerat eam totius iura potestatis pleniter meruisse, & cunctarum Christi ouium regimen accepisse, sicut beatus præsul Bonifacius attestatur, vniuersis Episcopis per Thessaliam cõstitutis scribens: Institutio vniuersalis nascentis Ecclesiæ de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen eius & summa consistit. Ex eius enim Ecclesiastica disciplina per omnes Ecclesias, religionis iam crescente cultura, fons emanauit. Nicenæ synodi non aliud præcepta testantur, adeò, vt non aliquid super eam ausâ sit constituere, cùm videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia deniquè huic nouerat Domini sermone cõcessa: Si omnia, ergò nihil defuit quod illi non cesserit. Et paulò antè idem NICOLAVS ait: Ecclesiæ Romanæ priuilegia, Christi ore in beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitùs obseruata, & à sanctis vniuersalibus Synodis celebrata, atque à cuncta Ecclesia iugiter venerata, nullatenùs possunt minui, nullatenùs infringi, nullatenùs cõmutari. Quoniam fundamentum quod Deus posuit, humanus non valet amouere conatus: & quod DEVS statuit, firmum validumq; consistit. Ille què potissimùm peccat, qui Dei ordinationi resistere tẽtat. Priuilegia, inquam, istius sedis vel Ecclesiæ perpetua sunt, diuinitùs radicata atque plantata sunt: impingi possunt, transferri non possunt: trahi possunt, euelli non possunt. Anterus etiàm Pontifex & martyr, in eadem quæstione tertia à Gratiano adducitur, qui in hunc modum ait: Facta subditorum iudicantur à nobis, nostra verò iudicat DEVS. Citatur rursùs in eadem quæstione Gelasius Pontifex, ità scribens: Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententijs ligata Pontificum, sedes beati Petri Apostoli ius habet resoluendi, vtpotè quæ de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neq; cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Et paulò pòst: Sed nec illa præterimus, quòd Apostolica sedes frequenter, vt dictum est, more Maiorum, etiam sine vlla Synodo præcedente, & soluendi, quos Synodus iniquè damnauerat, & damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habuerit potestatem. Sanctæ memoriæ quippe Athanasium Synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes Apostolica, quia damnatiõi Græcorum non cõsensit, absoluit. Sanctæ memorię nihilominùs Ioannem Constãtinopolitanum synodus etiam Catholicorum præsulum certè damnauerat, quem simili modo Sedes Apostolica etiàm sola, quia non consensit, absoluit. Item q̃ sanctum Flauianum, pontificum Græcorum congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola Sedes Apostolica non cõsensit, absoluit, potius que qui illic receptus fuerat, Dioscorum secundæ sedis præsulem sua authoritate damnauit, & impiam synodum non consentiendo sola submouit, & authoritate, vt synodus Chalcedonensis fieret, sola decreuit. In qua ergò, vt sola ius habuit absoluendi eos, quos synodica decreta perculerant: sic etiàm sine synodo in hac eadem causâ plurimos etiàm Metropolitanos damnãsse cognoscitur.

Bonifacij primi testimonium adducit.

Perpetua Rõ. Ecclesiæ priuilegia.

Rursùs ex Gratiano.

In epi. ad Episcopos Bæticæ & Toletanæ quinciæ.

In epist. ad Episcopos Dardaniæ.

Sedis Apostolicæ authoritas circa Episcoporũ negocia exẽplis ostenditur

Athanasij,

Chrysostomi,

Flauiani.

4. HIERONYMVS epistola quinquagesimaseptima ad Damasum: Obtestor beatitudinem tuam per crucifixum, mundi salutem, per homousion Trinitatem, vt mihi epistolis tuis siue tacendarum, siue dicendarum hypostaseõn detur authoritas. Simul etiàm, cui apud Antiochiam debeam communicare, significes: quia Campenses cũ Tarsensibus hæreticis copulati, nihil aliud ambiũt, quàm vt authoritate communionis vestræ fulti, tres hypostases cum antiquo sensu prædicent. Reliqua vt suprà, quæst nona, D.

Ad Rom Pontificis iudiciũ & sententiam confugit Hieronymus in re dubia.

5. ET quinquagesimaoctaua ad Damasum, vt suprà, ibidẽm.

6. CHALCEDONENSIS synodus actione tertia in relatione ad Leonem pontificem de omnibus gestis: Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora iudicium, & sicut nos capiti in bonis adiecimus consonantiam, sic & summitas tua filijs (quod decet) adimpleat.

Confirmatio decretorum Cõcilij Chalced petitur à Rom. Pontifice.

7. IN actiõe quarta sextæ synodi generalis recitatur epistola Agathonis Pontificis ad Constantium, Heraclium, & Tiberium Augustos, in qua inter cætera sic habetur: Beatus Petrus spiritales oues ecclesiæ ab ipso redemptore omnium terna commendatione pascendas suscepit: cuius adnitente præsidio, hæc Apostolica eius Ecclesia nunquàm à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est: cuius authoritatem, vtpotè Apostolorum omnium principis, semper oĩs Catholica CHRISTI ecclesia, & vniuersales synodi fideliter amplectentes, in cunctis secutę sunt, omnes que venerabiles Patres Apostolicam eius doctrinam amplexi, per quam & probatissima Ecclesiæ CHRISTI luminaria claruerunt, & sancti quidem Doctores orthodoxi venerati atque secuti sunt: hæretici autem falsis criminationibus ac derogationum odijs insecuti. Et paulò pòst: Hęc est veræ fidei regula, quam & in prosperis, & in aduersis viuaciter tenuit ac defendit hęc spiritalis mater vestri tranquillissimi

Ioan. vlt.

Rom. ecclesia nunquàm erranit in fide.

Synodi generales & S. patres doctrinã Apostolicæ Sedis secuti sunt: hæretici verò eam oppugnare sunt soliti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunq̃ errauit Rom. Ecclesia in fide.

simi Imperij Apostolica CHRISTI ecclesia, quæ per DEI omnipotentis gratiam à tramite Apostolicę traditionis nunquàm errâsse probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit: sed vt ab exordio fidei Christianæ percepit ab authoribus suis Apostolorum CHRISTI principibus, illibata sinetenus permanet, secundùm ipsius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, quam suorum discipulorum principi in sacris Euangelijs fatus est: Petre, Petre, inquiens, eccè satan expetiuit vt cribraret vos, sicut qui cribrat triticũ: Ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuas. Confideret itaque vestra tranquilla clementia, quoniam Dominus & Saluator omnium, cuius fides est, qui fidem Petri non defecturam promisit, confirmare eum fratres suos admonuit: quod Apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum: quorũ & pusillitas mea, licèt impar & minima, pro suscepto tamen diuina dignatione mimsterio pedissequa cupit existere.

Eadem habet Lucius Pontifex & martyr in epistola ad episcopos Galliæ & Hispaniæ, & post eum Marcus papa in rescripto ad Athanasium & Episcopos Aegypti.

Ex pollicitatione diuina.

Luc. 22.

Hæc epistola siue sugestio synodica, vnà cum præcedenti approbata est ab ipsa Synodo, actione 8. & 17.

IN eadem actione recitatur epistola Agathonis & Romanæ synodi centum vigintiquinque Episcoporum, ad eosdem Imperatores: Credimus, quia quod paucis raroq̃ concessum est, à DEO coronato vestro imperio diuinitùs concedetur, & per ipsum Catholicæ atque Apostolicæ veræ nostræ fidei splendidissimum in omnium mentibus emicet lumen, quod ex veri luminis fonte, tanquàm de radio viuifici fulgoris, per ministros beatos Petrum & Paulum apostolorum principes, eorumq̃ discipulos & Apostolicos successores, gradatim vsq̃ ad nostram paruitatem, Dei opitulatione seruatum est, nulla hæretici erroris tetra caligine tenebratum, nec falsitatis nebulis cõfœdatum, nec intermixtis hęreticis prauitatibus velut caliginosis nebulis perumbratum, immune atque syncerum, & suis radijs perlustratum, pijssimis conatibus conseruare cupit vestrum à Deo coronatum fastigium. In hoc enim tam Apostolicę Sedis, quamq̃ nostri exigui famulatus prędecessores vsque hactenùs non sine periculis desudârunt: nunc decretali commonitione cum Apostolicis Pontificibus consulentes, nunc synodali definitione, quę veritatis regula continebat, omnibus innotescentes: & terminos quos transgredi nefas est, vsque ad animę ipsius exitum constanter defendendes, non seducti blanditijs, non periculis territi, vt illam in Euangelijs Domini nostri sententiam operibus demõstrarent, qua sententialiter præcepit, dicens: Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. & subsequẽti pœna deterret, quia seueriter comminatur: Qui me negauerit &c. Execratur enim vera confessio pietatis, iuxta diuersitates temporum variari, sicut nec ipse veritatem variari admittit, de quo est ipsa vera confessio, qui dicit: Ego sum, & non sum mutatus.

Summorum pontificum conatus in conseruanda tuendaque vera fide.

Prouer. 22.

Matth. 10.

Vera fides non mutatur secundùm tempora.

Mal. 3.

8. AVGVSTINVS epistola centesima decimaoctaua ad Ianuarium, capite primo: Illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Cõcilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas, commendata atq̃ statuta retineri.

Conciliorum generalium salutarissima authoritas.

9. IDEM Augustinus libro primo contra Donatistas, capite decimooctauo: Illis temporibus antequàm plenarij cõcilij sententia quid in hac re sentiendum esset, totius Ecclesiæ consensio confirmâsset, visum est Cypriano, &c.

Beatus Gregorius libro primo, epistola vigesimaquarta &c. vt suprà in hac eadem quæstione B. authoritat. 10.

Concilium plenarium totius Ecclesiæ consensi ab Augustino appellatur.

10. VINCENTIVS Lirinensis in libello suo aureo aduersùs prophanas omnium hæreseõn nouationes: Sæpè magno studio & summa attentione perquirens à quamplurimis sanctitate & doctrina præstantibus viris, quonam modo possim certa quadam & quasi generali ac regulari via, Catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ prauitatis falsitate discerneri, eiusmodi semper responsum ab omnibus ferè retuli: Quòd siue ego, siue quis alius vellet exurgentium hęreticorum fraudes deprehendere, laqueósque vitare, & in fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire fidẽ suam, Domino adiuuante, deberet. Primò scilicet, diuinæ legis authoritate: tum deindè Ecclesiæ Catholicæ traditione. Hic forsitan requirat aliquis: Cùm sit perfectus Scripturarum canon, sibique ad omnia satis superq̃ sufficiat, quid opùs est, vt ei Ecclesiastica intelligentiæ iungatur authoritas? Quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa suî altitudine non vno eodemq̃ sensu vniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter, alius atq̃ alius interpretatur: vt penè quot homines sunt, tot illinc sententię erui posse videantur. Aliter nanque ille Nouatia-

Nũdum quod vbique, quod semper & ab omnibus creditum est.

Optima ratio ab hæresibus sibi cauendi.

Cur solis scripturæ testimonijs omnia transigi nequeant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scripturarum alia atq; alia apud hæreticos, eaque sæpè contraria expositio.

Nouatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinaris, Priscillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Cœlestius, aliter postremò Nestorius. Atque idcircò multùm necessè est propter tantos tam varij erroris anfractus, vt propheticę & Apostolicæ interpretationis linea secundùm Ecclesiasticì & Catholici sensus normã dirigatur. In ipsâ Catholica ecclesia magnoperè curandum est, vt id teneamus, quod vbiquè, quod semper, quod ab omnibus creditum est: hoc est etenim verè, proprieq; Catholicum, quod ipsa vis nominis ratioq; declarat, quæ omnia verè vniuersaliter comprehendit. Sed hoc ità demùm fit, si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem.

Vniuersitas.

Sequemur autem vniuersitatem hoc modo: si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur ecclesia.

Antiquitas.

Antiquitatẽ verò ità, si ab his sensibus nullatenùs recedamus, quos sanctos Maiores ac patres nostros celebrâsse manifestum est:

Consensio.

Consensionem quoquè itidèm, si in ipsâ vetustate, omnium, vel certè penè omnium, sacerdotum pariter & magistrorum definitiones, sententiasq; sectemur. Quid igitur faciet Christianus Catholicus, si

Catholicorũ officium dum nouæ hæreses emergunt.

è aliqua ecclesię particulâ ab vniuersalis fidei communione præciderit? Quid itaque, nisi vt pestifero, corruptoq; membro sanitatem vniuersi corporis anteponat? Quid si nouella aliqua cõtagio nõ iam portunculam tantùm, sed totam pariter ecclesiam cõmaculare cõnetur. Tunc item prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quæ prorsus iam non poterit ab vlla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa vetustate duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius, aut etiam prouinciæ alicuius error deprehendatur?

Concilium vniuersale.

Tũc omninò curabit, vt paucorum temeritati vel insitię, si qua sunt vniuersaliter antiquis vniuersalis Concilij decreta, pponat. Quid si tale aliquid emergat, vbi nihil eiusmodi reperiatur?

Aliàs Ecclesię.

Tunc operam dabit, vt collatas inter se Maiorum consulat interrogetiq; sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licèt tẽporibus & locis, in vnius tñ Ecclesiæ Catholicæ

Patrum consensus.

cõmunione & fide pmanentes, magistri pbabiles extiterũt: & quicquid nõ vnus aut duo tantùm, sed oẽs pariter, vbiq; eodẽq; cõsensu aperte, frequẽter, pseuerãter tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id

Verus & germanus catholicus quis est.

sibi quoq; intelligat absq; vlla dubitatione credendũ. Ibid. post multa: Quę cũ ità sint, ille est verus & germanus Catholicus, q veritatẽ Dei, q ecclesiã, q Christi corpus diligit, q diuinę religiõi, q Catholicæ fidei nihil pponit, nõ hostis cuiuspiã authoritatẽ, nõ amorẽ, nõ ingenium, non eloquentiam, non philosophiam: sed hęc cuncta despiciens, & in fide fixus, stabilis pmanens, quicquid vniuersaliter antiq-

tùs Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit, id solum sibi tenendum, credendum que decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno, præter omnes, vel contra omnes sanctos, nouum & inauditum subinduci senserit, id non ad religionem, sed ad tentationem potiùs intelligat pertinere. Et post quædam: Profanas, inquit Paulus, vocum nouitates deuita. Quid est profanas? Quæ nihil habent sacri, nihil religiosi, ab Ecclesię penetralibus, quę est templum Dei, penitùs extraneas. Profanas, inquit, vocum nouitates. Vocum, id est, dogmatum, rerum, sententiarum nouitates, quæ sint vetustati, quæ antiquitati contrariæ. Quæ si recipiantur, necessè est vt fides beatorum patrum aut tota, aut certè magna ex parte violetur. Necessè est vt omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes casti, continentes, virgines, omnes clerici, leuitę & sacerdotes, tanta Confessorum millia, tãti martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot insulæ, prouinciæ, reges, gentes, regna, nationes, totus postremò iam penè terrarum orbis per catholicam fidem CHRISTO capiti incorporatus, tanto seculorum tractu ignorâsse, errâsse, blaphemâsse, nescisse quid crederet, pronuncietur. Profanas, inquit, vocum nouitates deuita, quas recipere atque sectari nunquàm catholicorum, semper verò hæreticorum fuit. Et reuerà, quæ vnquàm hæresis, nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit? Quis vnquàm hæreses instituit, nisi qui se priùs ab Ecclesiæ Catholicæ vniuersitatis & antiquitatis consensione discreuerit? Et post pauca: Hoc apud omnes ferè hæreses quasi solenne est ac legitimum, vt semper profanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientiæ à fide naufragent. Contrà verò Catholicorum hoc ferè proprium, deposita sanctorum patrum & commissa seruare, damnare profanas nouitates, & sicut dixit atque iterùm prædixit Apostolus: Si quis annunciauerit præterquàm quod acceptum est, anathemare. Et aliquibus interpositis: Sed dicit aliquis: Si diuinis eloquijs, sententijs, promissionibus, & diabolus & discipuli eius vtuntur, quorum alij sunt Pseudoapostoli, alij Pseudoprophetæ, & Pseudomagistri & omnes ex toto hæretici: quid facient Catholici homines, & matris Ecclesiæ filij? quonam modo in scripturis sanctis veritatem à falsitate discernent? Hoc scilicet facere magnoperè curabunt, quod in principio Commonitorij istius sanctos & doctos viros tradidisse nobis scripsimus, vt diuinum canonem secundùm vniuersalis Ecclesiæ Traditiones, & iuxta catholici dogmatis

1. Timoth. 6.

Profanæ nouitates nouaq; in fide dogmata si fuscipiatur, quæ & quãta incommoda sequẽtur.

Hæreticorũ ppriũ, nouitates pfanas sectari.

Catholicorũ ppriũ est, damnare nouitates & depositũ seruare. Matth. 4.

Scripturæ quẽadmodũ interpretãdæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gmatis regulas interpretentur, in qua item Catholicę Apostolicæq; Ecclesiæ sequãtur necesse est vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Et si quandò pars contra vniuersitatem, nouitas contra vetustatem, vnius vel paucorum errantium dissensio contra omnium vel certè multo plurium catholicorum consensionem rebellauerit, præferant partis corruptioni vniuersitatis integritatem: in qua eadem vniuersitate nouitatis profanitati, antiquitatis religionem: itemq; in ipsa vetustate vnius siue pauciſsimorum temeritati primùm omniũ generalia si qua sunt vniuersalis Cõcilij decreta ponant, tunc deindè si id minus est, sequantur quod proximum est, multorum atque magnorum consentientes sibi sententias magistrorum: quibus, adiuuante Domino, fideliter, sobriè, solicitè obseruatis, non magna difficultate noxios quosque exurgentium hæreticorum deprehẽdemus errores. Hic iam consequens esse video, vt exemplis demonstrem, quonam modo profanæ hæreticorum nouitates, prolatis atque collatis veterum magistrorum concordantibus sibimet sententijs, & deprehendantur & condemnentur: quæ tamen antiqua sanctorum patrum consensio, non in omnibus diuinæ legis quæstiunculis, sed solùm certè præcipuè in fidei regula, magno nobis studio & inuestiganda est & sequenda. Sed neque semper, neque omnes hæreses hoc modo impugnandæ sunt, sed nouitiæ recentesq; tantummodò, cùm primùm scilicet exoriuntur, antequàm infalsãrint vetustæ fidei regulas, ipsius temporis vetẽtur angustijs, ac priusquàm manante latiùs veneno, maiorum volumina vitiare conentur. Cęterùm dilatatæ & inueteratæ hæreses nequaquàm hac via aggrediendæ sunt, eò quòd prolixo temporum tractu longa ijs furandę veritatis patuerit occasio. Atq; ideò quascunque illas antiquiores vel schismatum, vel hæresẽm profanitates, nullo modo nos oportet, nisi aut sola, si opus est, scripturarum authoritate conuincere, aut certè antiquitatis vniuersalibus sacerdotum catholicorum concilijs conuictas damnatasq; vitare. Itaque cùm primùm mali cuiusque erroris putredo erumpere cœperit, & ad defensionem sui quædam sacra legis verba furari, eáque fallaciter & fraudulenter exponere: statim interpretando canoni Maiorum sententiæ congregandæ sunt, quibus illud quodcunque exurget nouitium, ideoq; profanum, & absque vlla ambage prodatur, & fine vlla retractatione damnetur. Sed eorum duntaxàt Patrum sententiæ conferendæ sunt, qui in fide & communione catholica sanctè, sapienter, constanter viuentes, docentes, & permanentes, vel mori

Cõcilij vniuersalis decreta ac deinde Patrũ consentientes sententiæ sequẽdæ.

Nouarũ hæresum confutatio ex sentẽtijs antiquorum Patrum.

Antiquarum hæresum quo modò instituenda cõfutatio.

Consensus Patrum.

mori in CHRISTO fideliter, vel occídi pro CHRISTO feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, vt quicquid vel omnes, vel plures vno eodemq; sensu, manifestè, frequenter, perseueranter velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo ratoq; habeatur: Quicquid verò, quanuis ille sanctus & doctus, quanuis Episcopus, quanuis Confessor & martyr, præter omnes, aut etiàm contra omnes senserit, id inter proprias & occultas & priuatas opiniunculas à cõmunis & publicæ ac generalis sententiæ authoritate secretum sit, nec cum summo æternæ salutis periculo, iuxta sacrilegam hæreticorum & schismaticorum consuetudinem, vniuersalis dogmatis antiqua veritate dimissa, vnius hominis nouitium sectemur errorem. Quorum beatorum Patrum sanctum catholicumq; consensum nè quis sibi temerè contemnendum fortè arbitretur, ait in prima ad Corinthios Apostolus: Et quosdam quidẽ posuit DEVS in ecclesia, primùm Apostolos, quorum ipse vnus erat: secundò prophetas, qualem in Actibus Apostolorum legimus Agabum: tertiò Doctores, qui Tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apostolus etiàm Prophetas interdùm nuncupat, eò quòd per eos prophetarum mysteria populis aperiãtur. Hos ergò in Ecclesia Dei diuinitùs per tempora & loca dispensatos, quisquis in sensu catholici dogmatis vnum aliquid in CHRISTO sentientes contempserit, non hominem contemnit, sed DEVM: à quorum veridica vnitate nè quis discreper, impensiùs obtestatur idem Apostolus, dicens: Obsecro autem vos fratres, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Quòd si quis ab eorum sententiæ communione desciuerit, audiat illud eiusdem Apostoli: Non est Deus dissensionis, sed pacis.

1.Cor.12.

Actor.21.

Contemnens patrũ in fide consensum, Deum contemnit.

1.Cor.1.

1.Cor.14.

IBIDEM: Diximus in superioribus hanc fuisse semper & esse hodieq; catholicorum consuetudinem, vt fidem veram duobus his modis approbent: Primùm diuini canonis authoritate, deindè Ecclesiæ Catholicæ traditione: non quia canon solus non sibi ad vniuersa sufficiat, sed quia verba diuina pro suo plerique arbitratu interpretantes, varias opiniones erroresq; concipiant. Atque ideò necesse sit, vt ad vnam Ecclesiastici sensus regulam scripturæ cælestis intelligentia dirigatur, in his duntaxàt præcipuè quæstionibus, quibus totius catholici dogmatis fundamenta nituntur. Item diximus in ipsa rursùs Ecclesia vniuersitatis pariter & antiquitatis consensionem

Summaria repetitio eorũ quæ dicta sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem spectari oportere, nè aut ab vnitatis integritate in partem schismatis abrumpamur, aut è vetustatis religione in hæresẽ nouitates præcipitemur. Item diximus, in ipsa Ecclesiæ vetustate duo quædam vehementer studioseque obseruanda, quibus penitùs inhærere deberent, quicunque hæretici esse nolint. Primùm, si quid esset antiquitùs ab omnibus Ecclesiæ catholicæ sacerdotibus vniuersalis cõcilij authoritate decretum. Deindè, si qua noua exurgeret quæstio, vbi id minimè reperiretur, recurrendum ad sanctorũ patrum sententias eorum duntaxàt, qui suis quique temporibus & locis in vnitate communionis & fidei permanentes, magistri probabiles extitissent. Et quicquid vno sensu atque consensu tenuisse inuenirentur, id Ecclesiæ verum & catholicum absque vllo scrupulo iudicaretur. ET in fine: Necesse est profectò omnibus deinceps catholicis, qui sese Ecclesiæ matris legitimos filios probare studẽt, vt sanctę sanctorum patrum fidei inhæreant, adglutinentur, immoriantur: profanas verò profanorum nouitates detestentur, horrescant, insectentur, persequantur.

Fidei sanctorum Patrũ inhærendum.

11. AVGVSTINVS libro primo cõtra Iulianum Pelagianum, capite secundo, adducturus testimonia sanctorum Patrum de originali peccato, sic ait: Sed tu qui tam crebrò nobis Manichæorum nomen opponis, quos & quales viros & quantos fidei catholicę defensores, tam execrabili criminatione appetere audeas, si euigilas, intuere. Non quidem omnium de hac re sententias, nec omnes eorum quos commemorabo, me congregaturum esse polliceor, quia nimis longum est, & necesse esse non arbitror, sed ponam pauca paucorum, quibus tamen nostri cõtradictores cogantur erubescere & cedere, si vllus in eis vel Dei timor, vel hominum pudor tantum malum peruicaciæ superauerit. ET posteà in eodem capite: Absit vt Cõstantinopolitanus Ioannes de baptismate paruulorum, eorumq; à paterni chirographi liberatione per CHRISTVM tot ac tantis coepiscopis suis, maximeq; Romano Innocentio, Carthaginensi Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Naziãzeno, Gallo Hilario, Mediolanensi resistat Ambrosio. Alia sunt in quibus inter se aliquandò etiàm doctissimi atque optimi regulæ catholicæ defensores, salua fidei compage, non consonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. Hoc autẽ vndè nunc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamenta.

Augustinus oppugnat Pelagianos sanctorũ Patrum sententijs.

Sancti Patres in qbus rebus aliquãdò dissentiant.

12. IDEM aduersùs eundem libro secundo in epilogo ipsius libri: Hoc, inquit, probauimus catholicorũ authoritate sanctorum, qui

qui & hoc asserũt, quod de originali peccato dicimus, & illa quinque esse vera omnia confitentur. Ac per hoc non est consequens, vt hoc falsum sit, quia vera sunt illa. Tales quippe ac tanti viri secundùm catholicam fidem, quæ vbiquè toto orbe diffunditur, & hoc, & illa vera esse confirmant, vt vera fragilis, & quasi argutula nouitas sola authoritate conteratur illorum, præterquàm quòd ea dicunt, vt se per eos loqui veritas ipsa testetur. Et post nonnulla: At ego vbicunquè sis, vbicunquè legere ista poteris, te ante istos in tuo corde constitui, quos non amicos meos, & inimicos tuos, aliqua in meam partem gratia propendentes aliquo abs te merito tuæ offensionis auersos, & ob hoc tibi aduersos, in hac nostra disceptatione constitui cognitores. Nec eos qui nunquàm fuerunt, aut non sunt, aut quorum sententiæ de hoc quod inter nos disputatur, incertæ sunt, inani cogitatione confixi, sed sanctos, & in sancta Ecclesia illustres Antistites Dei, non Platonicis & Aristotelicis & Zenonicis, alijsque huiusmodi, vel Græcis vel Latinis, quanquàm & istis aliquos eorum, verùm omnes sacris literis eruditos, nominatim sicut oportebat expressi, eorumq; sententias, quantùm sufficere videbatur, sine vlla editas ambiguitate digessi, vt in eis timeas non ipsos, sed illum qui sibi eos vtilia vasa formauit, & sancta templa construxit, qui tunc de ista causa iudicauerunt, quandò in eos nemo potest dicere, perperàm cuiquam vel aduersari, vel fauere potuisse. Nondùm enim extiteratis, contra quos susciperemus de hac quæstione conflictum. Nondùm enim eratis, qui diceretis, quod in libris tuis ponis, quia de vobis multitudini mentiti fuerimus, & quòd Cęlestianorum vel Pelagianorum nomine homines terreamus, & quod terrore ab omnibus extorqueamus assensum. Certè ipse dixisti, q; omnes Iudices ab odio, amicitia, inimicitia, ira vacuos esse deceat, pauci tales potuerunt inueniri. Sed Ambrosiũ aliosq; collegas eius, quos cum illo commemoraui, tales fuisse credẽdum est. Verùm etsi tales nõ fuerunt in his causis quas ad se delatas, & inter partes cognitas, cùm hic viuerẽt, suo iudicio definiẽrunt, ad hãc tamen causam tales erant, quandò de illa sententias ,ptulerunt, nullas nobiscum vel vobiscum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt. Neq; nobis neq; vobis irati sunt, neq; nos, neq; vos miserati sunt. Quod inuenerũt in Ecclesia, tenuerũt: quod didicerunt, docuerunt: quod à patribns acceperunt, hoc filijs tradiderũt. Nondùm vobiscũ apud istos Iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est causa nostra. Nec nos, nec vos eis noti fueramus, & eorũ pro nobis

Argutula nouitas hæreticorũ Sanctorũ Patrũ authoritate cõteritur.

Antiq Patres sunt integri & incorrupti iudices in dirimẽdis cõtrouersijs posteà exortis.

Patres docuerũt quod in Ecclesia inuenerunt, & à Maioribus acceperunt.

bis latas contra vos sentẽtias recitamus: nondùm vobiscũ certabamus, & eis ,pnunciantibus vicimus. Et paulò pòst: Et addis ad aliqd inueniẽdum, multitudinẽ nihil ,pdesse cęcorum: etiã istos cęcos dicere audebis? Et vsq; adeò permiscuit imis summa lõgus dies, vsq; adeò tenebræ lux, & lux tenebrę esse dicuntur, vt videant Pelagius, Cęlestius, Iulianus: & cæci sint Hilarius, Gregorius, Ambrosius? Sed qualiscunq; homo sis, tamen quia homo es, videre mihi videor verecũdiam tuã, si tamen nõ in te spes est omnis emortua sanitatis, & quodammodò audio vocẽ tuam: respondes, Absit vt audeã cæcos, istos viros vel cogitare vel dicere. Et sub finẽ: Talibus post Apostolos sanctæ Ecclesiæ plãtatoribus, rigatoribus, ędificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Ideò ,pfanas voces vestrę nouitatis expauit, &c. His igitur eloquijs & tãta authoritate sanctorũ, profectò aut sanaberis Dei misericordia donante: quod quantũ tibi optem, videt q faciat: aut si, quod abominor, in eadẽ quę tibi videtur sapientia, & est magna stultitia, pduraueris, nõ tu iudices quęsiturus es, vbi causam tuam purges, sed vbi tot sanctos doctores egregios atq; memorabiles catholicę veritatis accuses, Irenęum, Cyprianũ, Reticium, Olympium, Hilariũ, Gregorium, Ambrosium, Basilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, cęterosq; socios ac participes eorum, insupèr & vniuersam Christi Ecclesiã, cui diuinę familię Dñica cibaria fideliter ministrãtes, ingẽti in Domino gloria claruerunt.

Hodiè bene audẽt quidã.

Patres quos Augustinus citauerat aduersùs Pelagianos.

13. ACTIONE tertia Concilij Chalcedonensis, in Edicto siue legibus Valentiniani & Martiani Imperatorum, quas quidem leges beatissimus Papa Leo in suis confirmauit epistolis: quibus interdicuntur prohibenturq; disputationes de fide coram vulgo, & confirmantur Chalcedonensis Concilij decreta atque statuta, hæc leguntur verba: Cesset iam profana contentio. Nam verè impius atq; sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam, opinioni suæ aliquid tractandum relinquit. Extremę quippe dementię est, in medio & perspicuo die commentitum lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam, aliquid vlteriùs discutit, mẽdacium quęrit. * Nemo itaq; vel clericus vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publicè turbis adunatis & audientibus, tractare conetur in posterũ, ex hoc tumultus & perfidię occasiõem requirẽs. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ Synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita renoluere & publicè disputare cõtendit, cùm ea q̃ nũc de Christiana fide statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones & statuta sanctorum patrum trecentorum decem &

* L. Nemo. C. de summa Trin. & fide Cath.

Qui semel in Cõcilio generali definita in dubiũ vocãt aut retractant, sacrilegi sunt.

& octò, & cẽtum quinquaginta, definita esse noscuntur. Nam in cõtemptores huius legis pœna non deerit, quia non solùm contra fidẽ bene compositam veniunt, sed etiàm Iudæis & paganis ex huiuscemodi certamine prophanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit q publicè tractare de religiõe ausus fuerit, à cõsortio clericorũ remouebitur: si verò militia præditus sit, cingulo spoliabitur. Cęteri etiàm huius criminis rei, de hac sanctissima vrbe pellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus supplicijs subiugandi. Cõstat enim, hinc hæreticæ insaniæ exordia fomitemq; præberi, dum publicè quidam disputant atque contendunt. Vniuersi ergò, quæ à sancta synodo Chalcedonensi statuta sunt, custodire debebũt, nihil posteà dubitaturi. Hoc itaq; nostræ commoniti Serenitatis edicto, abstinete à prophanis vocibus, & vlteriùs desinite de diuinis disputare, q̃d nefas est: Quia non solùm diuino iudicio peccatũ hoc (prout credimus) punietur, verumetiam legum & iudicum authoritate coercebitur.

14. GELASIVS Põtifex in epistola ad Episcopos Dardanię: Quapropter stultitiam respuẽtes inanium quærelarum, perquirere vos oportet ab ipsis beatis Apostolis, & cõsiderare prudenter, quoniam patres nostri, catholici videlicet, doctiq; pontifices, in vnaquaq; hęresi quolibet tempore suscitata, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica atque Apostolica secundùm scripturarum tramitem, prædicationemq; Maiorum facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsum voluerint deinceps firmumq; constare: nec in eadem hac causa denuò, quę præfixa fuerant, retractari qualibet recenti præsumptione permiserint: sapientissimè peruidentes, quoniam si decreta salubriter, cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsùs errores stabile persisteret ecclesiæ constitutum, ac semper eisdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis positarum semel synodalium regularum, non cessant elisæ pestes resumptis certaminibus contra fundamẽtum sese veritatis attollere, & simplicia quęque corda percutere: quid fieret, si subindè fas esset pfidis inire cõcilium, cùm quamlibèt illa manifesta sit veritas, nunquàm desit, quod pernicioſa depromat falsitas, tametsi ratione vel authoritate deficiens, sola tamen contentione non cedens? Quę Maiores nostri diuina inspiratione cernentes, necessariè præcauerunt, vt quod contra vnamquanque hæresim coacta semel synodus, pro fide, cõmunione, & veritate Catholica atque Apostolica promulgãsset,

Semel definita in Ecclesia, nõ reuocãda in dubiũ aut retractanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sinerẽt nouis post hæc retractationibus mutilari, nè prauis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta, pulsandi: sed authore cuiuslibet insaniæ ac pariter errore damnato, sufficere iudicārunt, vt quisquis aliquandò huius erroris communicator existeret, principali sentẽtia dãnationis eius esset obstrictus, quomodò manifestè qlibet vel,pfessiõe sua,vel cõmuniõe posset cognosci.

Semel in Cõcilio definita, nõ in dubiũ reuocanda.

15. LEO Magnus in epistola quadragesimatertia ad Martianum Augustum: Obtestor & obsecro clementiam vestram,vt in præsenti synodo fidem, quam beati patres nostri ab Apostolis sibi traditam prędicârunt,non patiamini quasi dubiã retractari,& quę olim maiorum sunt authoritate damnata, rediuiuis non permittatis conatibus excitari. Illud'que potiùs iubeatis, vt antiquæ Nicenæ synodi constituta,remota hæreticorum interpretatione,permaneant.

Retractatio nõ admittẽda in negocijs fidei semel definitis ab Ecclesia.

16. IDEM in epistola quinquagesima ad eundem: Compressa vel remota inquietudine ac prauitate paucorum, facilè firmabitur probanda concordia,si in eam fidem,quam Euangelicis & Apostolicis prędicationibus declaratam,per antiquos patres nostros accepimus & tenemus,omnium corda cõcurrant, nulla penitùs disputatione cuiusquam retractationis admissa,nè per vanam fallaciã versutiam, aut infirma videantur aut dubia, quæ in ipso lapide angulari CHRISTO fundata sunt, & fine fine mansura.

Aliorũ Cõciliorũ generaliũ de fide decreta,nõ vocanda sunt in dubium.

ET in epistola septuagesimaoctaua ad Leõem Augustum: De rebus & apud Niceã & apud Chalcedonã(sicut Deo placuit)definitis, nullũ audemus inire tractatum,tãquàm dubia vel infirma sint,quæ tanta per Spiritum sanctum fixit authoritas.

XII

Quorsùm verò spectat diuina istҺæc ordinatio, vt Pastores & Doctores in Ecclesia cõseruentur?

a Chryso.li.3. de sacerdot. Idẽ hõ.4.& 5. de verbis Esa. Ignatius ad Smyrnen. Ambr.in exhort.ad virgines & li. de dignit. sacer. cap.2.

A. Non parùm vtilis ac salutaris est nobis diuina hæc ordinatio, qua potestas & hierarchia Ecclesiastica politicos magistratus oẽs longè[a] antecellit. Est enim potestas hæc spiritualis,qua Christianus populus ad spiritualia æternaque bona consequenda maximè promouetur.

B. Pro-

B. Prodest in primis, vt Pauli verbis [b] vtamur, *ad consummationem sanctorum*, hoc est,vt qui illa potestate funguntur,exhibeant [c] omnem hominem perfectum in Christo, sicut idem Paulus alibì loquitur, suoque studio fideles ad sanctitatis, in quam vocati sunt, [d] perfectionem adducant.

b Ephe 4.c

c Colos. 1.d

d 1.Thes. 4.b 2.Tim.3.b. 2.Cor.13.d

C. Prodest etiàm *in opus ministerij*, vt qui sunt & dicuntur ministri præcipui Ecclesiæ, habeãt quod [e] vigilẽt ac curent semper pro concrediti sibi summi muneris ratione.

e Act.20.f Heb 13.c Cypria. 1.lib. epi.9. ad Furnenses.

D. Prodest prætereà *in ædificationem corporis Christi*, vt nôrint hi spirituales & sapientes [f] architecti circa [g] corpus Christi mysticum, quod singularem in ædificando contentionem requirit, continenter sibi esse versandum, vt iam verę fidei fundamenta iaciant ac confirment, iam reliqua fidelibus ad perfectam iustitiam necessaria [h] superstruant.

Ephe. 4.c

f 1.Cor 3.b

g Ephe.1.d Colos.1.c d Ephe.2.d

h 1.Cor.3.c

E. Prodest demùm, *vt* [a] *non simus paruuli fluctuantes, ac circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum.* Hoc est, propter imbecilliores,qui semper in Ecclesia sunt plurimi, necessarium est munus Antistitum Ecclesiasticorum, præsertim hæresum ventis ac persecutionum [b] procellis in Ecclesiæ domum irrumpentibus. Tum enim opùs est præsenti eorum præsidio, qui pro authoritate

a Ephe.4.d 1.Cor.14.d Rom.15.a Act.14.d 1.Thes.4.a Ezech.34.f

b Matt.7.d

velint & possint [c] arcere lupos, oues defendere, zizania extirpare, & sana cõfirmare dogmata, nè simplices alioquin fallacium ac [d] perditorum hominum verbis, scriptis, & exemplis à via veritatis regia seducantur, quin potiùs vt omnes veritatem non modò cognoscentes, sed etiàm facientes, in illo qui caput est Christus, grandescant atque proficiant, vt idem Paulus [e] adiunxit.

c Act 20.f Ezech 33.b 2.Tim.2.d 4.a Tit.1.c
d 2 Pet.2.a 3.a Rom.16.c Iud.1.f. Matth.7.c
e Ephe.4.d

SCRIPTVRAE.

B. Ad Ephesios quarto: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vẽto doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput CHRISTVS.

Ad Colossenses primo: Docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in CHRISTO IESV: in quo & laboro, certando secundùm operationem eius, quam operatur in me in virtute.

PRIORIS ad Thessalonicenses quarto: Non enim vocauit nos DEVS in immunditiam, sed in sanctificationem.

POSTERIORIS ad Timotheum tertio: Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

POSTERIORIS ad Corinthios decimotertio: De cætero fratres,

fratres, gaudete, perfecti estote, & cæt.

ACTORVM vigesimo capite: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

Ad Hebræos decimotertio: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi ẽm peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

D. PRIORIS ad Corinthios tertio: Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Secũdùm gratiam Dei quę data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat, &c.

Ad Ephesios primo: Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiã, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

Ad Colossenses primo: Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, &c. Adimpleo ea, quæ desunt passionum CHRISTI, in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia: cuius factus sum ego minister secundùm dispensãtionem Dei, quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei.

Ad Ephesios secundo: Estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide IESV CHRISTO: in quo omnis ædificatio cõstructa, crescit in templum sanctum in domino.

PRIORIS ad Corinthios tertio: Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argẽtum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam: vniuscuiusque opus manifestum erit &c.

E. PRIORIS ad Corinthios 14. Fratres, nolite pueri effici sensib⁹, sed malitia paruuli estote, sensibus autẽ pfecti estote.

Ad

AD Romanos decimoquinto: debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum ad ædificationem.

ACTORVM decimoquarto: Cumque euangelizâssent Paulus & Barnabas ciuitati illi (Derbæ) & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum, exhortâtesque vt permanerent in fide, &c.

PRIORIS ad Thessalonicêses tertio: Misimus Timotheũ fratrẽ nostrum, & ministrum Dei in Euangelio CHRISTI ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra: vt nemo moueatur in tribulationibus istis.

ET capite quarto: De cætero ergò fratres, rogamus vos & obsecramus in domino IESV, vt quemadmodùm accepistis à nobis quomodò oporteat vos ambulare, & placere deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum IESVM.

EZECHIELIS trigesimoquarto: Hæc dicit Dominus deus: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nónne greges à pastoribus pascũtur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidâstis: & quod ægrotum, non sanâstis: quod confractum est, non alligâstis: & quod abiectum est, non reduxîstis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eô quòd non esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt.

MATTHAEI septimo: Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea: assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam

suam super petrã, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat super petram. Et omis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

ACTORVM vigesimo: Attendite vobis & vniuerso gregi &c. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, &c.

EZECHIELIS trigesimotertio: Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergò ex ore meo sermonem annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciante te ad impium, vt à vijs suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu animam tuam liberâsti.

POSTERIORIS ad Timotheum secundo: Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati: nequando DEVS det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

IBIDEM capite quarto: Prędica verbum, inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.

AD Titum primo: Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, &c. amplectentem eum qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt: quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

SECVNDAE Petri ſecundo: Fuerunt verò & Pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, DOminum negant, ſuperinducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur. Et in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur, quibus iudicium iam olim nõ ceſſat: & perditio eorum non dormitat.

ET capite tertio: Sciẽtes quòd venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes.

AD Romanos decimoſexto: Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim CHRISTO Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentum.

IVDAS Apoſtolus in epiſtola ſua canonica: Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis DOmini noſtri IESV CHRISTI, qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimis temporibus venient illuſores ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos animales, ſpiritum non habentes. Et in principio epiſtolę: Subintroierunt quidam homines (q olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, &c. Et paulò pòſt: Hi autem quæcunque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque autem naturaliter, tanquàm muta animalia, nôrunt, in his corrumpuntur. Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à vẽtis circunferũtur, arbores autumnales, infructuoſę, bis mortuę, eradicatę, &c. Hi ſunt murmuratores, querulóſi, ſecundùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtus cauſa.

MATTHAEI ſeptimo: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

PATRES.

1. A. CHRYSOSTOMVS libro tertio de ſacerdotio, poſtq̃ de tremendo Miſſæ ſacrificio locutus eſſet, ità ſubiungit: Nam ſi qs conſideret quantum id ſit myſterium, vt is ſcilicet, qui homo ipſe ſit, carne ac ſanguine etiamnum conſtans, ijśque inuolutus, beatæ atque immortali naturæ illi fieri propior queat: tum probè intelliget, quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate ſpiritus ſancti gratia dignata fuerit. Operantibus enim illis, tum ſacra hæc quæ dico, initiãtur perficiunturq́: tum etiàm alia his nihilo inferiora, quæ ipſa

Sacerdotum quãta dignitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa ad dignitatis salutisq; nostræ rationem spectant. Etenim qui terram incolunt, atque in ea versantur, ijs commissum est vt ea quæ in cęlis sunt, dispensent: ijs datum est vt potestatem habeant, quam Deus optimus neque angelis, neque Archangelis, datam esse voluit:

Matt.16.& 18. Neque enim ad illos dictum est: Quæcunque alligaueris in terra, erunt alligata & in cælo: & quæcunque solueris in terra, erunt soluta & in cælo. Habent quidem & terrestres principes vinculi potestatem, verùm corporum solùm. Id aũt quod dico sacerdotum vinculum, ipsam etiàm animam contingit, atque ad cælos vsque pũadit: vsqueadeò vt quæcunq; infernè sacerdotes cõfecerint, illa eadẽ Deus supernè rata habeat, ac seruorum sententiã Dominus confirmet.

Excedit potestas eorum potestatem principum.

Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum cælestiũ potestatem illis à Deo concessam? Quorumcũque enim, ait, peccata retinueritis, retenta sunt. Quænam, obsecro, potestas hac vna maior esse queat? Pater omnifariam filio potestatem dedit: cæterùm video ipsam eandem omnifariam potestatẽ à Deo filio illis traditã.

Ioan.20.

2. IDEM homilia quarta de verbis Esaiæ, Vidi Dñm: Ozias cùm esset rex cinctus diademate, quoniã erat iustus, elatus est animo, maiore spiritu concepto, quàm pro dignitate, ingressus est templũ. Et quid dicit Esaias? Ingressus est sancta sanctorũ, aitq;, volo adolere incensum. Rex cũ esset, sacerdotij principatũ vsurpat. Volo, inqt, adolere incensum, quia iustus sum. Sed mane intra tuos terminos: alij sunt termini regni, alij termini sacerdotij: hoc regnũ illo maius est.

2.Paral.26.

Sacerdotij dignitas regia dignitate præstat. Matth.18.

Neque enim ex his q̃ videtur, hic declaratur Rex, neq; è gemmis illi affixis, neque ex auro quo amictus est, debet æstimari rex. Ille quidẽ ea q̃ sunt in terris sortitus erat administranda: cæterùm sacerdotij ius è supnis descendit: Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo. Regi ea q̃ hic sunt, cõmissa sunt, mihi cælestia: mihi cùm dico, sacerdotẽ intelligo. Itaq; cùm videris sacerdotẽ indignũ, nè traducas sacerdotium.

Propter malos nõ est traducẽdum Sacerdotium.

Non enim oportet damnare res, sed eum qui re bona malè vtitur. Quandoquidem & Iudas proditor fuit, verùm non ob id accusatur ordo Apostolicus, sed illius animus: nec crimen est sacerdotij, sed malum animi. Et tu igitur nè sacerdotium vituperes, sed sacerdotem malè re bona vtentem. Regi corpora cõmissa sunt, Sacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, sacerdos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur. Ille necessitate, hic consilio. Ille habet arma sensibilia, hic arma spiritualia. Ille bellum gerit cum Barbaris, mihi bellum est aduersus Dęmones. Maior hic principatus: propterea rex caput submittit manui

manui sacerdotis: & vbiquè in veteri scriptura, sacerdotes inungebant reges.

1.Re.10.& 16.

3. IDEM homilia quinta de verbis Esaiæ, Vidi Dominum: Sacerdotium principatus est, ipso etiàm regno venerabilius ac maius. Nè mihi narres purpuram, neq; diadema, neque vestes aureas: vmbræ sunt isthæc omnia, vernisq; flosculis leuiora. Omnis enim, inqt, gloria flos graminis, etiamsi ipsam gloriam regalem dixeris. Nè, inquã, mihi narres ista: sed si vis videre discrimen, quãtùm absit rex à sacerdote, expende modum potestatis vtrique traditæ, videbis sacerdotem multò sublimiùs rege sedentem. Quanquàm enim nobis admirandus videtur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum quo obcinctus est: tamen rerum terrenarum administrationem sortitus est, nec vltra potestatẽ hanc prætereà quicquam habet authoritatis. Verùm sacerdoti thronus in cælis collocatus est, & de cælestibus negocijs pronunciandi habet authoritatem. Quis hęc dicit? Ipse cęlorum rex: Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælis. Quid cum hoc honore conferri possit? A terra iudicandi principalem authoritatem sumit cælum. Nam iudex sedet in terra, Dominus sequitur seruum: & quicquid hic in inferioribus iudicãrit, hoc ille in supernis comprobat. Itaque medius stat sacerdos inter Deum & naturã humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones illuc perferens, Dominum iratum recõcilians vtrique naturæ, nos qui offendimus eripiens ex illius manibus. Eoq; Deus ipsum regale caput sacerdotis manib⁹ subiecit, nos erudiẽs, quòd hic princeps est illo maior. Siquidem id quod minus est, benedictionem accipit ab eo quod ptæstantius est.

Esa.40. 1.Pet.2.

Sacerdotũ maior, quã regu potestas.

Matth.18.

Hebr.7.

4. IGNATIVS in epistola ad Smyrnenses: Honorate Deum vt authorem omnium & Dominum, Episcopum autem tãquàm principem sacerdotum, imaginem Dei ferentem, principatum quidem secundùm Deum, sacerdotium verò secũdùm CHRISTVM, & post hunc honorare etiam oportet Regem. Nemo enim potior est Deo, neque similis ei, neq; Episcopo honorabilior in Ecclesia, sacerdotiũ Deo gerenti pro mundi salute: neq; regi quis similis est in exercitu, pacem & beneuolẽtiam omnibus principibus cogitanti. Qui enim honorat Episcopum, honorabitur à Deo: & qui inhonorauerit eũ, à Deo inhonorabitur. Si enim quis cõtra regem insurgens, damnatione dignus est, quomodò vltionem euadere poterit qui p̃ter Episcopum aliquid egerit? Sacerdotium enim summa est omnium ho-

Nullus Episcopo honorabilior in Ecclesia. Coloss.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nõrum, qui in hominibus consistunt: quod si quis inhõnorauerit, Deum inhonorat & Dominũ IESVM CHRISTVM primogenitum totius creaturæ, & solum natura principem sacerdotẽ Dei. Oĩa benè vobis ordinate, quæ mandata sunt in CHRISTO: Laici Diaconis subditi sint, Diaconi Presbyteris, Presbyteri Episcopo, Episcopus CHRISTO, sicut ipse Patri.

5. AMBROSIVS in exhortatione ad virgines: Habemus nos sacerdotes nostram nobilitatem, præferendam: habemus, inquam, fidei dignitates quæ perire non nõrunt.

Episcopalis dignitas & sublimitas cõparationibus nullis adæquatur.

6. IDEM in libro de sacerdotali dignitate, capite secũdo: Honor & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati, longè erit inferius, quàm si plumbi metallũ ad auri fulgorem cõpares: quippe cùm videas Regum colla & Principum submitti genibus sacerdotum, & exosculatis eorum dextris, orationibus eorum credent se communiri. Quid iam de plebeia dixerim multitudine, cui non solùm præferri à Dõmino meruit, sed vt eam quoquè iure tueatur patrio, præceptis imperatumest euangelicis? Sic certè à Domino ad

Ioan 21. beatũ Petrum dicitur: Petre, amas me? Et ille: Tu scis Domine quia amo te. Et cùm tertiò fuisset interrogatus, & trina responsione fuisset subsequutus, repetitum est à Domino tertiò, Pasce oues meas. Quas oues, & quem gregem nõ solùm tunc beatus suscepit Petrus, sed & nobiscum eas suscepit, & cum illo eas nos suscepim⁹ omnes. Vndè regendæ sacerdotibus cùm traduntur, meritò rectoribus suis subdi dicuntur.

Sacerdotũ officiũ, est sacrificijs & orationibus vacare.

1. S. CYPRIANVS libro primo, epistola nona ad Furnẽses: Singuli diuino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruire, & precibus atque orationibus vacare debent. Scriptum est enim: Nemo militans Deo, obligat se molestijs secularibus, vt possit placere ei, cui se ꝓbauit. Quod

1. Tim. 2. cùm de omnibus dictum sit, quanto magis molestijs & laqueis secularibus obligari non debent, qui Diuinis rebus & spiritualibus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad terrenos & seculares

Num. 18. actus vacare non possunt? Cuius ordinationis & religionis formam Leuitæ priùs in lege tenuerunt, vt cùm terram diuiderent, & possessiones partirentur vndecim tribus, Leuitica tribus, quę templo, & altari, & ministerijs Diuinis vacabat, nihil de illa diuisionis portione perciperet, sed alijs terram colentibus, illa tantùm Deum coleret, & ad victum atque alimentum suum ab vndecim tribubus de

de fructibus qui nascebantur, decimas perciperet. Quod totum fiebat de authoritate & dispositione Diuina, vt qui operationibus diuinis insistebant, in nulla re auocarentur, nec cogitare aut agere secularia cogerentur. Quę nunc ratio & forma in clero tenetur, vt qui in ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione Diuina auocentur, nè molestijs & negocijs seculatribus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, tanquàm decimas ex fructibus accipiẽtes, ab altari & sacrificijs non recedãt, & die & nocte cælestibus rebus & spiritualibus seruiant.

XIII

Quo pacto insignes hos fructus consequemur?

A. Ità nimirùm, si non altè, sed sobriè [a] sapiamus, soliciti semper [b] seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, vt nosmet oues CHRISTI humiles, obedientesq; præstemus.

a Rom. 12. a

b Ephe. 4. a Ioã. 10. a & 21. e

B. Quarum sanè ouium illud est proprium, [c] lupos fugere: nec alienos, sed suos pastores sequi: illis velut ordinarijs ouilis Dominici præfectis sese [d] submittere, in illis audire [e] Spiritum veritatis.

c Ioan. 10. a Tit. 3. a Hebr. 13. c Matth. 10. e

d Bern. de ꝓcep. & dispẽs. e Ioan. 15. d 14. b 16. c

C. Is est, qui per [f] malos etiàm Præpositos Dominicum gregem docere, pascere & conseruare dignatur: quique per eosdem tum Dei Patris, tum Ecclesiæ matris præcepta nobis his verbis commendat: [g] *Audi fili mi disciplinam patris tui, & nè dimittas legem matris tuæ.* Et rursùs idem inculcãs, *Conserua,* [h] inquit, *fili mi præcepta patris tui, & nè dimittas legem matris tuæ.*

f Matth. 23. a Philip 1. b Ioan. 11. g Matth 18. e Deut. 17. b c

g Prou. 1. a Epiphan. hæ. rel. 75.

h Prou. 6. c

SCRI

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD Romanos duodecimo: Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

AD Ephesios quarto: Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

IOANNIS decimo: Qui intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.

IOANNIS vigesimoprimo: Pasce oues meas.

AD Titum tertio: Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.

AD Hebræos decimotertio. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis.

MATTHAEI decimo: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.

IOANNIS decimoquinto: Mittam vobis à patre Spiritum veritatis.

ET capite decimoquarto: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis. Ibidèm: Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

ITEM capite decimosexto: Cùm autem venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

MATTHAEI vigesimotertio: Super cathedram Moysi sederunt

derunt scribæ & pharisæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere.

AD Philippenses primo: Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem CHRISTVM prædicant. Quidam ex charitate &cæt. quidam autem ex contentione Christum annunciant non syncerè, &cæt. Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem CHRISTVS annuncietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.

IOANNIS vndecimo: Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset pontifex anni illius, prophetauit quòd IESVS moriturus erat pro gente.

MATTHAEI decimooctauo: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.

DEVTERONOMII decimoseptimo, vt suprà, quæstione vndecima.

PROVERBIORVM primo & sexto, vt in textu.

PATRES.

B. BERNARDVS in libro de præcepto & dispensatione: Quid interest, vtrùm per se, an per suos ministros, siue homines, siue angelos, hominibus innotescat suum placitum Deus? Sed homines, inquis, facilè falli in Dei voluntate de rebus dubijs percipienda, & in præcipienda fallere possunt. Sedenim quid hoc refert tua, qui conscius non es, præsertim cùm teneas de scripturis, quia labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia angelus Domini exercituũ est? Requirunt, dixerim, legem: non quã vel authentica vlla scriptura tradiderit, vel ratio manifesta probauerit. De huiusmodi quippe nec præceptor expectandus, nec prohibitor auscultãdus est: sed quod ità latére aut obscurum esse cognoscitur, vt in dubium venire possit, vtrúmnam DEVS sic aut aliter fortè velit, si non de labijs custodientibus scientiam, & ex ore angeli Domini exercituum certum reddatur. A quo deniquè diuina potiùs consilia requiruntur, quàm ab illo cui credita est dispensatio

In Superioribus auditur Deus.

Obiectio.

Solutio.

Malach. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Superiores tanq; Deus audiẽdi sunt in ijs, quæ non sunt apertè cõtra Deum.

mysteriorum DEI? Ipsum proindè quem pro DEO habemus, tanquàm Deum in his, quæ apertè non sunt contra DEVM, audire debemus.

C. EPIPHANIVS hæresi septuagesimaquinta contra Aerium, de quibusdam traditionibus loquens: Ecclesia, inquit, necessariò hoc perficit, traditiõe à patribus accepta. Quis aũt poterit statutum matris dissoluere, aut legem patris? velut Salomon dicit: Audi fili sermones patris tui, & nè repudies statuta matris tuæ: ostendens per hoc quod & in scriptis, & sine scripto docuit pater, hoc est DEVS, & Vnigenitus, & Spiritus sanctus. Mater autem nostra Ecclesia habet statuta in se posita, indissolubilia, quæ dissolui non possunt. Quum itaque ordinata sint in Ecclesia statuta, & benè se habeant, & omnia mirabiliter fiant, cõfutatus est rursùs etiam hic seductor.

Prou. 1.

Matris Ecclesiæ statuta dissolui non possunt.

XIIII

Quæ sunt præcepta Ecclesiæ?

Præcipua quinque numerantur, cuiq; Christiano & scitu & obseruatu certè necessaria.

1. [a] *Statutos Ecclesiæ festos dies celebrato.*

2. [b] *Sacrum Missæ officium diebus festis reuerenter audito.*

3. [c] *Ieiunia certis diebus, temporibusque indicta obseruato,* vt in Quadragesima, Quatuor anni temporibus, & Festorum quorundam solennium pridianis diebus, quos Maiores nostri, quòd ijsdem temporibus in templis noctù peruigilaretur, Vigilias [d] appellárunt.

4. [e] *Peccata tua Sacerdoti proprio annis singulis confitetor.*

5. [f] *Sa-*

a Cõc. Lugd. apud Iuonẽ, p. 4. cap. 14. 2. Matis. c. 1. Mogũt. can. 36. & 37. Trib. cã. 35. Ignat. ad Phil. b Cõ. Agath. c. 47. & 21. Tr. c. 35 Itẽ 1. Aure. cap. 23.

c Canõ. Apo. 68. Gãgrẽ. cã. 19. Ignat. ad Phil. Mogũt. cã. 14 & 35. Salegũst. cã. 1. & 2. Bern. in vigil. S. Andreæ Vid Burchar. lib. 13. & Iuonem p. 4. d Tert. li. 2. ad vxorem, & in Apologe. c. 2. e Syn. Laterã cã 21. Trid. sess. 14. can. 8.

f Lateran. & Trid. sess. 13. can. 9.

5. [f] *Sacrosanctam Eucharistiam ad minimum semel in anno, idq; circa festum Paschæ, sumito.*

DE FESTIS DIEBVS CELEBRANDIS.

Feriarum tempora.

1. CONCILIVM Lugdunense capite tertio, vt est apud Iuonem parte quarta, capite decimoquarto, & apud Gratianum de cõsecratione distinct. tertia: Pronunciandum est laicis, vt sciant tempora feriandi per annum, id est, omnem Dominicam, à vespera vsq; ad vesperam: nè Iudaismo capiantur. Feriandi verò per annum isti sunt dies: Natale Domini, sancti Stephani, sancti Ioannis Euangelistæ, Innocentum, sancti Syluestri, octauæ Domini & Theophania, Purificatio sanctæ Mariæ, sanctum Pascha, cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sancti dies Pentecostes, sancti Ioannis Baptistæ, duodecim Apostolorum, maximè sanctorum Petri & Pauli, qui mundum sua prædicatione illuminárũt, sancti Laurentij, Assumptio sanctæ Mariæ, Natiuitas eiusdem, Dedicatio basilicæ sancti archangeli Michaëlis. Dedicatio cuiuscunq; oratorij, & omnium Sanctorum, & sancti Martini: & illæ festiuitates, quas singuli Episcopi in suis episcopatibus cum populo collaudauerint, quæ vicinis tantùm circummorantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus. Reliquæ verò festiuitates per annum nõ sunt cogendæ ad feriandum, nec prohibendæ. Indictum verò ieiunium quandò fuerit denunciatum, ab omnibus obseruetur.

Ieiunia.

Diei Dominicæ religiosa obseruatio.

2. SECVNDVM concilium Matisconense capite primo: Custodite diem Dominicam, quæ nos denuò peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus vestrũm litium fomitibus vacet: nullus causarum actiones exerceat: nemo sibi talem necessitatem exhibeat, quæ iugum ceruicibus iumentorum imponere cogat. Estote oẽs hymnis & laudibus Dei animo corporéque intenti. Si quis vestrũm proximam habet Ecclesiam, properet ad eandem, & ibi Dominico die semetipsum precibus lachrymísque afficiat. Sint oculi manusq; vestræ toto illo die ad Deum expansæ: ipse est enim dies requietionis perpetuus, ipse nobis per septimæ diei vmbram insinuatus nosci tur in lege & prophetis. Iustum igitur est, vt hanc diem vnanimiter celebremus, per quam facti sumus, quod non fuimus. Fuimus enim antè serui peccati, sed per eam facti sumus filij iustitiæ. Exhibeamus Domino liberam seruitutem, cuius nos nouimus pietate de ergastulis liberatos erroris: non quia hoc Dominus noster à nobis

Genes. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis expetit, vt corporali abſtinẽtia diem Dominicam celebremus, ſed quærit obedientiam, per quam nos, calcatis terrenis actibus, ad cælum vſque miſericorditer prouehat. Si quis itaque veſtrûm hanc ſalubrem exhortationem parui penderit, aut contemptui tradiderit, ſciat ſe pro qualitatis merito principaliter à Deo puniri, & deinceps ſacerdotali quoquè iræ implacabiliter ſubiacere. Si cauſidicus fuerit, irreparabiliter cauſam omittet: ſi ruſticꝰ aut ſeruus, grauioribus fuſtium ictibus verberabitur: ſi clericus aut monachus, menſibus ſex à conſortio ſuſpendetur fratrum.

3. CONCILIVM Moguntinum ſub Carolo Magno celebratũ, canone trigeſimoſexto: Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt, diem Dominicum Paſchæ, cum omni honore & ſobrietate venerari. Simili modo tota hebdomada illa obſeruari decreuimus, diem Aſcenſionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecoſten ſimiliter, vt in Paſcha, In natali Apoſtolorũ Petri & Pauli diem vnũ, Natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ, Aſſumptionem ſanctæ Mariæ, Dedicatiõem ſancti Michaëlis, natalem ſancti Remigij, ſancti Martini, ſancti Andreæ, in Natali Domini dies quatuor, octauas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem ſanctæ Mariæ, & illas feſtiuitates martyrum vel confeſſorum obſeruare decreuimus, quorum in vnaquaque parochia ſancta corpora requieſcunt. Similiter etiam dedicationem templi.

4. ITEM canone trigeſimoſeptimo: Omnes dies Dominicos cũ omni veneratione decreuimus obſeruare, & à ſeruili opere abſtinere, & vt mercatus in eis minimè ſit, nec placitũ, vbi aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur.

5. CONCILIVM Triburienſe ſub Arnulpho Impatore, canone trigeſimoquinto: Secundùm Sanctorum ſtatuta Patrum, in hoc ſancto præiudicamus Concilio, vt nullus comes, nullusq; omninò ſecularis diebus Dñicis vel Sanctorum in feſtis, ſeu Quadrageſimæ aut ieiuniorũ, placitũ habere: ſed nec populũ illo pſumat coercere, Quia indè iraſcitur Deus, cũ tãtùm ſuo ſancto ſeruitio deber populus deſudare, inueniatur lites & contentiones frequentare. Diebus verò Dñicis & Sanctorum feſtis, vigilijs & oratiõibus inſiſtendum, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano cum oblationibus eſt currendũ, & tantummodò DEO vacandum. Diebus Quadrageſimæ & ieiuniorum, ſumma deuotione ieiunãdum, & omni intentione eſt orandũ, atq; vnicuique pro facultatibus ſuis eleemoſynæ tribuendæ, & nullæ lites vel contentiones habendæ. Arguit enim eos qui contentione

Diebus Dominicis & feſtis qdagẽdũ, & à qbus abſtinendum.

Ieiuniorum dies.

tiones & lites tempore ieiuniorum, & qui à debitoribus debita exigunt, Dominus per prophetam, dicens: Eccè in diebus ieiuniorum veſtrorum inuenitur volũtas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis: eccè ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Eſa. 58.

6. IGNATIVS in epiſtola ad Philippenſes: Dies feſtos nolite inhonorare.

DE AVDIENDO MISSAE SACRIFICIO

Miſſæ integræ audiẽdæ.

1. CONCILIVM Agathenſe canone quadrageſimoſeptimo: Miſſas die Dominico ſecularibus totas audire, ſpeciali ordine præcipimus, ità vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat. Quod ſi fecerint, ab Epiſcopo publicè confundantur.

2. IBIDEM canone vigeſimoprimo: Si quis etiàm extra parochias, in quibus legitimus eſt ordinariusq; conuentus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis feſtiuitatibus, vt ibi Miſſas teneat propter fatigationem familiæ, iuſta ordinatione permittimus. Paſcha verò, Natali Domini, Epiphania Domini, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & Natali ſancti Ioannis baptiſtę, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus aut in parochijs teneant. Clerici verò, ſi qui in feſtiuitatibus, quas ſuprà diximus, in oratorijs, (niſi iubente aut permittente Epiſcopo) Miſſas facere aut tenere voluerint, à communione pellantur.

3. CONCILIVM Triburienſe canone trigeſimoquinto, vt ſuprà de feſtis.

Ante benedictionem non egrediendũ.

4. CONCILIVM primum Aurelianẽſe canone vigeſimooctauo: Cùm ad celebrandas Miſſas in Dei nomine conuenitur, populus non antè diſcedat, quàm Miſſæ ſolennitas compleatur: & vbi Epiſcopus non fuerit, benedictionem accipiat ſacerdotis.

DE IEIVNIIS ECCLESIASTICIS.

Ieiunia quadrageſimæ, feriæ quartæ & ſextæ antiquitùs obſeruatum.

1. CANON Apoſtolorum ſexageſimusoctauus: Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor ſanctam Paſchæ quadrageſimam non ieiunat, vel quartum diem, vel paraſceuen præterquàm ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur. Si ſit autem laicus, ſegregetur.

Anathema communia ſe ieunia eccleſiæ diſſoluentibus.

2. CONCILIVM Gangrenſe canone decimonono: Si quis eorum qui exercentur, abſque corporali neceſsitate ſe inſoléter gerat, & tradita ieiunia, quę communiter ſeruantur ab Eccleſia, diſſoluat, perfecta in eo reſidente ratione, ſit anathema.

Rurſùs ieiu-

nium Quadragesimæ, feriæ quartæ & sextæ.

verò nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet Dei cõuersationis. Hebdomadam etiàm passionis nolite despicere. Quarta verò & sexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes.

Quatuor temporũ ieiunia.

4. CONCILIVM Moguntinum sub Carolo Magno, canone trigesimoquarto: Cõstituimus vt quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obseruẽtur, id est, mense Martio hebdomada prima. Et feria quarta & sexta & sabbato veniant omnes ad Ecclesiam hora nona cum litanijs ad Missarum solennia. Similiter in mense Iunio, hebdomada secunda, feria quarta & sexta & sabbato ieiunetur vsque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mẽse Septembrio, hebdomada tertia, & in mense Decembrio, hebdomada quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, sicut est in Romana Ecclesia traditum.

Litaniæ.

Indicta ieiunia violãtes. Can. 19.

5. IDEM canone trigesimoquinto: Quòd si quis indictum ieiunium superbiendo contempserit, & obseruare cum cæteris Christianis noluerit, in Gangrensi cõcilio præcipitur, vt anathematizetur, nisi emendare se studeat.

Peculiaris quædã in Germania abstinentiæ obseruatio in Iunio.

6. CONCILIVM Salegunstadiense canone primo: Vt quatuordecim Dies omnes Christiani ante festiuitatem sancti Ioannis baptistę in abstinentia sint carnis & sanguinis, nisi infirmitate impediente, aut alicuius festi solennitate, quæ in illo Episcopio celebris habetur, intercedente. Et ante Natiuitatem Domini similiter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnium vigilijs Apostolorum, & in vigilia Assumptionis sanctæ Mariæ, & in vigilia sancti Laurentij, nec non etiàm in vigilia Omnium Sanctorum: adijcientes prædictis vigilijs vnam horam refectionis, excepta infirmitate: & nisi aliquis sit, qui proprio voto maiori abstinentia vti velit.

Ieiunia vigiliarum.

Votum maioris abstinentiæ.

7. IDEM canone secundo: De incerto autem ieiunio quotuor temporum, hanc certitudinem statuimus, vt si calendę Martij in quarta feria, siue anteà euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem calendæ Martij in quintam feriã aut sextam aut sabbatum distenduntur, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoquè modo si calẽdæ Iunij in quartam feriam aut anteà euenerint, in subsequente hebdomada ieiunium celebretur. Et si in quintam feriam aut sextam aut sabbatum contigerit, ieiunium in tertiam hebdomadam reseruetur. Et hoc sciendum est, quòd si quandò ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecostes, secundùm prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes: & tunc propter solennitatem spiritus

Ieiuniũ quatuor temporum, & eius inueniẽdi ratio difficilior, quàm ea quæ est nostri temporis.

ritus sancti, Diacones Dalmaticis induantur, & Alleluia cantetur, & flectamus genua, non dicatur. Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, vt si calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut anteà, ieiunium in tertia hebdomada celebretur: & si in quinta aut sexta aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada ieiunandũ erit. In Decembri illud obseruandum erit, vt proximo sabbato ante vigiliam Natalis Domini celebretur ieiuniũ: quia si vigilia in Sabbato euenerit, simul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.

Cur ieiunia, Sanctorũ ferijs præmittantur.

8. BERNARDVS in vigilia sancti Andreæ Apostoli: Sanctorũ festa præcipua Patrum sanxit authoritas votiuis præuenienda ieiunijs. Vtiliter planè, & non ad insipientiam nobis, si affuerit qui aduertat. Multa siquidem quotidiè peccata contrahimus, & in multis offendimus omnes: nec tutum omninò est, celebrandas suscipere festiuitates sacras, maximeq; eas quæ maximæ sunt, nisi priùs abstinentiæ purificatione præmissa, quò & digniores & capaciores inueniamur spiritualium gaudiorum. Et paulò pòst: Non modò tamen præparatio est ad proximam celebritatem, obseruatio præmissa ieiunij, est & admonitio quædam, eruditioq; non parua. Discimus ex hoc ipso, quænã vera sit via festiuitatis æternæ. Quid est enim quod ieiunijs solennia præuenimus, nisi quòd per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei? Indignus quippe solenni lætitia est, qui statutam vigiliæ abstinentiam non obseruat. Planè, inquam, si renuis affligere animam tuam in vigilia, indignus iurè censeris requie & exultatione festiua. Est autem vniuersum præsentis pœnitentiæ tempus vigilia quædam solennitatis, magni & æterni Sabbati quod præstolamur. Nec causaberis vigiliam longiorem, si æternitatem festiuitatis attendas.

Abstinentia purificamur.

Act. 14. Nota.

9. BVRCHARDVS Vuormatiensis Episcopus libro decimotertio decretorum, & Iuo Carnotensis episcopus parte quarta decreti, quos Patres & quę decreta citent de ieiunio ecclesiastico, vide infrà de bonis operibus, quæstione quarta.

10. TERTVLLIANVS libro secundo ad vxorem: Sed viderit qualiter viro infideli officia pendat mulier fidelis. Domino certè non potest pro disciplina satisfacere, habens in latere diaboli seruum, procuratorem Domini sui ad impedienda fidelium studia & officia: Vt si statio facienda est, maritus (infidelis) de die condicat ad balneas: si ieiunia obseruanda sunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: si procedendum erit, nunquàm magis familiæ occupatio adueniat. Quis enim sinat coniugem suam

Statio.

Ieiuniorum obseruatio tempore Tertulliani.

yisitan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vigiliæ.

visitandorum fratrum gratia vicatim aliena & quidem pauperiora quque tuguria circuire? Quis nocturnis cõuocationibus, si ità oportuerit, à latere suo eximi libenter feret? quis denique solennibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit?

Cœtus antelucani ad canẽdum Christo.

11. IDEM in apologetico aduersùs Gentes, capite secundo: Plinius Secũdus cùm Prouinciã regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, consuluit Traianum Imperatorem, allegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum & Christo & Deo, & ad conferendam disciplinam, homicidium, adulterũ, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos verò puniri oportere.

DE CONFESSIONE ET COMMVNIONE in Paschate.

Confessio & cõmunio annua.

1. CONCILIVM Lateranẽse magnum sub Innocentio tertio, canone vigesimoprimo: Omnis vtriusque sexus fidelis, postquàm ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reuerẽter ad minus in Pascha Eucharistiæ sacramentum: nisi fortè de cõsilio proprij sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam ad tẽpus ab eius perceptione duxerit abstinendum: alioquin & viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vndè hoc salutare statutum frequẽter in ecclesijs publicetur, nè quisquam ignorantiæ cęcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licẽtiam priùs postulet & obtineat à proprio sacerdote, cùm aliter ille ipsum non possit soluere vel ligare.

Pœna non cõmunicãtium.

Non nisi ꝑprius sacerdos, siue ordinarius superior, & qui ab eo cõmissionẽ habent, possunt absoluere à peccatis.

Vt minimùm semel in anno cõfitendũ.

2. CONCILIVM Tridentinum sessione decimaquarta, canone octauo: Si quis dixerit cõfessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem & traditionem humanam à pijs abolendam: aut ad eam non teneri omnes & singulos vtriusque sexus CHRISTI fideles, iuxta magni Concilij Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse CHRISTI fidelibus, vt non confiteantur tempore quadragesimę, anathema sit.

1. CONCILIVM Lateranense, vt suprà.

2. CONCILIVM Tridentinum sessione decimatertia, canone nono:

nono: Si quis negauerit omnes & singulos CHRISTI fideles vtriusque sexus, cùm ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis saltem in Pascha te ad communicãdum iuxta præceptum sanctæ matris ecclesiæ, Anathema sit.

Communicãdũ in Paschate.

XV

Quem fructum adfert horum præceptorum obseruatio?

A. Hæc & eiusceemodi reliqua Ecclesiæ tũ instituta, tum præcepta, tot seculis recepta, magnoque piorum consensu & vsu confirmata, pietati atque rationi valdè consentanea, insignes secum adferũt commoditates.

B. Sunt enim fidei, humilitatis, & obedientiæ Christianæ salutaria exercitia: honestam [a] disciplinam & concordiam popularem promouent: religionis pulchra existunt symbola, notas præbẽt demùm & indicia interioris nostræ pietatis, quibus ad [b] ædificationẽ & bonis collucere, & malis præ- lucere oporteat.

[a] Philip. 4. b 1. Cor. 14. e f

[b] Matt. 5 b Rom. 15. a Philip. 2. a. c

C. Breuiter hęc eò nos promouent, vt Apostolicus ille canon, [c] *Omnia honestè & secundùm ordinem fiant in vobis*, ad vnguem obseruetur.

[c] 1 Cor. 14 g

SCRIPTVRAE.

A D Philippenses quarto: De cætero fratres quæcunque sunt vera, quęcunque pudica, quæcunque iusta, quęcunque sancta, quęcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hęc cogitate.

PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Cùm cõuenitis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnuſquiſq; veſtrûm Pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet: oĩa ad ędificationem fiant. Siue lingua quis loquitur: ſecundùm duos aut vt multùm tres, & p partes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur & Deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cęteri dijudicent. Quòd ſi alij reuelatũ fuerit ſedenti, prior taceat. Poteſtis eñ oẽs p ſingulos prophetare, vt oẽs diſcãt, & oẽs exhortentur. Et ſpiritus prophetarũ ꝓphetis ſubiecti ſunt. Nõ enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus eccleſijs ſanctorum doceo. Mulieres in Eccleſijs taceant, &cæ. Omnia autem honeſtè & ſecundùm ordinem fiant in vobis.

MATTHAEI quinto capite: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.

AD Romanos decimoquinto: Vnuſquiſque veſtrûm ꝓximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem.

AD Philippenſes ſecundo: Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicèm arbitrantes: non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum. Ibidèm: Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus: vt ſitis ſine querela & ſimplices filij Dei, ſine repræhenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.

a Gal.2 & 1.Tol.can.21. Aug. ſer.129. de tẽp. Idẽ li. 23.cõt. Fauſt. c.4.& 5. Item li.28.c.2.& 4. b In ſymb. ad Damaſum, & Aug. ſer. 191. de temp. Cõ. Laod ca.59. Cõ.3.Car. ca. 47 Cõc.Tri. ſeſſ.4.

XVI

Vbì neceſſaria eſt nobis Eccleſiæ authoritas?

A. PRIMVM in eo quidem, vt ſcripturas Canonicas & veras ab adulterinis certò [a] diſcernamus. Vndè teſtatur Hieronymus: [b] Nouum & vetus Teſtamentum recipimus in eo librorum numero, quem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ tradit authoritas. Et [c] Auguſtinus: Ego verò, inquit, Euãgelio non crederem, nisì me Catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas.

c Contra epi. Manich. ca. 5.

B. Deindè, vt conſtet de vero Scripturę [d] ſenſu & apta interpretatione: nè alioquin ſine fine dubitemus ac diſceptemus de verborum ſententia. Omnes enim hæretici, vt ſcripſit idem [e] Auguſtinus, ex ſacris ſcripturis falſas atque fallàces opiniones ſuas conãtur defendere. Atquì non in legendo, ſed in intelligendo ſcripturæ conſiſtunt, Hieronymo [f] teſte.

d Eſa.39.d Aug.li.1.c.11. cõtra Creſcõ. Tridẽ. ſeſſ.4. Vincen. Lirinen. contra nouatores. e Li.1.de Trinit.c.3.Hilar. lib.2 ad Conſtantium. Vincent.Lirinen.

C. Tertiò, vt in grauioribus de fide quæſtionibus atque [g] controuerſijs, quæ poſſunt incidere, iudex [h] adſit, atque legitima illius authoritas interponatur. Vt enim veriſſimum eſt, quod cõtra hęreſes docet [a] Epiphanius, à diuina ſcriptura non poſſe accipi omnia: ità rectiſſimè [b] Auguſtinus affirmat, in re dubia ad fidem & certitudinem plurimùm valere authoritatem Eccleſię Catholicę. Nõ enim deeſſe poteſt Eccleſię ſpiritus, qui ipſam in omnẽ ducat veritatẽ, ſicut Chriſtus [c] ipſe ꝓmiſit.

f Cont. Luciferianos. & in cap.1 ad Gal. Hilar.2.de Trinit. g Deut.17.b h Act.15.b c

a Hæreſi 61. cõt Apoſtolicos. b Lib.11.con. Fauſtũ cap.2. & lib.7 cont. Donatiſt. ca. 51 Itẽ in Pſal. 57. c Ioan. 14.b d & 16.c

D. Rurſùs, vt pro ratione perſonarum, locorũ, & temporum Canones [d] conſtituantur, diſciplina integra conſeruetur, ac iura dicantur. Dedit enim

d Canõ Apo. 38.& Syno.1. Nicen c.5 Laterancn.ca.6.

hãc potestatem Deus Ecclesię [e] ad ædificationem, & non ad destructionem.

E. Præterea, vt quam [f] CHRISTVS instituit coercendi & excommunicandi potestatem, qua Paulus etiam est vsus, peruicaces sentiant, ipsaq; corrigantur & comprimantur. Hinc [g] Augustinus, Eis, inquit, per quos ecclesia regit, adest salua pace potestas disciplinę, aduersùs improbos aut nefarios exercendæ.

F. Igitur in his omnibus, vt cętera omittamus, Ecclesię authoritatẽ nõ solũ vtilẽ, sed etiam necessariam esse constat, vt sine illa qudem nihil aliud Christiana respublica, quàm confusio Babylonica possit existimari. Proindè sicut scripturæ propter testimoniũ diuini spiritus in illa [h] loquentis credimus, adhęremus, ac tribuim⁹ maximã authoritatẽ: sic ECCLESIĘ fidẽ, reuerẽtiã, obediẽtiamq; debemus, q⁹ eo ipso [a] spiritu à Christo capite, spõsoq; suo informata, dotata simul & cõfirmata sit: vt nõ possit nõ esse quod dicit, [b] *colũna & firmamentũ veritatis.*

e 2. Cor. 10. b 13. d

f Matt. 18. c & ibidẽm Hieronymus. 1. Cor. 5. b 1. Tim. 1. d

g Lib. de fide & operibus cap. 5. Itẽ lib. 3 cõt. Parmenianũ, cap. 2 Gre hom. 26. in Euangelia. Chrysost. lib. 3. de sacerdotio.

h 2. Pet. 1. d 2 Tim. 3. d Matt. 18. c Ioan. 14. b d & 16. c

a Act. 2. a Ephe. 4. a.

b 1. Tim. 3. d

SCRIPTVRAE.

AD Galatas 2. Deindè post annos quatuordecim, iterũ ascẽdi Hierosolymã cũ Barnaba, assumpto & Tito. Ascẽdi aũt secũdùm reuelationẽ, & cõtuli cum illis Euangelium quod prędico in Gentibus, seorsum autem ijs qui videbantur aliquid esse, nè fortè in vacuum currerem aut cucurrissem.

ESAIAE quinquagesimonono: Hoc fœdus meum cum eis

eis, dicit Dominus: Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodò & vsque in sempiternum.

DEVTERONOMII decimoseptimo: Si difficile & ambiguum &c. vt suprà quæstione vndecima.

ACTORVM decimoquinto: vt suprà Ibidèm.

IOANNIS decimoquarto & decimosexto, vt suprà quæstione decima.

SECVNDAE ad Corinthios decimo: Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram &cæt.

ET capite decimotertio: Vt non præsens duriùs agam secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.

MATTHAEI decimooctauo: Si autem peccauerit in te frater tuus, &cæt. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cęlo: & quęcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.

PRIORIS ad Corinthios quinto: Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri IESV CHRISTI, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri IESV CHRISTI. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?

PRIORIS ad Timotheum primo: Habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem nau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fragauerunt: ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.

POSTERIORIS Petri primo capite: Et habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benè facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donèc dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquandò prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

POSTERIORIS ad Timotheum tertio capite: Omnis scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

MATTHAEI decimooctauo: Dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, &c.

IOANNIS decimoquarto & decimosexto, vt suprà quæstione decima.

ACTORVM secundo: Et cùm complerentur dies Pentecostes, &c.

AD Ephesios quarto: Vnum corpus & vnus spiritus, &c.

PRIORIS ad Timotheũ tertio: Vt scias quomodò oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

PATRES.

Ecclesia veras scripturas à falsis discernit.

1. A. CONCILIVM primum Toletanum canone vigesimoprimo in assertione Catholicæ fidei: Si quis dixerit vel crediderit alias scripturas, præter quas Ecclesia catholica recipit, in authoritate habendas vel esse venerandas, anathema sit.

2. AVGVSTINVS sermone centesimo vigesimonono de tempore: Si quis aliquas scripturas præter eas quas catholica Ecclesia recepit, vel in authoritate habendas esse crediderit, vel fuerit veneratus, anathema sit.

3. IDEM

Scripturæ authoritatẽ recipiũt ab Ecclesiæ testimonio.

3. IDEM Augustinus libro decimotertio contra Faustum Manichæum, capite quarto: Si autem alios, quos dicat Apostolorum nostrorum, codices protulerit, quomodò eis ipse authoritatem dabit, quam per Ecclesias CHRISTI ab ipsis Apostolis constitutas non accepit, vt indè ad posteros firmata commendatione transcurreret? Quomodò ille, cui non credo, profert mihi scripturas, quibus de illo credam: & eis ipse conatur dare authoritatem, cùm ego ipsi non credam?

Canonicarũ Scripturarũ approbatio vndè.

4. ET capite quinto: Quid ergò respõdetis? Cuinam de CHRISTO crediderit is, quibus testes alienigenæ nõ placent? Nostrorum porrò librorum authoritas, tot gentium consensione, per successiones Apostolorum, Episcoporum, Conciliorumq; roborata, vobis aduersa est.

5. ITEM libro vigesimooctauo contra Faustum Manichæum, capite secundo: Cùm cœpero Matthæi Euangelium recitare Apostoli IESV, vbi narratio natiuitatis eius tota contexitur, continuò dices illam narrationem non esse Matthæi, quam Matthæi esse dicit vniuersa Ecclesia, ab Apostolicis sedibus vsque ad præsentes Episcopos, certa successione perducta. Tu mihi quid contrà lecturus es? Aliquem fortè librum Manichæi, vbi IESVS negatur esse natus ex virgine. Sicut ergò ego credo illum librum esse Manichæi, quoniam ex ipso tempore quo Manichæus viuebat in carne, per discipulos eius certa successione præpositorum vestrorum, ad vestra vsque tempora custoditus atque perductus est: sic & istum librum crede esse Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthæus ipse in carne vixit, non interrupta serie temporum, Ecclesia certa connexionis successione, vsque ad tempora ista perduxit. Et dic mihi, cui libro potiùs credere debeamus, eiúsne Apostoli, qui CHRISTO, cùm adhuc in terra esset, adhæserat, an nescio cui Persæ, qui tanto pòst natus est? Sed alium fortè profers librum, qui nomen habeat alicuius Apostoli, quem à CHRISTO cõstat electum, & ibi Christum natum ex Maria non esse lecturus es. Cùm ergò necesse sit alterum horum librorum esse mẽdacem, cui nos potiùs censes fidem accommodare debere? eíne quem illa Ecclesia ab ipso CHRISTO inchoata, & per Apostolos prouecta certa successionum serie, vsq; ad hæc tempora toto terrarum orbe dilatata, ab initio traditum & conseruatum agnoscit atque approbat: an ei quem eadem Ecclesia incognitum reprobat, cùm etiam proferatur ab hominibus ità veracibus, vt CHRISTVM laudent esse mentitum?

Scripturæ ab Ecclesia approbatæ, sunt approbandæ: ab ea verò reprobatæ, reijciendæ.

6. ET

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiæ potiùs credēdū q̄ hæreticis pōst exortis.

6. ET capite quarto: Aut si etiàm de Matthęo, vtrùm ipse ista scripserit, dubitat, de ipso quoquè Matthęo non potiùs id credat, quod inuenit in Ecclesia, quæ ab ipsius Matthæi temporibus vsque ad hoc tempus certa successionum serie declaratur: & credat nescio cui, ex transuerso de Perside, post ducentos vel ampliùs annos venienti, & suadenti vt illi potiùs, quid CHRISTVS dixerit fecerítque, credatur: cùm ipse Apostolus Paulus post ascensionem Domini de cælo vocatus, si non inueniret in carne Apostolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo Euangelium, eiusdem societatis esse apparéret, Ecclesia illi omninò non crederet? Sed cùm cognouisset eum hoc annunciantem, quod etiàm illi annunciabant, & in eorum communione atque vnitate viuentem, accedentibus etiam per eum talibus signis, qualia & illi operabantur, ità eum Domino commendante, meruit authoritatem, vt verba illius hodiè sic audiantur in Ecclesia, tanquàm in illo CHRISTVS, sicut ipse verissimè dixit, locutus audiatur. Et putat Manichæus credi sibi debere ab Ecclesia CHRISTI, loquenti contra scripturas tanta & tam ordinata authoritate firmatas, per quas ei præcipuè commendatum est, vt quisquis illi annunciauerit præterquàm quod accepit, anathema sit.

Paulo nō crederetur, nisi euāgeliū suū cōtulisset cū Ecclesiæ præfectis. Galat. 2.

1. Cor. 14.

Galat. 1.

7. HIERONYMVS in exploratione symboli ad Damasum: Nouum & vetus testamentum, &c. vt in textu.

Ecclesiæ iudiciū in recēsendis diuinarū literarū libris.

8. AVGVSTINVS sermone centesimo nonagesimoprimo de tempore: Nouum & vetus Testamentū recipimus in illo librorum numero, quem sanctæ Ecclesiæ Catholicæ tradit authoritas.

9. CONCILIVM Laodicenum canone vltimo libros canonicos noui & veteris testamenti enumerat, qui tunc temporis certam authoritatem obtinebant.

Libri Canonici veteris & noui Testamenti tēpore B. Augustini ijdem sunt cū nostris.

10. CONCILIVM tertium Carthaginense canone quadragesimoseptimo: Placuit, vt præter scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenō libri duo, Iob, Psalterium Dauidicum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim Prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Hesther, Esdræ libri duo, Machabæorum libri duo. Noui autem Testamenti, Euangeliorum libri quatuor, Actuum Apostolorum liber vnus, Pauli Apostoli epistolæ tredecim, eiusdem ad Hebræos vna, Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres,

tres, Iudæ Apostoli vna, & Iacobi vna, Apocalypsis Ioannis liber vnus. Huic Concilio interfuit Diuus Augustinus, qui in libro secūdo de Doctrina Christiana, capite octauo, eundem habet canonicarum scripturarum catalogum.

11. CONCILIVM Tridentinum sessione quarta: Sacrosancta Oecumenica & generalis Tridentina Synodus, in spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea tribus Apostolicæ sedis legatis, hoc sibi perpetuò ante oculos proponens, vt sublatis erroribus puritas ipsa Euāgelij in Ecclesia conseruetur: quod promissum antè p̄ pphetas in scripturis sanctis, Dominus noster IESVS CHRISTVS Dei filius, pprio ore primū promulgauit: deindè p̄ suos Apostolos tanquàm fontem omnis & salutaris veritatis, & morum disciplinæ, omni creaturæ prædicari iussit: perspiciensq̄ hāc veritatē & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus, quæ ex ipsius CHRISTI ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis spiritu sancto dictāte, quasi per manus traditæ ad nos vsq̄ peruenerūt: orthodoxorū patrum exempla sequuta, omnes libros tam veteris quàm noui testamenti, quum vtriusq̄ vnus Deus sit author, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquàm vel oretenus à CHRISTO, vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia catholica conseruatas, pari pietatis affectu ac reuerentia suscipit ac veneratur. Sacrorum verò librorum indicem huic decreto asscribēdum censuit, nè cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur: sunt verò intrà scripti: Testamenti veteris quinque Moysi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiū. Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias: Tobias, Iudith, Hesther, Iob, Psalterium Dauidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim p̄phetæ minores, id est, Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorū, primus & secundus. Testamenti noui, quatuor Euangelia, secundùm Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti: quatuordecim epistolæ Pauli Apostoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos:

Veritas morumq; disciplina partim scriptis libris, partim non scriptis traditiōibus continetur.

Pari reuerentia Traditiones Apostolicæ cum sacris literis recipiuntur.

Catalogus librorū sacrorū vtriusq; testāmēti in Trīdētina Synodo promulgatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vetus vulgata editio approbatur.

Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna: & Apocalypsis Ioannis Apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas

Traditionum cõtemptores anathemate feriuntur.

sciens & prudens contempserit, anathema sit.

12. AVGVSTINVS contra epistolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, capite quinto: Quæro ergò, quis sit ille Manichæus? respondebitis, Apostolus CHRISTI. Non credo. Iam quid dicas aut facias, non habebis: promittebas enim scientiam veritatis: & nunc quod nescio cogis vt credam. Euangelium fortè mihi lecturus es, & indè Manichæi personam tẽtabis asserere. Si ergò inuenires aliquem, qui Euangelio nondùm credit, quid faceres dicenti tibi, non credo? Ego verò Euangelio non crederem, nisì me Catholicæ Ecclesiæ commoueret authoritas. quibus obtemperaui dicentibus, Credite Euangelio: cur eis non obtemperem dicentibus mihi, Noli credere Manichæo? Elige quid velis. Si dixeris, Crede Catholicis, ipsi me monent, vt nullam fidem accommodem vobis. Quapropter non possum illis credens, nisì tibi non credere. Si dixeris, noli catholicis credere: non rectè facies per Euangelium me cogere ad Manichæi fidem, quia ipsi Euangelio, catholicis prædicantibus, credidi.

Euãgelio Augustinus non crederet, nisi authoritate Ecclesiæ permotus.

1. B. AVGVSTINVS libro primo, capite trigesimotertio contra Cresconium grammaticum: Quanuis huius rei (non rebaptizandos esse hæreticos) certè de scripturis Canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum, etiàm in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus, quod vniuersę iam placuit ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat authoritas, vt quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat.

In rebus dubijs ad Ecclesiæ iudicium cõfugiendũ.

2. CONCILIVM Tridentinum sessione quarta: Ad coërcenda petulantia ingenia sacrosancta Synodus decernit, vt nemo sũę prudentiæ innixus, in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinę Christianæ pertinẽtium, sacram scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum quem tenuit & tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione scripturarum sanctarum, aut etiam contra vnanimem consensum Patrum ipsam scri-

Scripturarũ interpretatio quẽadmodũ fieri debeat.

Ecclesiæ est iudicare de vero sensu scripturæ.

scripturam sacram interpretari audeat: etiamsi huiusmodi interpretationes nullo vnq̃ tempore in lucẽ edendę forent. Qui cõtrauenerint, p ordinarios declarẽtur, & pœnis à iure statutis puniãtur.

3. VINCENTIVS in libello aduersùs profanas Hæreseũ nouationes, vt suprà quæst. vndecima, C. authoritate 10.

4. AVGVSTINVS libro primo de Trinitate, capite tertio: Nec ipsis sanctis Diuinorum librorum authoritatibus vllo modo quisquã rectè tribuerit tam multos & varios errores hęreticorum, cùm omnes ex eisdem scripturis, falsas atque fallaces opiniones suas conantur defendere.

Hæretici scripturis suas opiniões cõnãtur defendere.

5. HILARIVS Pictauiensis in libro secundo ad Constantiũ Augustum, quem ipse ei tradidit: Memẽto neminẽ hæreticorũ esse, qui se nunc non secundùm scripturas p̃dicare ea qbus blasphemat, mẽtiatur. Hinc enim Marcellius, verbum Dei cùm legit, nescit. Hinc Photinus &c. Omnes scripturas sine sensu loquũtur, fidem sine fide prætendunt. Scripturæ enim non in legendo sunt, sed in intelligendo, neque in præuaricatione sunt, sed in charitate.

Hæretici scripturas sine sensu crepãt.

Scriptura nõ in legẽdo, sed in intelligendo consistit.

6. VINCENTIVS Lirinensis aduersùs prophanas hæreseon nouationes: Hic fortassè aliqs interroget, an & hæretici diuinæ scripturę testimonijs vtantur? Vtuntur planè, & vehementer quidẽ. Nã videas eos volare per singula quæq; sanctę legis volumina, p Moysi, per Regnorum libros, per psalmos, per Apostolos, per Euangelia, p Prophetas. Siue enim apud suos, siue alienos, siue priuatim siue publicè, siue in sermonibus, siue in libris, siue in conuiuijs, siue in plateis, nihil vnq̃ penè de suo proferunt, quod nõ etiam scripturæ verbis adumbrare conentur. Lege Pauli Samosateni opuscula, Priscilliani, Eunomij, Iouiniani, reliquarumq; pestium: cernas infinitã exemplorum congeriem, propè nullam omitti paginam, q̃ non noui aut veteris testamẽti sentẽtijs fucata & colorata sit. Sed tãto magis cauendi & pertimescendi sunt, quanto occultiùs sub Diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores suos nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur: atque idcircò eos cælestis eloquij velut quodam aromate adspergunt, vt ille qui humanum facilè despiceret errorem, diuina non facilè contemnat oracula. Itaque faciunt quod hi solent, qui paruulis austera quædam temperaturi pocula, priùs ora melle circunlinunt, vt incauta ætas cùm dulcedinem præsenserit, amaritudinem non reformidet. Idem denique & Saluator clamabat: Attendite vobis à pseudoprophetis, qui veniũt ad vos in vestitu ouium, ab intùs autem sunt

Cur scripturis vtantur.

Matth. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæretici scripturis tanq̃ ouiũ vestimẽtis, lupum tegunt.

lupi rapaces. Quid est vestitus ouium, nisi Prophetarum & Apostolorum proloquia, quæ ijdem ouili quadam ſynceritate, agno illi immaculato qui tollit peccatum mundi, tanquàm vellera quędam texuerunt? Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hæreticorum feri & rabidi, qui caulas Ecclesiæ semper infestant, & gregem CHRISTI, quaqua possunt, dilacerant? Sed vt facilius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam speciem, & sese diuinæ legis sententijs, velut quibusdam velleribus obuoluunt: vt cùm quisque lanarum mollitiem præsenserit, nequaquàm

Fructus, ex q̃bus cognoscẽdi, sunt nouitiæ interpretatiões, Ecclesiæ doctrinæ aduersantes.

aculeos dentium pertimescat. Sed quid ait Saluator? Ex fructibus eorum cognoscetis eos, id est, cùm cœperint Diuinas illas vo-

2. Cor. 11.

ces non iam proferre tantùm, sed etiam exponere, nec adhuc iactare solùm, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virus exhalatur, tunc prophanæ nouitates aperiuntur, tunc primùm scindi sepem videas, tunc transferri Patrum terminos, tunc catholicam fidem cædi, tunc Ecclesiasticum dogma lacerari. Tales erant hi quos percutit Apostolus Paulus, in secunda ad Corinthios dicens: Nam eiusmodi, inquit, Pseudoapostoli, operarij subdoli, transfigurant se in Apostolos CHRISTI. Quid est, transfigurãt se in Apostolos

Hæretici citãtes scripturas, transfigurãt se in Apostolos Christi.

Christi? Proferebãt Apostoli diuinę legis exẽpla, proferebant & illi. Proferebant Apostoli psalmorum authoritates, pferebant & illi: pferebant Apostoli sententias Prophetarum, & illi nihilominùs proferebant. Sed cùm ea q̃ similiter protulerant, interpretari non similiter cœpissent, tunc simplices à subdolis, tunc infucati à fucatis, tunc recti à peruersis, tunc postremò veri Apostoli à falsis apostolis discernebantur. Et non mirum, inquit: Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis: Non est ergò magnum, si ministri eius transfigurantur, sicut ministri iustitiæ. Ergò secundùm Apostoli Pauli magisterium, quotiescunquè vel Pseudoapostoli, vel Pseudoprophetæ, vel Pseudodoctores diuinæ legis sententias proferũt,

Dæmonis astutiã imitantur.

quibus malè interpretatis errores suos adstruere conentur, non dubium est, quin authoris sui callida machinamenta sectentur: quæ ille nunquàm profectò comminisceretur, nisi sciret omninò nullam esse ad fallendum faciliorem viam, quàm vt vbi nefarij erroris

Diabolus etiã citauit scripturas. Matth. 4.

subinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum prærendatur authoritas. Sed dicet aliqs: Vndè probatur quòd sacrę legis exemplis diabolus vti soleat? Legat Euangelia in quibus scribitur: Tunc assumpsit eum diabolus, id est, Dominum Saluatorem: & statuit illum

lum supra pinnam templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim, quòd angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis: In manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Quid hic faciet misellis hominibus, qui ipsum Dominum maiestatis scripturarum testimonijs adpetiuit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum. Quare? scriptum est enim, inquit. Magnoperè vobis doctrina loci istius attendenda atq̃ retinenda est, vt tanto euãgelicæ authoritatis exemplo, quandò aliquos Apostolica, seu prophetica verba proferre contra Catholicam fidem viderimus, diabolũ per eos loqui minimè dubitemus. Nam sicut tunc caput capiti, ità nunc quoquè membra membris loquuntur: membra scilicet diaboli membris CHRISTI: perfidi fidelibus: sacrilegi religiosis: hæretici postremò catholicis. Sed quid tandèm dicit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum. Hoc est, filius esse vis Dei, & hæreditatem regni cælestis accipere, mitte te deorsum, id est, ex istius te sublimis Ecclesiæ, quæ etiam templum Dei putatur, doctrina & traditione demitte. Ac si quis interroget quempiam hæreticorum sibi talia persuadentem, vndè probas, vndè doces, quòd Ecclesiæ Catholicę vniuersãlem & antiquam fidem dimittere debeam? statim ille: Scriptum est enim. Et continnò mille testimonia, mille exempla, mille authoritates parat, de lege, de psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus nouo & malo more interpretatis, ex arce Catholica in hæreseos barathrum infelix anima p̃cipitetur.

Pſal. 90.

Diabolus per eos loquitur, qui scripturas eõtra Catholicam fidẽ proferunt.

Suadet dæmõ p hæreticos, vt antiquam Ecclesiæ fidẽ deseramus.

7. HIERONYMVS aduersus Luciferianos: Nec sibi blandiãtur Marcionitæ, Valentiniani, &c. si de scripturarum capitulis videtur sibi affirmare, quod dicunt: cùm & diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo. Alioquì si literam sequimur, possumus & nos quoq; nouum nobis dogma componere: vt asseramus in Ecclesiam non recipiendos qui calceati sint, & duas tunicas habeant.

Matt. 4. Scripturæ nõ in legẽdo, sed in intelligendo cõsistunt. Matt. 10. Luc. 10.

8. IDEM in caput primum ad Galatas: Marcion & Basilides & cęterę hęreticorum pestes non habent Dei Euangelium: quia non habent spiritum sanctum, sine quo humanum fit Euangelium quod docetur. Nec putemus in verbis scripturarum esse Euangelium, sed in sensu: Non in superficie, sed in medulla: Non in sermonum foliis, sed in radice rationis. Dicitur in propheta de Deo: Sermones eius boni sunt cum eo. Tũc scriptura vtilis est audientibus, cùm absq̃ CHRISTO non dicitur, cùm absque Patre non profertur, cùm

Euangelium nõ est in verbis scripturarum, sed in sensu.

Micheæ 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine spiritu non eam insinuat ille qui prædicat. Alioquin & diabolus qui loquitur de scripturis, & omnes hæreses secundùm Ezechiel indè sibi consuunt ceruicalia, quæ ponant sub cubito vniuersæ ætatis. Et post pauca: Grãde periculum est in Ecclesia loqui, nè fortè interpretatione peruersa, de Euangelio CHRISTI, hominis fiat Euangelium, aut quod peius est, diaboli.

Ezech. 13. Euangelium Christi fit hominis aut diaboli, quãdò ex proprio cerebro interpretatur.

9. HILARIVS libro secundo de Trinitate: Extiterunt plures, qui cælestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione susciperent aliter interpretanda, quàm dictorũ virtus postularet. De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est: & sensus, non sermo, fit crimen.

Hæresis non tã de scriptura, quàm de intelligẽtia est.

1. EPIPHANIVS hæresi sexagesimaprima contra Apostolicos: Oportet autem & Traditione vti. Non enim omnia à Diuina scriptura accipi possunt. Quapropter aliqua in scripturis, aliqua in traditione sancti Apostoli tradiderunt, quemadmodùm dicit sanctus Apostolus: Sicut tradidi vobis. Et alibi: Sic doceo, & sic tradidi in ecclesijs. Et, Si continetis, nisi frustrà credidistis.

Scriptura nõ ola continet. 1. Cor. 11. 14. 15.

2. AVGVSTINVS libro vndecimo contra Faustum, capite secundo: Vsqueadeò inuicta sunt quæ aduersùs vos de Diuinis codicibus proferuntur, vt non sit aliud quod dicatis, nisi eos esse falsatos. Quæ authoritas literarũ aperiri, quis sacer liber euolui, quod documentum cuiuslibet scripturę ad conuincendos errores exeri potest, si hęc vox admittitur, si alicuius ponderis æstimatur? Et paulò pòst: Quid si alius simili insania, sed tamen qua tua duritia confringatur, existat & dicat, Immò illud quod pro te sonat, falsum est: hoc autem quod contra te est, verum est: quid acturus es, nisi fortè alium librum prolaturus, vbi quicquid légeris, secũdùm tuam sententiam possit intelligi? Hoc si feceris, non de aliqua eius particula, sed de toto audies contradicentem & clamantem, Falsus es. Quid ages? quò te conuertes? quam libri à te prolati originem, quam vetustatem, quam seriem successionis testem citabis? Nam si hoc facere conaberis, & nihil valebis: & vides in hac re quid Ecclesię Catholicę valeat authoritas, quę ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsq; ad hodiernum diem succedentium sibimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur.

Hæretici scripturis conuicti, dicũt eas falsatas.

Ecclesiæ Catholicæ authoritas in approbatiõe sacrorum librorum.

3. IDEM libro septimo contra Donatistas, capite quinquagesimotertio: Sed nobis tutum non est, in ea non progredi aliqua temeritate sententiæ, quæ nullo in Catholico regionali Concilio cœpta, nullo plenario Concilio terminata sunt: id autem sit cura securæ vo-

Securè asseritur, quod Ecclesiæ Catholicæ cõsensione roboratũ est.

vocis asserere, quod in gubernatione Domini Dei nostri & saluatoris IESV CHRISTI, vniuersalis Ecclesiæ consensione roboratum est.

4. ITEM in psalmum quinquagesimumseptimum: In ventre Ecclesiæ, veritas manet. Quisquis ab hoc ventre Ecclesię separatus fuerit, necesse est vt falsa loquatur. Necesse est, inquam, vt falsa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quem conceptum mater excussit.

Veritas in Ecclesia.

1. D. CANON Apostolorum trigesimusoctauus, vel iuxta nouam Translationem trigesimussextus: Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, vt inter se inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoueant.

Concilia cur celebrentur.

2. PRIMA synodus Nicena canone quinto: Visum est, per singulos annos in singulis quibusq; prouincijs, bis in anno Episcoporum Concilia fieri, vt simul in vnum conuenientes ex communi prouincia, huiusmodi examinent quæstiones, vt ità demùm hi, qui ob culpas suas Episcoporum suorum offensam meritò contraxerunt, dignè etiam à cęteris excommunicati similiter habeantur, quousq; in communi, vel ipsi Episcopo suo visum fuerit, humaniorem circa eos ferre sententiam.

3. CONCILIVM Lateranense magnum, canone sexto: Sicut olim à sanctis patribus noscitur institutum, Metropolitani singulis annis cum suis Suffraganeis prouincialia non omittant concilia celebrare, in quibus de corrigendis excessibus & moribus reformandis, præsertim in clero, diligentem habeant cum DEI timore tractatum.

1. E. HIERONYMVS in caput decimumoctauum Matthęi: Quia dixerat, Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & poterat contemptoris fratris hæc occulta esse responsio, vel tacita cogitatio: si me despicis, & ego te despicio: si tu me condemnas, & mea sententia condemnaberis: potestatem tribuit Apostolis, vt sciant qui à talibus condemnantur, humanam sententiam diuina sentẽtia roborari: & quodcunque ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cælo.

Matt. 18.

In excommunicatione humana sententia, diuina roboratur.

2. AVGVSTINVS libro de fide & operibus, capite quinto: Cùm eis per quos Ecclesia regitur, adest salua pace potestas disciplinæ aduersùs improbos aut nefarios exercendæ, tunc rursùs, nè socordia segnitiaq; dormiamus, alijs aculeis præceptorum, quę ad seueritatẽ coercitionis ptinent, excitandi sumus, vt gressus nostros in via Domini

Potestas excommunicãdi in ecclesia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini ex vtrisque testimonijs illo duce atque adiutore dirigentes nec patientiæ nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæuiamus. Et capite tertio: Non omittendam censuit CHRISTVS ecclesię disciplinam: immò verò admonuit adhibendam, quãdò, ait, Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit te, assume tecum vnum vel duos, vt in ore testium duorum vel trium, stet omne verbum. Quòd si nõ audierit eos, dic Ecclesię. Si autem nec Ecclesiam audierit, sit tibi tãquàm ethnicus & publicanus. Deindè ipsius seueritatis terrorem grauissimum adiecit, etiàm eo loco, dicens: Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cęlo: Quę ligaueritis in terra, ligata erunt in cęlo. Prohibet etiam sanctum dare canibus. Nec contrarius est Apostolus Domino, quia dicit: Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: cùm ille dicat, Corripe eum inter te & ipsum. Vtrunque enim faciẽdum est, sicut & infirmitatis diuersitas admonet eorum, quos vtiquè non perdendos, sed corrigendos, curandosq; suscepimus, & alius sic, alius autem sic sanandus est: ità etiàm est ratio dissimulandi & tolerandi malos in Ecclesia: & est rursùs ratio castigandi & corrigendi, non admittendi, vel à communione remouendi.

Matt. 18.

Seueritatis terrorẽ grauissimũ adiecit Dominus. Matt. 7.

1. Tim. 5.

Excommunicatio sit discreta.

3. AVGVSTINVS libro tertio contra epistolam Parmeniani, capite secundo: Cùm quisque fratrum, id est, Christianorum intùs in Ecclesię societate cõstitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc vbi periculum schismatis nullum est, atque id cum ea dilectione, de qua ipse alibi præcipit, dicens, vt inimicum non eum existimetis, sed corripite vt fratrem. Non enim estis ad eradicandũ, sed ad corrigendum. Quòd si se non agnouerit, neque pœnitendo correxerit, ipse foràs exiet, & per propriam volũtatem ab ecclesię vnitate dirimetur. Nam & ipse Dominus cùm seruis volẽtibus zizania colligere, dixit, Sinite vtraque crescere vsque ad messem: præmisit causam, dicẽs, nè fortè cùm vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostendit, cùm metus iste non subest, sed omninò de frumentorum certa stabilitate, certa securitas manet: id est, quandò ità cuiusque crimẽ notum est omnibus, & omnibus execrabile appáret, vt vel nullus prorsùs, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior† confirmatio charitatis.

Quandò fieri nõ debeat excommunicatio.

2. Thes. 3.

Matt. 13.

†aliàs conseruatio.

ritatis. Tunc autem hoc sine labe pacis & vnitatis, & sine lęsione frumentorum fieri potest, cùm congregationis Ecclesiæ multitudo ab eo crimine quo anathematizatur, aliena est. Tunc enim adiuuat p̃positum potiùs corripientem, quàm criminosum resistentem.

4. GREGORIVS homilia vigesimasexta in Euangelia: Apostolorum profectò nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent: ligandi atque soluendi authoritatem suscipiunt qui gradum regiminis sortiuntur. Grãdis honor, sed graue pondus istius est honoris. Durum quippe est, vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex vitę fiat alienę. Et plerunquè contingit, vt hic iudicij locum teneat, cui ad locum vita minimè concordat. Ac proindè sæpè agitur, vt vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatus soluat. Sæpè in soluendis ac ligandis subditis suæ voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur &c. Causæ ergò pensandæ sunt, & tunc ligandi atque soluendi potestas exercẽda: videndũ est, quæ culpa, aut quæ sit pœnitentia sequuta post culpam: & quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos Pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio præsidentis, cùm æterni arbitrium sequitur iudicis. Et nonnullis interiectis: Sed vtrùm iustè an iniustè obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timẽda est, nè is qui subest, & cùm iniustè forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergò vel absoluere indiscretè timeat vel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniustè: nec pastoris sui iudicium temerè repræhendat, nè etsi iniustè ligatus est, ex ipsa tumidę repræhensionis superbia, culpa quæ non erat, fiat.

Episcopi apostolorũ locũ tenent in ecclesia.

Sententia pastoris, licèt iniusta, timẽda est.

5. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio: Habent quidem & terrestres principes vinculi potestatem, verùm corporũ solùm. Id autem quod dico sacerdotum vinculum, ipsam etiam animam contingit, atque ad cælos vsque peruadit: vsque adeò vt quęcunque infernè sacerdotes confecerint, illa eadẽ Deus supernè rata habeat, ac seruorum sententiam Dominus confirmet. Plura testimonia vide suprà de Symbolo, quęst. 18.

Vinculũ sacerdotum ipsam attingit animam.

Seruoeũ sententiã Dominus cõfirmat.

XVII

Quis est doctrinæ totius de Ecclesiæ præceptis & traditionibus vsus ac fructus?

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. Ingens profectò est ac varius. Atque primus quidem, vt intelligamus, nos solis literis seu scripturis diuinis minimè alligari. Quid enim (vt Irenæi[a] verbis vtamur) si neque Apostoli quidē scripturas reliquissent nobis, nónne oportebat ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus cōmittebant Ecclesias? Itaque luculenter dixit Basilius[b]: Dogmata quę in Ecclesia seruantur ac prædicantur, quædam habemus è doctrina scripto prædita: quædam rursùs ex Apostolorum traditione in mysterio, id est, in occulto tradita, recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad pietatem: nec his quisquam cōtradicit, quisquis sanè vel tenuiter expertus est, quæ sunt iura Ecclesiastica.

a Lib. 3. ca. 4. Epi. hære. 61.

b Lib. de spiritu sancto cap. 27.

B. Neque dubiū esse potest, quin CHRISTVS[c] & Apostoli multa tum egerint, tum docuerint, q̄ etsi scripta quidem non sint, ad nos tamen posterosque maximè pertineant. De quibus generatim Paulus admonens[d]: *De cætero fratres*, inquit, *quæcūque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunq; iusta, quæcūque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.*

c Ioan. 20. g & 21. f Aug. epi. 108. ad Seleucianum.

d Philip. 4. b

C. Proximus est, rectè vti Christiana libertate, quam homines ocio luxuq; capti, si vnquàm aliás, nunc maximè dant in occasionem carnis, vt Apostolus[e] loquitur: illius prætextu, fœdis voluptatib⁹ inseruiunt, & quidquid ferè libet, etiam circa Religionis instituta mutanda, id licere sibi arbitrātur. Atquì ab ista prophana nouitate ac temeritate nos reuocant, tuentur, deterrent Apostolica & Ecclesiastica dogmata simul & instituta: quæ frænum inijciunt humanę licentię, docentque conueniēter vti Christiana libertate: ità nimirùm, vt nos à iugo peccati & à seruitute veteris legis per Christum liberi effecti, vltrò libenterque præstemus Christianum officium, seruiamus Deo in iustitia & sanctitate, ducem sequamur spiritū in lege charitatis, iustitię serui, obediētię filij, humilitatis cultores, patientię custodes, pœnitētię & crucis amatores. *Vos*, inquit[h] Apostolus, *in libertatē vocati estis fratres: tantùm nè libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicèm.* Ad quā spiritus charitatem sanctę seruitutis obsequio, & alendam & conseruandam cùm honesta cuncta prosunt, tum ingens pondus adferunt piè obseruatæ Ecclesiæ traditiones.

e Gal. 5. b
a Pet. 2. d

Au epist. 118.

f 1. Pet. 1. c
Rom. 9. d
Gal. 3. b & 4. d
Rom. 8. a
g Psal. 53. b
Col. 3. d
Luc. 1. g
2. Cor. 3. d
Rom. 6. c
1 Cor. 9. c
1. Pet. 1. d
1. Pet. 2. d
Luc. 21. d
Matt. 4. c 16. d
h Gal. 5. b

D. Postremus est, vt verum inter legitimos & nothos Ecclesiæ filios, seu inter Catholicos & hęreticos discrimen indè accipiamus. Illi enim simpliciter

a Vincen. Lir.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simpliciter in doctrina Ecclesię, siue scripto ea, nẽpe biblicis literis tradita sit, siue Patrum traditione comprobata, acquiescunt. Sequuntur enim verbũ Dei: [b] *Nè transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.*

b Proue. 22. b Eccles. 8 b Deut. 32. a Hiere. 6. d

E. Hi verò qui sunt hæretici, ab hac simplicitate fidei & à venerandę matris Ecclesię, sanctorumq; Patrum probata sententia discedunt, nimiumque sibi vel desertoribus Ecclesię fidunt, adeoque ne moniti quidẽ resipiscunt. Quare Paulus de ijs tam seriò sanxit, dum ait: [c] *Hæreticum hominẽ post vnam & secundam correptionẽ deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est.* Atque vt cum [d] Cyprianо conclu-

c Tit 3. c

d Ad Pópeiũ.

damus, Quisquis ab Ecclesię vnitate discesserit, cũ hęreticis necesse est inueniatur.

SCRIPTVRAE.

AD Philippenses quarto, ad Galatas quinto, Prouerbiorũ vigesimo, & ad Titum tertio, vt in textu.

IOANNIS vigesimo: Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.

ET vigesimoprimo: Sunt autem & alia multa quæ fecit IESVS: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

POSTERIORIS Petri secundo: Libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis.

PRIORIS Petri primo capite: Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argẽto redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati CHRISTI & incontaminati.

AD Romanos sexto: Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Et paulò pòst: Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.

AD Galatas tertio: CHRISTVS nos redemit de maledicto legis.

ET capite quarto: Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate CHRISTVS nos liberauit.

AD Romanos octauo: Lex enim spiritus vitæ in CHRITO IESV, liberauit me à lege peccati & mortis.

PSALMO quinquagesimotertio: Voluntariè sacrificabo tibi.

AD Colossenses tertio: Quodcunque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus: scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino CHRISTO seruite.

LVCAE primo: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi In sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.

SECVNDAE ad Corinthios tertio: Vbì autem spiritus Domini, ibi libertas.

AD Romanos sexto, vt suprà.

PRIORIS ad Corinthios nono: Cùm liber essem ex oñibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem.

PRIORIS Petri primo: Animas vestras castificãtes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicèm diligite attentiùs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET capite secundo: Si benè facientes, patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum.

LVCAE vigesimoprimo: In patientia vestra possidebitis animas vestras.

MATTHAEI quarto: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.

ET decimosexto: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

ECCLESIASTICI octauo: Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.

DEVTERONOMII trigesimosecundo: Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi: Maiores tuos, & dicent tibi.

HIEREMIAE sexto: Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris.

PATRES.

1. A. IRENAEVS libro tertio aduersùs hæreses Valentini, capite quarto: vt suprà de Symbolo, quæstione 22. D. authoritate 2.

2. EPIPHANIVS hæresi sexagesimaprima cõtra Apostolicos, vt suprà, quæstione decimasexta, C. authoritat. prima.

3. BASILIVS libro de spiritu sancto, capite vigesimoseptimo, vt suprà de præceptis Ecclesiæ, quæstione secunda, A. authoritate 2.

Non omnia scripta.

B. AVGVSTINVS epistola centesimaoctaua ad Seleucianam, vbi cùm disputaret quandò Apostoli baptizati sint: Sed non omnia, inquit, quæ facta sunt, etiàm scripta inueniuntur.

C. ITEM epistola cẽtesima decimaoctaua ad Ianuarium, vt suprà, quæstione quarta & octaua.

Hæreticorũ proprium, gaudere nouitatibus.

D. VINCENTIVS Lirinensis aduersùs prophanas nouationes hæreticorum: Cunctis satis euidenter perspicuéque monstratur, hoc apud omnes ferè hæreses quasi solenne esse ac legitimum, vt

vt semper prophanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientiæ, à fide naufragent: Contrà verò Catholicorum hoc ferè proprium, depositа sanctorũ patrum & commissa seruare, damnare prophanas nouitates.

XVIII

Quæ demùm est summa omnium superiorum?

A. Quæ à principio quidem hucusquè tractata sunt de summa Christianæ doctrinæ, eò spectãt, vt vera Christiani hominis sapientia constituatur: quæ tribus illis [a] virtutibus, [b] *Fide, Spe, & Charitate* compræhenditur. Et Fide quidem veritati Dei firmiter [c] assentitur, eique innititur anima. Spe autem propiùs [d] adhuc appræhendit bonitatem Dei, Fide iam cognitam atque conceptam: Charitate [e] demùm Deo, proximoque propter Deum coniungitur & vnitur.

[a] Aug. l. 2. Retract. cap. 63.
[b] 1. Cor. 13. d 2. Tim. 2. d
[c] Hebr. 11. a
[d] Galat. 5. a
[e] Rom. 8. g Ioan. 14. c Rom. 13. c

B. Cæterùm de Fide nos docet Symbolum Apostolicum, dum ea proponit, quæ maximè sunt credenda & profitenda Christiano. De his verò quę speranda & desideranda, precatio nos instituit Dominica. Ad charitatem porrò spectãt, quę duabus tabulis Decalogus exhibet.

Aug. in Enchir. cap. 17.

C. Præclarè igitur [f] Origenes: Puto, inquit, quòd prima salutis initia, & ipsa fundamenta Fides est: profectus verò & augmenta ædificij Spes: per-

[f] In c. 4. epist. ad Rom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfectio autem & culmen totius operis Charitas.

g Lucæ 11.d Rom. 2 b Lucæ 6.g Mat. 7.c.d 19. c 25.d Ioã. 15 a Matth. 10.c & 24 b

D. Illi ergò beati, qui audiunt[g] & custodiunt verbum DEI, quique voluntatem Patris cognoscunt & faciunt, in fide, Spe, & Charitate, duce CHRISTO ambulantes & perseuerantes.

E. Et hactenùs pro instituti quidem nostri ratione, satis de summis illis virtutibus: quæ cùm diuinitùs infundantur, ac diuinos mortales faciant, iurè quidem Theologicæ nuncupantur, rectèque ad sapientiam Christianam referuntur.

SCRIPTVRAE.

PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: Maior autem horum est charitas.

POSTERIORIS ad Timotheum secundo capite: Sectare verò iustitiam, fidem, spem, & charitatem.

AD Hebræos vndecimo: Est autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.

AD Galatas quinto: Nos enim spiritu, ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in CHRISTO IESV neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur.

AD Romanos octauo: Certus sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neq; profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quę est in CHRISTO IESV Dño nostro.

IOAN-

IOANNIS decimoquarto: qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

AD Romanos decimotertio: Qui diligit proximum, legẽ impleuit.

LVCAE vndecimo: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

AD Romanos secundo: Nõ enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

LVCAE sexto: Quid autem vocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendã vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altũ &c. Qui aũt audit, & non facit, similis est homini ædificanti domum suã super terram sine fundamento, &c.

MATTHAEI septimo: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die, &c. Omnis ergò qui audit verba mea hæc, & facit ea: assimilabĩ viro sapienti &c. Et omnis qui audit verba mea hęc, & non facit ea, similis erit viro stulto &c.

MATTHAEI decimonono: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

ET vigesimoquinto: Esuriui, et dedistis mihi mãducare &c.

IOANNIS decimoquinto: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum (pater meus.)

MATTHAEI decimo & vigesimoquarto: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PATRES.

Joël.2. B IDEM in Enchiridio ad Laurentium capite septimo: Propheta ait: Et omnis qui inuocauerit nomẽ Domini, saluus erit: propter hoc Dominica oratio. Sed Apostolus cùm ad ipsam gratiam commendandam hoc propheticum commemorâsset testimonium, cõtinuò subiecit: Quomodò autem inuocabunt, in quem non crediderunt? Propter hoc Symbolum. In his duobus tria illa intuere. Fides credit, Spes & Charitas orant. Sed sine fide esse non possunt, ac per hoc & fides orat. Propterea quippe dictum est: Quomodò inuocabunt, in quem non crediderunt?

Rom.10.

C ORIGENES in caput quartum epistolæ ad Romanos, vt in textu.

XIX

An ne aliud quicquam ad doctrinam Christianam spectat?

A Etiam: huc enim planè spectat doctrina de Sacramentis, vt nôrint Christiani, quibus veluti instrumentis diuinitùs institutis habeãt opùs [a] ad Fidem, Spem, & præcipuè Charitatem, accipiendam, exercendam, augendam, conseruandam, ac etiam reparandam.

[a] Aug. in Ioã. tract. 120.

B Adde, quòd neque Sapientia, neque Iustitia Christiana cõstitui ac retineri absque Sacramentis potest, vt sine quibus [b] Religionem vniuersam extingui prorsùs necesse sit. Habent igitur ea sublimem in doctrina Christiana locũ, & necessariã quoquè tractationem.

[b] Aug. lib. 19. cont. Faust. c. 11. & de vera relig. cap. 17. Itẽ ep. 118. c. 1.

PATRES.

A AVGVSTINVS in Ioannem tractatu centesimo vigesimo: Vi-

Vigilanti verbo Euangelista vsus est, vt non diceret, Latus eius percussit, aut vulnerauit, aut quid aliud: sed, aperuit, vt illic quodammodò vitæ ostium panderetur, vndè sacramenta Ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam quæ vera vita est, non intratur.

Ioan. 19.

Sine Sacramẽtis Ecclesiæ non intratur ad veram vitã.

1. B IDEM libro decimonono contra Faustum Manichæum, capite vndecimo: In nullum nomen religionis seu verũ, seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel sacramẽtorum visibilium consortio colligentur.

Sacramẽtis in religiõe colligantur homines.

2. IDEM in libro de vera religione, capite decimoseptimo: Nunc verò quoniam pietas timore inchoatur, charitate perficitur, populus timore constrictus tempore seruitutis in veteri lege, multis sacramentis onerabatur. Hoc enim talibus vtile erat ad desideradam gratiam Dei, quæ per prophetas ventura canebatur. Quæ vbi venit, ab ipsâ DEI sapientia homine assumpto, à quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quæ societatem Christiani populi, hoc est, sub vno Deo liberæ multitudinis continerent.

In veteri lege plura Sacramenta quàm in noua.

Sacramentis nouæ legis ijsq; saluberrimis societas Christiani populi continetur. Matth. 11.

3. ET epistola centesima decimaoctaua ad Ianuarium, capite primo: Primò itaque tenere te volo, quod est huius disputationis caput, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, sicut ipse in Euangelio loquitur, leni iugo suo nos subdidisse, & sarcinæ leui. Vndè sacramentis numero pauciss imis, observatiõe facillimis, significatione præstantiss imis, societatem noui populi colligauit, sicuti est Baptismus Trinitatis nomine consecratus, communicatio corporis & sanguinis ipsius, & si quid aliud in scripturis canonicis commendatur, exceptis ijs quę seruitutem populi veteris pro congruentia cordis illorum & prophetici temporis onerabant, quę & in quinq; libris Moysi leguntur.

Societas noui populi paucissimis & pstãtissimis sacramẽtis colligata, cuius modi sũt exempli gratia, Baptismus & Eucharistia.

I. TOMI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX VERBORVM

AC RERVM, SENTENTIARVMVE, NON QVIDEM

omnium, sed maximè familiarium & communium, in præcedentem I. Tomum Authoritatũ, è Sacris Literis, sanctisq; & approbatis Patribus in Catechismo Dn. Petri Canisij passim allegatarum: opella Bartholomæi Laurẽtis (vulgò Poin di-*cti) sedulò congestus, iuxtaq; literarum, Casuum, Numerorum etiam alicubi ordinem, summa eiusdem cura digestus.*

MONITIVNCVLA AD LECTOREM.

Meminerit Lector studiosus, duos characteres istos, a & b, quos in hoc Indice passim numeris adhibitos offender, cum illic habere vsum, vt ipso a, superior pagina aut lateris imaginariè bipartiti pars: b, inferior insinuari putetur. Sicubi verò istorũ neuter adiectus fuerit, id præ se ferre, mõstrata seu indicata per numeros solitariè positos, toto latere eo aut pagina indifferenter quari, certoq; inueniri posse. Eosdem porrò characteres, festinã & occupatioris tantùm lectoris causa & bono adiecti, non vt studiosus quisquam suos sibi quærendi fructus per hoc quidquid est obsequij, subtractos, aut ignauus occasionem maioris ignauiæ sibi suppeditatam esse suspicari queat. Hac monitione gnauiter obseruata, restitutisq; sua in loca numeris paginarum bis, 166, 303, 431, erunt inuentu, quæ Index monstrabit, facilia.

A Aronis flos & virga, cuius figura, mysticeq; quid 200.b 203.a
Abagaro qui aut cur suam imaginem CHRISTVS miserit 325.b
abailardus cur à Diuo Bernardo oppugnatus 10.a
ab Apostolorum tempore viguisse vsum & venerationem imaginum 412.b
abcisus (vel abscissus) ab arbore ramus, cuinam mystice conferendus 97.a
ab ecclesia petenda veritas 143.a
ab ecclesia qui, cuius iudicio, non exeundum 452.a
abel qui electa Deo munera obtulerit 232.b
aberratio hodiè circa traditiones apostolicas & ecclesiasticas, quanta 413.a
ab hæresi (iuxta Vincentium Lirin.) cauendi ratio optima quæ 467.b
abraham cur qua fide laudatus 11.a qui ad offerendum Isaac permotus 232.b eius sinus quid 275.a
absque charitate fidem esse posse, prodesse non posse 225.a
absq; charitate neminem Deo placere 221.a
absque Dei iudicio sacerdotes non esse aut fieri 460.b
absque geniculatiõe die Dominico adorare, traditionis esse apostolicæ 405.b
absque peccatis etiam venialibus viuere, q̃ sit rarum ac difficile 202.b
absq; Ro. sedis authoritate nil decernendũ aut nouandum 441.b
absq; sacramentis ad vitam nõ intrari 523.b
absq; scriptis nonnulla cur quasi in silentio tradita 403.b 404.a
abstinentia quò conducat 495.a
abstinentia feriæ 4. & 6. cuius sit traditionis 411.b
abstinentiæ maioris, quàm quæ iussa aut indicta sit, libertas seu ratio quæ 494.b
abstinere lauacro quotidiano recèns baptizatũ per totam hebdomadam, vndenàm sit aut fuerit 405.a
abusus noïs Dei, quantoperè vetitus 341.a
Academicorũ mores seu æstimationes, quales 10.b
accẽsiões luminariũ interdiù ratio q̃ 304.b
Adam ex virgine terra factum esse, mysticè quid 197.b
adamum ex inferno liberatum credit ecclesia 64.a
adamantinum ecclesiæ fundamentum, quis 431.a
additiuncula ad salutationem Angelicam, qualis 193.b
adhærendum traditionibus apostolicis, iuxta Ignatium, qui sit 420.a
ἀδιάφορα quid 413.a
adiaphoræ, si dijs placet, quibusnã sint apostolicæ traditiones 413.a
adimentes Petro primatum, sese ad inferos demergere 432.a
adimplere legem, nõ soluere, Christum venisse 245.a
adinuentio seu exquisitio idolorum, quale quid 319.b
adolescentum officium 361.a
adonai quid 258.b
adorans imaginem regis, ipsum regem adorat 326.a
adorantes imaginem, adorare non materiam, sed quod repræsentat materia 325.a
adorare die Dominico absque geniculatione, vndè sit traditum 405.b
adorari principes & reuerenter salutari etiam pessimos 328.a
adoratio Crucis vndè 412.a
adorationem aliquandò stando, non geniculando, oportere fieri, cuius sit traditionis 405.b
adoratores quales Deus velit 349.b
adriani I. papæ epistola de imaginibus, qualis aut vbi approbata 326.a 328.a
ad Rom. ecclesiam, nullum esse perfidiæ accessum 435.b
AD TE CLAMAMVS, etiam ab Athanasio (ringant hæretici, quàm velint) ad Mariam dictum 209.a
accẽsiões luminariũ interdiù ratio q̃ 304.b
adulterij prohibitione quæ alia vetentur 370.
aduocata qui apud Christum Maria 217.b
aduocati aut patroni nostri, qui 281.a
Aedificata qui super Petrum aut in Petro ecclesia 429.b
ædificatio corporis Christi quid maximè exigat 477.
ædificatio ecclesiæ super Petrum, qui & vbi promissa 429.a
ægra pecora ad sanctorum sepulcra duci solita 301.a
ægyptiorũ mirus aliquandò in crucẽ Christi zelus 53.a
æstimationẽ nõ esse aut dici posse fidẽ 10.a
ætas ac statura resurgentium omnium qualis futura 131.a
æterna vita quæ 18.b eius quis fructus aut finis futurus 132.b ipsa quàtoperè amanda 138.a
æternæ vitæ felicitas quanta 137.a
æterna in vita quid non sit, quàm quid sit, explicari posse faciliùs 138.b
Æser Optatus qui Cathedram Petri agnõrit 422.b
afri vndenàm orti 316.a
Agathensis concilij de Missarum auditione, vndè sit traditum 405.b
agathonis & Rom. synodi epistolã, ab vniuersali concilio approbatam 466.b
agnes martyr ac virgo, qui à Prudẽtio laudata & inuocata 201.a
agnus aureus quanti vel precij, vel ponderis, vbi & vndè oblatus 331.b
agni paschalis vna in domo comestio, mysticè quid 111.b
agnum paschalem vna in domo comedi, qd signet 113.a
Alexandrinæ synodi de Romanæ sedis authoritate iudicium 441.b
alexandrini crucẽ Christi quantoperè olim honorárint 53.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs,quàm orationis Dominicæ,verbis precari licere:precari alia, non licere 158.a
alienis ab ecclesia,nil boni sperãdum 109 b
alienum ad altare Dei afferre ignem, mysticè quid 110.a
aliter Petræ vocabulum Christo, aliter Petro tribui 430.b
alligatio principis tenebrarũ vndè & quando facta 65.b
altaria soli Deo constitui 259 a
Amalech erectis(in crucis formam) Moysis manibus vinci,&c. 52.b
amari qui Deus mereatur 228.a
amâsse Chrysostomum etiam fusilem extera picturam 328.b
ambigui nihil in fide esse 10.a
ambrosius qui Crucis virtutem extulerit 56.a
ambrosij de symbolo apostolorum assertio, sententia,aut testimonium 13.b 14.a
de perpetua Mariæ virginitate 39.b 40.a
de sanctæ Crucis virtute 56. a de eucharistiæ transubstantiatiõe 171.a de Angelica salutatione 187. b de laudibus Mariæ 208.b de imitanda virgine maria 210.b de supplicandis aut inuocandis sanctis 285.a
de reliquijs martyrum 312. de parentum honore 364.a de cæremonijs Missæ 410.a
de quibusdam diuersis diuersorum locorum obseruationibus 415.b 416.a erga Rom. Ecclesiam affectus quis 436.b de episcoporum aut sacerdotum honore 486.a
ambrosio symboli apostolici aurhoritas q̃ta 40.a qui agnita Petri cathedra 423.a
ambrosium, fratris sui Satyri intercessionẽ petijsse 285.b
ambulare inter spem & timorem qua solicitudine oporteat 154.
amen, simplex aut geminatum, quid sit aut sonet 139.a 182.b 183.a
amicitiam Dei non dissoluendam 229.a
amoris gradibus quibus quò ascẽdatur 228.b
Anacleti de sedis aqostolicæ iudicio & excellentia assertio 438.b
anastasij episcopi Theopolitani seu Antiocheni pia de imaginibus sententia 329 b 330.a
ancillæ aut cõcubinæ filij mysticè qui 114.a
andreæ Hierosolymitani de laudibus S. Mariæ testimonia 195.
andreæ & Petri quanta etiam hodiè apud Christum potestas 285.a
andreæ apostoli reliquiæ quò per quem imperatorem translatæ 304.
angelica salutatio qualis aut quæ 184. qui per Chrysostomum expressa vel vsa 185.b quorsùm conducat 191.
angeli vndè quomodò pro Africa implorati 316.a
angeli 4.argentei à Constantino in templo positi,quales 331.b
angelos non inuidere archangelis, alijs ve superioribus 138.a
angelos & sanctorum animas pro nobis ac nobiscum orare 277.a
angelos & martyres obsecrandos 285.b
anima Christi ad inferos descendens, quos indè liberârit,aut non liberârit 65.a
animæ lepram quibus in ecclesia purgare concessum 119 b
animæ piorum qui ex inferno per Christi descensum liberatæ 64.b
animæ sanctorum vbi degant aut sint 279.b
animæ sanctorum non minùs nostri curæ, quàm angeli,tanguntur 280.b
animabus in ipsis,non solùm in frontibus, Crucis figura cur nobis habenda 52.b 53.a
animas quorũ aut quales ex inferno Christus abduxerit 66.a
animas defunctorum piorũ ad Ecclesiæ cõmunionem spectare 108.a
animas sanctorum scire omnia 275.b

animatis mentibus Christum sua dogmata inscripsisse,Moysen tabulis inanimatis 404.a
anniuersariæ solennitates Christi vndè institutæ 351.a
anselmi archiepis.de inuocata Maria exemplum 205.b 206.
ante iudicij extremi diẽ qui mortales quodammodò ordinariè iudicent 118 b
antelucani cœtus Christianorum olim qui aut quales 496 a
antennas nauiũ,Crucis figuram referre 52.b
antichristi synagogæ quales, quive ad eas spectent 106.a
antichristo qui principes cur per Athanasium collati 459.b
antichristos iam olim complures venisse, quid sibi velit 93.b
antiochia qui sede Petri destituta 440.b
antiquis hæresibus qui obuiandum 470.b
antiquitatis sequendæ ratio, modus ac vsus 105.a
antiquitatis momentum quantum 468.a
antistitem summum turbantes, ecclesiæ pacem ordinemq; à Christo institutũ turbare 422.b
antonius eremita qui dæmones prouocare solitus 55.a eiusdem de efficacia Crucis Christi apophthegma 55.a
Apostolo Paulo credendum non fuisse, nisi euangelium suum cum ecclesiæ præfectis contulisset 504.a
apostoli cur, quandò & qui symbolum suum cõdiderint 13.b 14.a 16.b quid cur nobis orandi 273.a quomodo honorandi 310.a & à Victore Africano pro Africa inuocati 316 a
apostoli Petrus ac Paulus qui Constantino apparuerint 326.b
apostolorum caput ac princeps,Cypriano quis 99
apostolorum ossa qui Romæ iam olim venerata 304.b
apostolorum Seniorum ve præcepta, quæ Paulus custodire iussit,qualia 402.a
apostolorum dogmata, siue scripta sint, siue non scripta, quò parem vim habeant 403.a
apostolorum os ac principem qui aut cur inuiserit Paulus 411.a
apostolorum inter se discretio 436.a
apostolorum in ecclesia locum episcopos obtinere 513.a
apostolis à Christo dicta, ad successores apostolorum spectare 419 a
apostolos ac Martyres pro nobis orare 285.a
apostolos multa non scripto,sed traditione mandâsse 325.b
apostolos sua dogmata partim literis, partim sine literis tradidisse, eiusq; rei causa quæ 404.
apostolos non omnia literis mãdâsse 406.a
apostolos ligare in cælo,non in cælis, quid sibi velit 430 b
apostolos honore sequitur Romanus pontifex 433.a
apostolos duos vno eodemq; tempore Romæ pro fide Christi occisos 439.a
apostolica doctrina vbi syncera & immaculata seruata 466.b
apostolica de sanctorum veneratione traditio 307.b
apostolicæ cathedræ principatum semper in Rom.ecclesia viguisse 434.a
apostolicæ sedis authoritas q̃ 434.b 442.b 463. 464.b
apostolicarum Traditionum vis & authoritas 143.a 405.a
apostolicas Traditiones esse hæreticis (si dijs placet)adiaphoras 413.a eadem tamen reuerentia, qua sacras Literas,recipiendas 505.b
apostolicus canõ quotus, quid de Quadragesi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

simali iciunio statuat 493.b
apparentium rerum non fidem, sed agnitionem esse 12.a
appellandum quibus vndè quò sit, aut non 440.b 444.a 463.b
approbatio scripturarum quarum vndè aut sit aut fiat 503.a
Aquæ Tibilitanę (vrbs Africæ) quibus aliquandò miraculis ac reliquijs insignitæ 308.b
aquarum significatio mystica quæ 121.a
Arcam Noè, ecclesiæ typum esse 113.a
arcæ quæ, cuius fuerint figura 195.b
archadius imperator quò Samuelis reliquias vndè transtulerit 304.a
archiepiscopus vniuersalis quis 438.a
archimandritæ cuiusdam insigne pro concilijs aduersùm hæreticos se infestantes facinus 462.a
areopagitę de Traditiõibus apostolicis sententia 403.a de orationibus pro defunctis 411.a
argenteas Christi & apostolorum imagines à Constantino in templo positas 331.b
aries rubricatus mysticè quid 302.b
arietinæ pelles quæ quid sibi mysticè velint 302.b
ariomanitæ qui 2.b
arma aduersùs diabolum validissima q̃ 51.a
armatura aduersùs dæmones tutissima q̃ 55.
arriani vndè sic dicti 2.b quo in re diabolo peiores 313.b quid martyribus negent à dæmonibus confessum 313.a quos Nicænæ synodi canones combusserint 442.a
arrianis quomodò æstimata tormenta diaboli 314.a
arriãos nomine Christianorũ iudignos 2.b
ars magica quoto Dei p̃cepto vetita 252.a
articulus symboli primus qd sibi velit 22.b secundus 27.b tertius 35. quartus 40.b 41. qntus 58.a sextus 66.b septimus 70.b octauus 82.b 83.a nonus 86.b decimus 114. vndecimus 121.b postremus 132.b
articulorum de secũda in Deitate persona, summarium aut summa quæ 79.a
artium humanarũ propositiones primas insiti quiri non posse 11.b
Ascensio Christi ad cælos, fidei ac spei nostræ certitudo est 66.b eius per scripturas assertio 67.68.69. festum esse traditionis apostolicę 409.a
assensus quis cur vbi necessarius 11.b
asserti tutò ac securè, q̃d asserit ecclesia 510.b
assertio quarum rerum difficilior, quàm negatio 138.b
assumptio nominis Dei quę qualis 341.b
astutia satanæ in hæreticis pessima q̃ 508.a
Athanasius quid de Christianorum aut hæreticorum nomẽclatura tradat 2.a quõ à Nazianzeno lsudatus ac inuocatus 284.
athanasij de S. Trinitate assertio, sententia aut doctrina 21.b 22.a de potentia signi crucis Christi 55.a de resurrectione futura 132.a de S. Mariæ præconijs 209.a de reliquijs sanctorum 308.a de imaginibus 325.b de crucifixa CHRISTI crucifixi imagine 332. de Rom. sedis authoritate 441.b de his qui se ecclesiasticis rebus temerè immiscent 459.a
athanasium esse Angelicę salutationis promotorem 191.a
athanasiũ vel nominare solùm, quid 284.a
attentio in orando qualis necessaria 160.b
Audendum minimè quid, licèt hodiè audeatur maximè 474.a
auditorésne legis, an factores iustificandi 395.b
audirii indignos à Christo, patrocinio martyrum medelam consequi 292.a
aues quomodò Crucis figuram imitentur aut repręsentent 52.b
augustinus quanti suum Enchiridion fecerit 5.a vbi ab Hieronymo, salua veritate, dissenserit 107.a Angelicam salutationem qui exposuerit 186.b quibus verbis Mariam inuocârit 209.b quomodò matrem suam Monicam, Mediolanensium ieiunandi more offensam instruxerit 415.b 416.a quam Cypriani sententiam cur nó acceptet 451.a quanti patrum testimonia æstimet 472.b
augustini de negante se Christianum sentẽtia 3.a de fidei dotib⁹ 6. de symbolo apostolico 14.a de maiestate Dei 21.a de præceptis decalogi 24.a de Crucis figura in frontibus 49.b de Christi ad inferos descensu 63.b 64. de ecclesiæ excellentia 95.b 101.b de manifestatione Ecclesiæ 103 de vnitate, pace, cõmunione, latitudine, & authoritate ecclesiæ 106.107.108. 111. 112.b 113.b de remissione & pœnitentia 118. de resurrectione generali 130. de vita æterna 137. de ijs qui extra ecclesiam moriuntur 139.a de spe, eiusque vi & vsu 148.b de symboli virtute 142.a de scripturis recipiendis aut non recipiendis 142.a de conscientia bona 153. de credendis ad spem ptinentibus 156.a de oratiõis dominicæ petitionibus 157. de pane quotidiano 171.b de mutua peccatorum remissione 175.b de puritate Mariæ 201.a de charitate 223.227.b de non impossibilibus Dei mãdatis 251.a de latreia aut primo Dei præcepto 253.b de sanctis in Domino defunctis 288.a de martyrum honore 295.b de martyrum orationibus 302.b de miraculis SS. Gerualij & Protasij 308.a de intercessiõe sanctorum 316.b de præcepto sabbati 350.a de præceptis tabularum duarum 355.a de traditiõibus discernẽdis 408.b de Festiuitatibus apostolicæ traditionis 409.a de baptismo paruulorũ 409.b 410.b de traditionibus 415. consilio, quibus quò confugiendum 419.b de authoritate traditionum aut consuetudinum ecclesiæ 420.b de successione Rom. Pontificum 427.b de primatu Petri 429.b de Rom. ecclesiæ principatu 434.a de iudicio ecclesię 450.b de hæreticis particulatim conciliis 451.a de membris ecclesiæ præcipuis aut Patribus 456.b de Rom. ecclesię authoritate 467.a 506. de scripturarum discretione 502.b 503.a de libris ecclesiæ iudicio probatis 504.b de hæreticis errores suos per scripturam defendentibus 507.a de hæreticis scriptura conuictis 510. de excommunicandi in ecclesia potestate 511.b de excommunicatione 512.b
augustino qui intellecta Christi ad patris dexteram sessio 69.b qui agnita Petri cathedra 422.b quãti habita episcoporum in sede Petri successio 432.a
augustinum nõ crediturum fuisse Euangelio, nisi Ecclesiæ authoritate pmotũ 11.a
augustinum quæ in ecclesia catholica tenent 104.a
aurelianensis concilij de audiẽdo Missæ officio sententia 493.b
auro cur olim inclusæ ligni crucis Christi particulæ 55.a
authentici sacræ scripturæ libri tẽpore Augustini, qui 504.b
authoritas q̃ quò maximè necessaria 498.b 499. 500.
authorum aliquot insignium, qui imagines defenderint, catalogus 412.a
auxilium B. Petri & cura 299.a
auxilia martyrũ à fidelibus implorari 289.a
Axiomata q̃ fua Christus alijs largiat 430.b

BAbylas martyr qui per Chrysostomum laudatus 311.b
babylonica turris quale filiorum Noè indicium aut symbolum 15.b
baptismus extra ecclesiam nõ prodest 109.b 410.b 411.a
baptismi ex aqua & spiritu necessitas quanta 9.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptisterij fons quantis aut quàm preciosis statuis à Constantino honoratus 331.b
baptismi cæremonias, traditionis Apostolicæ esse 403.b
baptismum paruulorũ, esse traditionis apostolicæ 409.b
baptista Ioãnes q̃ honore, psequendus 310.a
baptizandum qui sit 19.a
baruch qui idololatriam Babylonicam cauendam moneat 319.a
basilicas quas quibus aut quanti precij statuis Constantinus ornárit 331.b
basilidiani qui cur vndè sic dicti 2.b
basilius quid vbi pro nobis offerat 284.b
basilius à Damasceno citatus, quid de imaginibus sentiat 324.a
basilij imperatoris pia & egregia de synodis sententia 458.a
basilij Magni de fide elogia, assertio aut sententia 11.a de signaculi S. Crucis vsu 49.a de iudicio extremo 78.b de non impossibilibus Dei mandatis 250.b de sanctorum pro nobis patrocinio 282.b de cædaueribus Iudæorum & Christianorum 310.b de picturis aut imaginibus pictis 327.b 329.b scripta quantæ sint authoritatis 329.b de ecclesię eorum´ve qui eam repsentãt, authoritate 401.b de Traditionibus Apostolicis seu Ecclesiasticis 403.a de Chrismate 410.b de authoritate Superiorũ aut præsidum 419.a de Petri in fundamento locatione 430.b de Traditionum vi 514.a
basilio fides quid 9.b
basilium à Nazianzeno inuocari 284.b
basilium Mag. honorásse & adorásse imagines, idq; ex apostolica Traditiõe 327.b
Beatorum solatia viuis non deesse 289.a
bedæ præclarum de vnitate ecclesiæ apophthegma 106.a
benedicta qui vndè & quàm mater ac virgo Maria 187.a 189.b 193.a 196.a
benedictus qui fructus Mariæ 189.b
beneficium redemptionis humanæ quale, & cui acceptum referendum 79.a
beneficia Mariæ quanta 207.b
bernardus qualem aut cuiusinodi definitionem fidei exibilet 10.a quibus laudibus aut verbis Mariam extulerit aut inuocárit 199.b 200. 204.b qui & quantoperè Diuum Victorem inuocárit 280.b 281.
bernardi de S. ecclesia assertio aut sententia 102.a de Romani Pontificis authoritate 120. 425. de spe & præsumptiõe 154.b de voluntate nostra qualiquali 167. de plenitudine gratię q̃ data est B. Marię 188.b de inuocanda Maria 206.b de Maria virgine prędonium 210.a de charitate Dei 227.b de sanctis defunctis aut dormientibus 278.b 279. de hęreticis qui mortuos viuorum fraudant auxilijs 288.b de sanctorum inuocatione 315.b de excellentia sedis Rom. 437.b 438.a de obedientia & superioritate 489.b de ieiunijs in sanctorum vigilijs 495.a
berytũ q̃ & quali miraculo illustratũ 332.a
bibliorum editio vulgata quanti concilio Tridentino habita 142.b
Blasphemia de impossibilibus Dei præceptis, qualis 251.b
blasphemi pœna olim quæ 342.b
bonæ conscientiæ testimonium quàm quòd necessarium 149.
bonifacij I. de sedis apostolicæ authoritate sententia 464.a
bonus dicitur quis ex charitate, non spe aut fide 224.a
bonum faciendi momentum quantum 4.b
bonum quod quale, quid, aut qui diligendum 258.a
bona Christiano speranda quę 155.a
bonorum meritorum causa quę 220.b 221.
bostrensis episcopi Stephani de imaginibus sententia 327.b

By-

Byzantini aut Constantinopolitani conciliabuli iconoclastici damnatio 329.a
CAelum qui per quam repletum 207.b
cæremoniæ baptismi quæ vndè 405.b
cæremonias ecclesiæ circa baptismum, traditionis apostolicæ esse 403.b 404.a
cæsaraugustani x. & octo martyres q̃ à Prudentio laudati 291.b 468.b
cęsarea q̃ quali aliquãdò miraculo insignita 334.b 335.
calagurritani martyres qui quomodò à Prudentio laudati 291.b
calliditas hæreticorũ quæ vndè ipsis indita 508.b
calumniatores qui cur non audiendi 262.b
candelabrum quod mysticè quid 197.a
canones synodi Nicenæ qui à quibus combusti 442.a
cantilenæ quæ cur quibus cauendæ 370.b
captiuitas laudabilisſ. & vtilissima q̃ 8.a 9.b
caput serpentis vndè contritum 206.a
cardo & caput ecclesiarum oĩum q̃d 440.a
caro propriè quid 128.a
carnis & corporis differentia 128.a
carnis humanæ materiã, etsi oĩnò consumptam, Deo non perire 130.b
carthago qualis quantæ´ve olim authoritatis ciuitas 434.a
cassianus martyr Forocornelianus q̃ à Prudentio commendatus 293.b
catalogus sanctorũ aliquot à Theodoreto inuocatorum ac descriptorũ 290.b 291.a
catalogus authenticorum sacræ scripturæ librorum 504.b 505.b
cataphryges vndè sic dicti 2.b
cathedra q̃ q̃ti D. Hieronymo habita 101.a
cathedra Petri aut ecclesia Rom. Cypriano quanti habita 435.b
cathedram Petri oppugnantes, Christi promissiones Petro factas aut negare, aut nõ intelligere 422.a
catholica qd sonet aut sit 87.a 103.b 104.b
catholica doctrina qui ab hæretica discernatur 144.a
catholica fides quæ 21.b
catholicæ ecclesiæ radix ac mater quæ 437.a
catholicæ fidei fundamentum 3.b thesaurus quantus 6.b encomium & necessitas 12.
catholicus verus ac germanus quis sit 104.b
catholico homini quid in aliqua ecclesiæ dissensione faciendum 105.
catholicum propriè quid 105.a
catholicum vndè quid dicatur 106.a
catholici nõ oẽs, & q ex ijs soli saluãdi 139.a
catholicorum, nouis exurgentibus hæreticis, officium quod 468.a
catholicorum in approbanda fide vera mos vetus quis 471.b
catholicis quid ferè proprium 519.a
catholicos inter qui soli saluandi 139.a
catholicos cur (si dijs placet) fugiant hæretici 307.a
cauendi ab hæresibus ratio optima q̃ 467.b
causæ quæ quò referendæ 438.b
causarum episcopalium examinatio, penès quem sit 443.a
Celebrationes ex traditiõe Apostolica præcipuæ, quæ 409.a
cereis nõ indigere sanctos, piè tamen eis accendi 304.a
certitudo fidei quanta 10.a
ceruicalia sub cubito ponere, quid 510.a
Chalcedon qui olim Samuelis prophetę reliquijs honorata 304.a
chalcedonen̄ concilij de Romani præsulis dignitate sententia 438.a 465.b de vanis contentionibus aut disputatiõibus 474.
confirmatio vndè petita 438.b
charitas quãtoperè necessaria 218.b q fortis vt mors 223.a qd sit 225.b quos patres quò adegerit 232.b vera quæ, & quo se prodat indicio 234.a quę in quibus aut quot præceptis insinuetur 357.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

charitatis laus & efficacia 153.b 220.b 221. 224.231.a 395.a 399. vis ac potentia 221.a præcepta quot 230.b virtus quâ sit multiplex 232. fraternæ officia & argumenta 394.b
charitati facilia omnia 251.a
charitatem solam sufficere, & sine ea nihil 223.b non verbis, sed factis ostendi 234.a in cælo augeri 280.a geminam duobus mandatorum tabulis commendari 393.a
charitate filios Dei à filijs diaboli separari 223.b
cherub aut Cherubim qui à Deo fieri iussi 321.b 322.a
cherubim qui à Salomone facti 322.b
chordarum psalterij decē quæ, cui aut quoto Dei præcepto respondeat? 356.b
chrismatis sacri confectio aut institutio, vnde sit 410.b
christus quid sonet 27.b
christus qui iuxta cōcilium Ephesinum factus sit homo 39.b
christus cur signaculum Crucis suæ Constantino fabricari iusserit 56.b
christus cur ad inferos vsq; mox vbi in cruce mortuus esset, penetrārit 58.a
christus quomodo simul & in sepulcro & apud inferos fuerit 64.b
christus qui ad inferos descenderit 65.b
christus quomodo ad iudicium extremum venturus 70.b
christus resurrectionis futuræ exemplar 129.b 130.a
christus quàm sit ad concedendum quod Maria postulat, facilis 206.a
christus qui huc venisse existimandus 245.a
christus pro ecclesia quanta aut fecerit, aut pertulerit 445.b 446.a
christi à patre generati ac missi demonstratio 19.
christi maiestas quanta 27.b 28.a
christi generatio æterna 28.a
christi deitas ex scripturis asseritur 28.b 29.
christi natiuitas & conceptio vbi aut quando facta 35.b
christi passio & mors qua tantùm conditione nobis prosint 41.b 47.a
christi signum quid 49.b
christi ab inferis reditus, eiusq; resurrectio per scripturas asserta 58.b 59.
christi apud inferos gesta 65.
christi de iudicio extremo testimonia 73.74.
christi & sanctorum imagines vndè qui cultæ aut honoratæ 328.a
christi imago crucifixi, quo miraculo apud Berytum crucifixa 312.a
christi & Mariæ adhuc in carne degentium imagines effictas 336.a
christi doctrinā falsò profitentur, qui summi pontificis oues esse detrectant 422.a
christo nil neq; difficile, neque impossibile 8.a
christum tres dies apud mortuos commoratum 63.a
christum ad inferos descendisse, neminem nisi infidelem negare 63.b 64.a
christum ad inferos secundùm animam dicere mortuum esse, penetrārit 65.b
christū ad patris dexterā sedere, qd sit 66.b
christum non modò redemptorem beneficum, sed & iudicem esse iustum 80.a
christum perindè Legislatorem, ac Redemptorem esse 242.b
christum nomina sua multa apostolis communicásse 429.a
christū in ecclesia tātùm inueniendū 442.b
christiana doctrina quo cōpendio complectenda 4.a
christianę doctrinę primum oīum quid 5.b
christianę fidei themata quę, quanta q; 7.
christianus quis dicendus 1.a
christianus quis sit, aut non sit 3.b
christiani nomenclatura vbi & quotiès in scripura inueniatur 1.b 2.a

chri-

christiani hominis sapientia quibus constituatur 519.a
christiano an sufficiat ea sola credere, quæ symbolo complectuntur 139.b
christiano quæ creditu penitùs necessaria 139.b 140.a
christiano satis non esse, fidei ac spei doctrina institui 218.b
christiano Christianos oēs esse proximos 230.a
christianum se negans, Christum negat 3.a
christianum haud esse, qui in ecclesia non est 3.b
christiani videnàm sic dicti 2.a
christiani quomodò aut quorum loco imaginibus ac statuis vtantur 318.a
christiani quandò & cur quibus à negocijs ferientur 353.a
christianorum nomen quale, & vbi primū inuentum 1.b 3.a
christianorum indigni vocabulo qui 2.b
christianorum auxiliū martyres esse 282.b
christianorum mos iam olim in precandis sanctis quis 303.a
christianorum solennitates qui obseruētur 353.a
christianis seruanda præcepta quæ 242.a
chrysologi de Maria & angelica eius salutatione elogium 188.a
chrysostomus de laude S. Crucis, eaq; honoranda & facienda testimonium 50.b
de crucis præconio 54. de ecclesiæ manifestatione 97.a de vnitate ecclesiæ 110.b de potestate sacerdotali 119.b de Angelica salutatione 185. deuotio erga Mariā 185.b 186.a insigne de Maria præconium 208. de possibilibus Dei mandatis 250.a de sanctorum honore 286.a de sanctorū Colendus super omnia quis 252.b
post mortem solatio 296.b 297. de martyribus quibusdam 310.b 311.a de S. Meletij imagine 228.b de S. imaginib⁹ 329.b de traditionibus 406.a de officio aut cę. 349.b
chrysostomo ecclesia quid sit, quive eam repræsentent 401.b
chrysostomum intercessionem sanctorum asserere 185.b
Cicatrices quæ quibus in resurrectiōe māsuræ 131.b 132.a
cicōniarum in parētes pietas qui per quem descripta 364.
cineraraj idololatrę Vigilantio qui 305.b
cineribus martyrum dęmones expelli 298.a
circūcidēdū quid hodiè etiàm cuiuis 244.a
circuncisionis spiritualis & excommunicationis vsus hodiè quis 111.a
circuncisionis carnalis & gladij conuenientia seu vsus olim qualis 111.a
citò credere, quale quid sit 10.b
citantibus scripturam hęreticis nō credendum 452.a
citatio scripturę diabolica aut hęretica quæ 426.a 507.b
ciuitas supra montē posita, mysticè quę aut qualis 445.b
Claudius Taurinen⁹ episcopus q per quem de iconoclasmo oppugnatus 337.
clauis cur dicta symbolū apostolicum 14.a
claues ecclesiæ qui datæ, & quid valeāt 111. 119.a
clauium potestas q̄ vndè qbus tradita 114.b
clauibus in ecclesia administrandis qui vtātur aut præsint 119.a
claues cur datæ Petro 430.a
clementis de symbolo apostolico testimonium 13.b
colendus super omnia quis 252.b
colere homines qui aptè dicantur 256.b
coli Deum fide, spe & charitate 5.a
colligētis ligna in sabbato pœna olim quæ 349.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

collo cur suspensæ ligni crucis Chri particulæ 55.a
columnã & firmamentũ veritatis esse ecclesiam 445.a
columnæ ecclesiæ qui 442.b
commodorum ex pręceptis ecclesiæ obseruatis prouenientium catalogus 497.a
communio sanctorum quid, vbi, 87.a aut quanta 107.b
communio Eucharistię qui iuxta Traditionem apostolicam olim sumeretur 405.a
communiõis fidelium & membrorum hominis apta collatio 106.b
communionis saltem vnius in anno præceptum quale 496.
commutatio seu immutatio non omnibus futura, quid 127.b
cõceptio B. Marię q̃lis & q̃ singularis 202.a
concilium plenarium Augustino quid aut quantum 467.a
concilia quæ quid de Spiritu sancto statuerint seu asseruerint 85.b 86.a
cõcilia quę nõ absque Ro. sedis authoritate celebranda 441.a
concilia quæ quo anni tempore quotannis facienda 457.
concilia quæ cur Euangelij instàr habenda 461.b quæ cur celebrentur 511.a
conciliorũ confirmatio vndè petẽda 434.b
conciliorum habendorum ratio & vtilitas 457.a potestas penès quos sit 457.b
conciliorũ generaliũ authoritas q̃lis 467.a
concubinæ filij qui 114.a
concupiscentia quæ à qua differat, quantumq; vetita sit 355.b
concupiscentiæ quæ quibus præceptis, phibitæ 390 b
confessionis in anno ad minus semel faciẽdæ præceptum 496.
confirmatio Chalcedonñ concilij vndè petita 465.b
cõfirmationis sacramentum qui per Hieronymum assertum 406.a
confiteri & communicare semel ad minus in paschate nolentium pœna 496.b
confugiendũ quò quibus 419.b quî & quãdò 435.a
cõsciẽtię puritas quò necessaria, & qui probanda 149.a
conscientiæ vis quanta 153.b
consensionis aut consensus pristini sequendi vsus 105.a
cõsensionis generalis vis & authoritas quãta 144.a 468.a
consensus quis vbi quàm valeat 468.b
consensus patrum quis quantum habeat momenti 470 b 471.a
consensum orbis totius, pręcepti instàr habere aut esse 405.b
consensum patrum spernẽtes, Deum ipsum spernere 471.b
consiliũ in dissensione aliqua cauẽda optimum quod 105.
consolatio in ęrumnis optima & certissima quæ 122.b
constantinus Magnus quid de quorundam sanctorum reliquijs meritus 304 a
cõstantinus imperator quales Chri & apostolorũ imagines in templo statuerit 331.b
constãtino qui & quotiès figura Crucis in aere visa 56. 57.b 58.a
cõstantinum imperatorem synodi Nicenę sententiam quasi à Deo prolatam excepisse 459.b
constãtinopolitani cõcilij I. de Spiritu sancto decretum aut symbolum 85.b
constantinopolitani alicuius conuenticuli iconoclastici damnatio 329.a
constantius imperator qui & qua de re ab Hosio Cordubeñ increpitus 459.a
consuetudo vniuersalis ante exortos hereticos, quanti sit momenti 411.b
consuetudinis, deficiẽte lege, potestas quãta 405.a
consuetudine qua traditio indicetur Apostolica 411.a
consuetudines q̃ à quibus qui differãt 415.a
cõsummationi sanctorum quid maximè necessarium 477.a
contemptum summi põtificis, esse hæresum omnium originem 436.a
conterere fidei corruptores, cuius sit 437.b
controuersiæ de fide, quo deferendæ 437.b
contumax quis qua pœna afficiendus 383.b
conuenire cum episcopis catholicis, quid cui sit 436.b
conuiuijs in ipsis & compitis hæreticos, si dijs placet, tractare scripturam 507.b
cornua velorũ, Crucis figurã præferre 52.b
corpus humanum quale, & qui tandèm aliquandò resurrecturum 122.a
corpus hoc nostrum quale post resurrectionem futurum 130.a
corpus qui diligendum 221.b
corporis ac spiritus quanta aliquãdò futura consensio 137.b
corpora hominum resurgentium defectibus pristinis obnoxia haud futura 130.
corpora quę cur fidelibus honoranda 315.a
Creatoris in restituendis cineribus aut pulueribus humanis potentia 132.a
creaturæ non sacrificandum 256.a 269.b
creaturam nullam pro Deo colendam 252.a
credendi vis ac necessitas quæ 5.b 6.a
credere sola ea quæ complexa sunt symbolo, num sufficiat 139.b
credi aliqua quæ non sperantur 148.b
credulitas quæ cur quibus maximè necessaria 9.b
crepido aut Petra immobilis, quis vndè cur dictus 431.b
crucifixi imagine, memoriam Christi renouari 325.a
crucifcrorum in Constantini exercitu mirus euentus 57.b
crucifixos quidem multos, sed vnius Christi inuocatione dæmones pelli 53.b
crucis in frontibus efformatæ vis ac vsus quis 47.b
crucis figura seu trophæo cur quò vtamur 48.a
crucis signaculo quid nos tacitè instruamur 48.a
crucis signaculo vndè aut cur signentur Christiani 49.
crucis signaculum qui olim in Mosaica lege præfiguratum 50.a
crucis virtutes quantæ 51.a
crucis pudere cur neminem deceat 51.a
crucis encomia 52.a
crucis Dominicæ signum qui ab Aegyptijs aliquandò honoratum 53.a
crucis signaculum vbiquè negocijs in omnibus vtendum 53.b 54.a
crucis figura quàm fuerit olim apud Christianos frequens 54.b
crucis figuram qui & homines & naues & aues repræsentent 52.b
crucis figuram, vnam ex sacris Aegyptiorũ literis fuisse 53.a
crucis in exercitu Constantini vexillũ quid effecerit 57.
crucis figura qui honoranda 307.a
crucis effigies qui à quo concilio adorari iussa 331.a
crucis signo signare eos qui spem collocãrunt in Christum, traditionem esse apostolicam 403.a
crucis signaculo frõtem (aut pectus) signare, vndenàm habeamus 405.a
crucis adoratio vndè 412.a
crucem ad actus omnes & incessus pingendam 50.a
crucem in cælo appariturum 51.a
crucem frontibus impressam, dæmonibus timori esse 52.b
cruce munire aut signare frontes vndenàm hauserimus 49.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

cruce formanda quid cogitandum aut statuendum 50.b
cruce absolui aut fieri omnia ad salutē conducentia 50.b
cruce fugari dæmones 52.a 53.b
cruce qui postes suos coronare cur debeant 52.a
cruce aut eius figura quantoperè confisus Antonius 55.a
cruentas victimas cædere, quid sibi mysticè velit 257 b
crux quibus in rebus aut locis pingēda 52.a
crux quibus cur semper & vbiq; circunferenda 52.a
crux quę qualis sit murus 52.b
crux fidelium signū,ac dæmonū timor 54.a
crux fronti imprimenda, omniq; in actione vtenda 54.a
crux qui Constantino in aëre visa & honorata 56.
crux qui Romę per Cōstantinū erecta 57.a
crux aurea librarum CL. vbi à quo piè oblata 332.a
Cultus Dei quis,quanta sit sapientia 5.a
cultus quid vocabuli sit 257.a
cultus Dei quàm sit antiquus 258 b
cultum Deo debitum non posse Latinè peculiari verbo exprimi 256.b
curiositas quæ cur quibus vetita 9.a
custodia generis humani,qui 283.a
Cyprianus à Gregorio Nazianzeno inuocatus 283.b
cyprianus ab Augustino inuocatus 288.b
cyprianus martyr qui à Prudentio commendatus 294.b
cypriani de nomine Christiani, aut Christiano, sententia 2.b de vnitate ecclesiæ 97.a 98.b 111.a 112.b de remittendis in ecclesia peccatis 160.b de sanctis defunctis 277.apud Deum potentia, puluisq; eius Nazianzeno quanti habitus 283.b 284.a de traditionum apostolicarum authoritate 405 b de authoritate prælatorum 419.a de summo pontifice,eiusq; authoritate 426.a de hæresum aut schismatum orru 435.b de Rom. ecclesia apophthegma 437.a sentētia quę cur ab Augustino non recepta 451.a de sacerdotum honore 460 a 486.b
cypriano quis sit aut non sit Christianus 3.a
quanti traditiones ecclesiæ habitæ 407.a
qui aguita Petri cathedra 423.a
cyprianum S. Trinitati adstare 283.b
cyrillus Hierosolymitan⁹ ą apophthegmate fidem extulerit 12.b
cyrilli Hierosolymitani episcopi de Crucis figura elogium 53.b 54.a
cyrilli Alexādrini de fide laus & apophthegma 13.a
cyrilli Alexandrini de symboli professione verbali sententia 142.b 143.a
cyrilli Alexandrini pia de imaginibus sententia 329.b
cyrilli Alexandrini de Petri laude & primatu sententia 419 b

DAemon quid maximè per hæreticos suadeat 509.a
dæmones qui potissimùm Diui Antonij cōsilio fugandi 55.a quorū torqueantur reliquijs 287.a quō vbiq; sint pśentes 273.a
dæmonum apud inferos terror & querimonia 65.b
dæmones S. Crucis signaculo,etiam per infideles facto, compesci 50.a crucem timere 51 a 52.b figuram crucis fugere 53.b cruce conspecta, Christi crucifixi recordari 54.a sacrificia appetere 259.b ad sanctorum torqueri sepulcra 288.a rugire ad sanctorum reliquias 304.a
Damascenus qui contra Leonem iconomachum pugnārit 540.b
damasceni de Sanctorum honore sententia 281.b de reliquiarū virtute ac beneficijs 309.b de imaginum vsu Christiano 322. de imaginibus contra Iconoclastas 337. b
de imaginis relatæ ad prototypū honore 412.a
damasus papa quid de imaginibus quibusdam asserat 331.b
damnati qui vndè restituendi 442.b
damnatos à concilijs vniuersalibus, iustè damnandos 462.a
damnatores ecclesiasticarum traditionum, verbo Dei damnari 416. a
dauid mortuus peccantibus succurrit 297.a
dauidis mortui vigent merita 297.a
dauidem quō sua cōmouerit charitas 253.a
Decalogi exordiū, Ego sum Dominus Deus tuus,quid sibi velit 234.b
decalogi expositores præcipui ac singulares,qui 235.a
decalogi nomine quæ Dei præcepta comprehensa 235.
decalogi præcepta tria priora quò specatim pertineant 354.b
decalogi mādata omnia quò referēda 393.a
decem Dei verba per Mosen Israelitis tradita,quæ aut qualia 235.
deceptoria spes qualis 154.b
declinare vndè cur qbus necessum 4.b 5.a
decreta aut dogmata quæ, quibus sequenda 470.a
decretalium constitutionum & epistolarū authoritas quanta 463.a
deducta ex scripturis,etsi non expressa,scripturarum instār habenda 140.a
defectus aut neuos corporales pristinos, in resurgentibus haud futuros 130.b
defensores, patroni, ac propugnatores qui quales aut quorum 312.b
deficere fidem in Rom. ecclesia non posse 437.b
definita aut decreta quæ,cur in dubium nō vocanda 474 b 475.b 476.a
definitio fidei Apostolica 8.b
definitio ecclesiæ 421.b
defunctorum animæ quomodò aut sciant quæ hic fiunt,aut nesciant 276.a
defunctorum animas,sanctis commendari tanquàm patronis 288.b
defunctorū ob gratiam miseretur Deus uentium 297.b
deipara quî honoranda 310 a
deiparæ virgini quàm deuotus fuerit Chrysostomus 185.b
deorsùm mittere,quid 509.a
depictiones in templis quæ quid sibi velint 327.a
descensus Christi ad inferos,qui & cur factus 58.a
desertores qui vndè cur maximè deplorandi 96.b
desperantium spes vnica quæ 202.b 204.b
desperatio & securitas qui simul fugiendę 154.b
deuotionem imaginibus excitari 333.b
deus quî colendus 5.a
deus quantoperè Mariam honorari voluerit 217.a
deus qui diligendus 225.b 228.a
deus qui aut quantoperè sua mandata seruari velit 242.b 243.a
deus neminem prior deserit 249.b
deus cur impossibilia nō iubeat 250.b 251.a
deus omnipotens qui Bernardo per S. Victorem imploratus 281
dei maiestas & potentia quanta 21.a 23.a
dei & ecclesiæ mādata Christianis obseruāda 242.a
dei mandata,ad charitatem maximè spectātia,quæ 235.a
dei mandata impossibilia non esse 250.a
dei cultus potissimus quis 258.b
dei cultui honoriq; maximè contraria vitia quæ 393.b
deo nil neque difficile, neque impossibile 9.b 20.b 24.b
deo nil extra ecclesiam acceptum aut gratū esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse 117.b
Deum esse credi, non in quæstionem vocari, oportere 11.b
deum colere & nòsse nil prodest, si ecclesiam blasphemes 112.a
deum laudat, qui Sanctos aut virtutem laudat 284.
deorum inter homines appellatio q̃lis 21.b
dextrum aut sinistrum de Deo dicere aut cogitare non licere 69.b
Diabolus quibus armis maximè vel pellatur, vel terreatur 51.a
diabolo insidianti qui cum symbolo obuiandum 142.a
diabolum expauescere visa S. crucis figura 55 b
diabolum etiam scripturis vti 508.b
diabolum per eos, qui cõtra fidem Catholicam scripturis vtuntur, lõqui 509.a
dies Domini quis aut qualis 72.a
dies mysticè quid 199.a
dies Dñicus vndè cur & qui institutus 353.b
diei Dominicę commendatio 351.b 352.a
diem Dominicum in sabbati locum successisse 350.b
die Dominico quid agendum 352. b
dierum solennium aut festorum ratio 257.b
dignitas quæ aut cuius quanta 438.a
dignitate ex qua seu cuius, ecclesiæ Catholicæ pendeat salus 436.a
dilectio proximi qui tantùm sit pura 218. b
dilectio quæ quomodò per tria distinguatur 232.a
dilectio quid à quibus exigat 234.
dilectionis ordo quis, aut vndè peruertatur 221.b 222. b
dilectionis probatio quid 234.
dilectionis mutuæ vis & aurhoritas quanta 395. a
dilectiõis Dei causa modusq; qualis aut qs 227. b
diligẽtes Deum plùs quàm seipsos, q 222.a
diligentes Deum perfectè qui 222.b
dilectionem Dei, explicari præceptis tribus: proximi, septem 356.b
diluculum mysticè qnid 199.a
dimissio peccatorum mutua cur tam necessaria 172.a
dionysij Areopagitæ de oblatiõibus & orationibus p defunctis sentẽtia 410.a 411.a
de traditiõibus apostolicis assertio 405.a
discedentem ab ecclesiastica vnitate, cũ hæreticis necessariò inueniri 516.b
DISCEDITE illud, & VENITE, quibus vel timendum, vel sperandum 133.a
discenda vbi sit veritas 143.b
disciplina quæ cui audienda 487. b
disciplinæ ecclesiasticæ potestas apud quos quanta 500.a
distinctio mandatorum Dei quę cur Augustino magis placeat 355. b
distinctio inter apostolos quę 439.b
diuertere à malo, quanti sit momenti 4.b
diuina super quos maneat ira 108.b 109.a
diuinis literis ac scripturis solis cur alligemur minimè 514 a
Docendum ac sentiẽdum cum doctoribus ecclesiæ 143.a
doctores qui quibus in rebus audiẽdi 143.a
doctorum ac pastorum obseruatio in ecclesia quò maximè conducat 476. b
doctrina quæ à qua, quo modo internoscenda 144.a
doctrinæ dijudicandæ præficiendi necessariò qui 458. a
doctrinæ de præceptis ac traditionibus ecclesiæ fructus ac vsus quis 513. b
dogmata apostolorum partim scripta, partim non scripta 405.a
dogmatũ & edictorũ differẽtia q̃lis 404.a
dogmatum ecclesiasticorũ diuisio quę 514.a
dñs tecum, q dictũ Mariæ 189.a 193.a 195.a
dominica dies qui celebranda 354.a
dominicæ diei obseruatio q̃lis 491.b 492.b

dominicæ orationis vis & excellentia 155.
forma quæ 156.a
dominico die non ieiunari, traditionis apostolicæ esse 405.b
dominicis ac festis diebus quid agẽdum aut omittendum 492.b
donatistarum per Augustinum increpatio & confutatio 106.b
donatistis cur operta sit ecclesia 96.a
dormientes qui vocentur mortui 278.b
dormitãtius quis à q̃ rectè appellatus 305.b
dormitio mysticè quid 127.b
Dubia quæ quò referenda 441.a
dubijs in rebus quò confugiendum 506.b
dubitare q̃uis de re, q̃rum sit aut fuerit 10.b
duces, propugnatores & custodes hominũ, qui 289.a
duodecim apostolis, 12. articulos symboli respondere 16.a
duodecim in corona virginis stellæ, mysticè quid 216.

EA q̃ in æterna vita nõ sunt, qualia 138 b
eadẽ in carne, quam hìc habuimus, nos tandèm resurrecturos 129.a
Ecclesia cuinam pro matre necessariò agnoscenda 3.a vndè qui initiò fidem accepe-rit 15.b catholica quàm sit longè lateque dispersa, qualisve cõgregatio 86.87.a qui sit aut cur dicatur sancta 86.b 102.a mons qualis aut quantus 95.b cur aut qui hæreticis inuisa, opertáve, alioquì apertissima 96. super quã aut cuius sit fundata cathedram 97.a 423.a vt vna, sic & vnica eius est fides 98.a super quem (iuxta S. Cyprianum) ędificata 99 b 100.a quid iuxta D. Bernardũ in se habeat 102. cur in sole posita 104 a triumphans militãti opitulatur 108.a cur tanq̃ mater amanda 113.a qualis quantáve sit cuiusuis mater 113. quid sit 421.b quibus dotibus ac beneficijs à deo illustrata 444.b 445.
ecclesiæ authoritas q̃ta 11.a 95.a 142.b 502.b
ecclesiæ inesse aut inhærere, quanti sit momenti 3.a qui & cur datę claues 119.a
ecclesię seu ad ecclesiã deferri qd sit 400.b
ecclesiæ cuinam cur adhærendum 432.a
ecclesię cur potiùs, quã hęreticis pòst exortis, credendum 504.a
ecclesiam, & apertam & manifestam, non sodram 97.a 423.a vt vna, sic & vnica eius lùm visibilem, esse 95 b
ecclesiã à Christo nunquàm recedere 100.a
ecclesiam esse S. Trinitatis domũ, templum & ciuitatem 101.b
ecclesiam non agnoscentes matrem, Deum non habituros patrem 113.
ecclesiam facilè videri 103.a
ecclesiam nulli ignorare licere 103.b
ecclesiam sine episcopo aut summo sacerdote non esse 426.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiam esse Christi amicam, sororem,& sponsam vnicam 445.b
ecclesiarum omnium cura cuinam incumbat 435.a 442.a
ecclesias in Germania haud aliter ac Hispanas,Irenæi credidisse tempore 98.a
ecclesiasticæ vnitatis momẽtum seu authoritas quanta 109 a
ecclesiasticæ consuetudinis aut traditionis vis 404.b
ecclesiasticorum præceptorum fructus aut vsus quis 497.a
ecclesiasticas traditiones scriptas & nõ scriptas,eiusdem fidei esse 406.a
ecclesiastica tractare negocia synodicè, q̃rum sit 457.b
Edesseno regi quomodò Christus suam miserit effigiem 336.a
edicta & dogmata qui differant 404 a
editio librorum sacræ scripturę authentica quæ 506.a
editionis Bibliorum vulgatæ authoritas quanta 142.b
Effigies apostolorum Petri & Pauli quomodo Constantino per visum apparuerint 326.b
effigies quæ qui per quam synodum adorari iussæ 331.a
Ego sum Dominus Deus tuus,quid vbi prę se ferat 234.b
Eleemosynam extra Ecclesiam, ad salutem non prodesse 109.b
elisæi ossa an immunda Iudæis habita 306.b
Emmanuel quid sonet interpretatum 35 a
Enchiridion Græcis quid 5.a
enoch & Heliæ cur quis martyr comparandus 311.b
Ephesini concilij I.de Christi generatione sententia 39.b
ephrem (seu Ephræmij) Syri de S. Cruce encomium 51.b 52.a de laudibus ac honoribus Marię assertio 202.b 203. 204.
ephræm q martyres sanctos inuocârit 287.
ἐπισκόπους græcè quid 170. 171.a
epiphaniæ vigilia quandonã adhuc in Germania ieiunabilis 494.b
epiphanij de Traditionum necessitate sententia 404.b de ieiunijs ecclesiasticis 410.a de abstinẽtia feriæ 4.& sextæ 411.b de traditionibus apostolicis 419.b de ecclesię authoritate 490.a de scripturarum defectu aut silentio 510 a
episcopus ecclesiæ vniuersalis quis 437.a
episcopo summo resistentes, Ecclesiæ vniuersali resistere 426.a
episcoporum inter se successiões quid momenti habeant 143.b
episcoporum inter se distinctio aut discrimen quod 436 a 439.b
episcoporũ oñium cõsecratio vndè 440.b
episcopis inobedientes,extra salutis viã versari 461.a
episcopos esse ecclesiæ columnas 442.b
episcopos catholicos,tametsi malos, dignitatem pastorum non amittere 458 b
episcopos in ecclesia locum apostolorum habere 513.a
Error in Petro quandonàm locum habuit, aut non habuit 429.a
Esaias qui mysticè Mariam nominârit 196.b
esaiæ de Christi pro nobis passione testimonia 42.
esaiæ de iudicio extremo oracula 71 b
Ethnicos longè aliter habuisse imagines & statuas,quàm habeant Christiani 318.a
Euacuatus qui per quam infernus 207.b
EVA qui mutatum in AVE 198.b
eua vnica qui & quã aptè ad ecclesiam vnã sit collata 98 b
euæ & Mariæ cõparatio 186.b 190.a 197.b
euangelium Christi,quandonàm fiat homínis aut diaboli 510.a
euangelio qua conditione Augustinus non credidisset 142.b 506.a
euangelium in sensu,non verbis,esse 509.b
eucharistia qui olim ex traditione apostolica sumi soleat 405.a quotiès cuique quotannis &quandò sumenda 491.a
eucharistię vsus olim q̃ frequens 170.b 171.b
eucharistiæ custodiã sedulam & anxiã, traditionis apostolicæ esse 405.a
eulalia virgo Lusitana,qui à Prudentio vate honorata 292.
eunomij hæresim quam qui Vigilãtius imitatus 305.a
eunuchi qui quàm Deo grati 348.b
εὐσεβία quid 257.
eusebij Emiseni de fide sentẽtia apophthegmatica 12.
eusebij Cęsareen mira de Crucis virtute testimonia 57.
eusebij Cæsareen de visione Crucis in aere mira piaq; narratio 56.de sanctis honorandis assertio 302.b 303.a de imagine Christi & hæmorrhoissæ 334.b de Mosis & Christi dogmatũ diuersitate 404.a de Ignatij martyris erga Traditiones apostolicas studio & affectu 419.b 420.a
eustathiani hæretici quales aut qui 308.a
eustochium qui de obitu matris Paulę consolatus sit Hieronymus 287.b 284.a
euthymio ecclesia quid sit,aut qui eam præsentent 402 a
ἐξαίρετος græcè quid 170.b
Examinatio quę cui incumbat 437.b 443.a
excommunicandi potestas qualis aut vbi sit 511 b 512.a
excommunicati quo in periculo sint 88.a
excommunicatio qui timenda, & qualis sit mysticè gladius 111.a 461.b q aut in quos vtenda 512.
excommunicationis vincula duriùs quàm vlla ferrea vel adamantina,ligare 111.b
excommunicationi terror quis vbi à Christo adiectus 512.a
excõmunicatiõe vbinàm supsedendũ 512.b

exemplar quid sit 324.a
exhibitio operis,quale cuiꝰ rei indiciũ 234.
experientia quæ quantum fidei adimat aut noceat 12.a
experientia de sanctorum quorundam auxilio & beneficijs 298 a
explicatores symboli apostolici singulares ac præcipui qui 17.a
extra ecclesiam qui est, Christianum non esse 2.b
extra ecclesiã nulla salus aut sanctitas 86.b 109 a 111.a 433.b 461.b
extra sanctorum communionem salutis nil esse 87.b 88.a
extra ecclesiã nil boni aut salubris esse 108.
extra ecclesiam Christianos non esse 111.b
Ezechiel qui Mariam prophetice pręsignauerit 196b.
ezechielis signum Thau, quid sibi voluerit aut velit 50.

FAcies Dei quid 137.a
facilia Dei mandata esse 250.a
factores in scriptura commendati aut iustificati qui 395.b
fallax spes quæ 154.b
fatuæ virgines quali quibusnam exemplo sint 219.a
Felix martyr Nolanus qui mortuus ciui alicui suo opem tulerit 299.
felicem Nolæ vrbis martyrem, à S.Paulino eiusdem vrbis episcopo inuocari 300.a
felicitas æternę vitę quanta 137.a
fenestris & parietibus Crucis figuram imprimendam 50.b
ferię quę qui celebrandę 347.b
ferijs in quibus cur & gaudere, & confundi debeamus 279.a
fermentum quod qui aut cur sanctum 195.b
festa quę cur ad celebrandum instituta 317 a
qui obseruanda 346.a
festi dies cur instituti 257.b 353.a.q̃ vtilitate celebrẽtur 317.a qui obseruandi 490.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

festorum aliquot obseruationem,esse tradi- tionis apostolicæ 409.a
festorum iuxta Lugdunen. conciliū seruandorum summa 491.a
Fides quale quantum´ve Dei sit donum & lumen 7.
fides qd spectet, cuive fidat aut innitat 7.b
fides quid,qualis´ve sit veritatis assensus 9.b
fides quæ cur quo authore nil mereat 10.b
fides qualium sit rerum substantia seu argumentum 12.a
fides qui per Chrysostomum laudata 12.b
fides qui aut quarū rerum authoritate munienda 144.a
fides vbi licitè rescindatur 341.
fides incorrupta vbi 433.a
fidei laus,vis ac necessitas 5.b 6.8.a 12.144.b
fidei energia quanta 6.b
fidei vocabulo quid intelligendum 7.a
fidei definitio Apostolica 8.b
fidei proprium quid 8.a 11.b
fidei Catholicæ symbolum,complexio aut summa quæ 13.a
fidei nostræ quis finis 19.a
fidei & spei communio quæ, & discrimen quod 148.b
fidei ac spei doctrina institui,an Christiano satis 218.b
fidei rectæ indicium 427.a
fidei cui tutò ac certò inhærendum 472.a
fidem esse salutis nostræ ianuam 5.b
fidem,nisi vna sit,fidem non esse 6.b
fidem esse gratuitum Dei donum 8.a
fidem ratione metiendam non esse 10.b
fidem non æstimationem,sed certitudinem esse 10.b
fidem à demonstratione haud pendére 11.a
fidem humana experientia nitentem, meritoriam non esse 12.a
fidem esse veluti lampadem magnam,errantibus à Christo exhibitam 12.b
fidē & spē absq; charitate nō sufficere 219.a
fidem veram non mutari secundùm tempora 467.a
fide ac spe magna, quanto sit maior charitas 218.b 219.a
fide per successionem perpetuò conseruata hæreticos confundi 426.b
fidelis proprium quid 12.a
filium Dei esse,mysticè quid 509.a
filij quid suis debeant parentibus 357.b
filiorum ecclesiæ discrimen quod qui vndè facilè fiat 515.b 516.a
filiæ quæ qui incedere solitæ 377.b 378.a
fimbria mysticè quid 315.b
fistulæ morbus vbi aliquandò ad cuius relitquias tactas sanatus 309.a
Flagella Domini qui excipienda 176.b
flores q vbi quàm mirè mulieri cæcæ visum restituerint 308.b
florentini concilij de spiritu sancto & Rō. pontificis potestate decretum 86.a 121.b
fluctuationi quali qui maximè resistatur 477.b
Fons signatus,mysticè quid 201.b
fontis vnius riuuli multi,quibꝰ aut cui mysticè conferantur 97.b
Fraternæ dilectionis officia & indicia 394.b
fronti imprimere Crucis figuram, quò valeat 55.b
frontem signaculo Crucis terere vndenàm didicerimus 49.a
frōtibus ac fenestris Crucis formam imprimendam 50.b
fructus benedictus quis 197.a
fructus quos qui consequamur 487.
fructibus è quibus facilimè agnoscas hæreses 508.a
Fulgētius quibus verbis Marię laudem prędicārit 210.a
fulgentij episcopi de excellentia Mariæ sententia 190.a
furti nomine quid intelligendum 356. eo q̄
alia vitia aut scelera prohibita 380.a
furti

furti vetatio qui differat à vetatione rē alienam concupiscendi 356.a
fusilem ex cera picturā Chrysostomo charam fuisse 328.b

Gabrielis p̄sentia q Maria turbata 210.b
gabrieli archāgelo quid acceptum referre debeamus 191.a
gamalieli quale donum à Nicodemo in testamento relictum 332.b
gangrensis concilij de basilicis aut locis S. Martyrum,sententia 308.a de nō obseruantibus ieiunia indicta 493.b
gaudia regni cęlestis quanta 138.a
Gedeonis vellus ac ros,mysticè quid 200.b
gelasij Papę de epistolis decretalibus sentētia 463. de eqnel definitis in dubium non vocandis 475.b
generatio Christi quę qualis 42.b
generationis Christi æternæ demonstratio 19.a 23.a vtriusquę & diuinæ & humanæ 36.37.38.
genetales synodos omnes,Apostolicæ sedis doctrinam secutas 465.b
geometricæ probationes quo peculiari appellentur nomine 11.a
geruasij & Protasij martyrum corpora quibus miraculis & reperta & probata 308.a reliquijs quid Mediolanum debeat 312.
gestus qui quibus cauendi 370.b
Gloria Dei,quorum illustret virtute 289.b
glorianti in quo gloriandum 18.b
Grassantibus hæresibus, quò confugiendū 435.a
gratia data Mariæ, quā differat à gratia alijs data 188.b
gratia quibus per quam quærenda 217.b
gratiam quantam Maria consecuta 201.a
gratia nos fieri saluos 8.a
gratia qui plena Maria 187.b
gratiani iurisc̄sulti de apostolicis decretis sententia 462.b
gratuitum esse debere amorem 229.

gregorius Magnꝰ cur cui fidei detrahat meritum 10.b qui resurrectionem generalē demonstrārit 129.b quæ concilia euangelij instār habeat 461.b 462.a
gregorij de authoritate ecclesiæ sententia 102.b 110. de purgatorio 108.a de spe & timore 153.b de charitate seu dilectione 232.a de sanctis defunctis 274.b 275.a de sanctorum imaginibus 333.a de die Dominico 352.b de multiplici charitatis laude 399. de ligandi & soluendi authoritate 513.a
gregorio non meritoria fides quæ 12.a
gregorij Nazianzeni de inuocata per virginem tentatam Maria, singularis exempli adductio 205.a de honore sanctis habēdo sententia 283.b 284.
gregorius Nyssenꝰ quali pictura ad lachrymas motus 327.b
gregor. Nysseni & Basilij Mag. confratrum concors de imaginibus sententia 329.b
grex Tertulliano mysticè quid 3.b

Hæmorrhoissæ imago Chſo apud Cęsaream statuta, quantæ existimationis 329.b
hęmorrhoissæ erga Christū gratitudo quī ostensa 334.b 335.a
hęmorrhoissica Christi statua qui per apostatam Iulianum, ac posteà per ethnicos tractata 335.
hæmorrhoissicæ Christi statuæ fragmenta qui custodita 335.b
hæresim non tam de scriptura,quàm de intelligentia esse 510.a
hæreses cur à diabolo adinuentę seu excogitatę 98.b
hęresum & schismatū origo seu ortus vnā denàm sit 99.b 435.b 436.a 460.b
hęresum omnium interemptrix quę 216.a
hęresum confutatio vndè instituēda 470.b
hęreses ex summi sacerdotis cōtemptu oboriri 100.

hę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæreticum esse,quisquis de Christo aut fide Christiãa aliter,quàm ecclesia,docet aut sentit 420.a
hæretici qui vndè cognomina sua adepti 2. cur præsidem ecclesiæ potissimùm oppugnẽt 99.b qd cuius impulsu faciãt 307.a quid in traditiões ecclesiæ audere soleãt 408.a qui vsurpent aut tractent scripturas 507.quo tegant lupum vellere 508.a
hæreticorum superstitio in vitandis Catholicis quæ qualis 307.a cõuenticulum,Antichristi esse synagogam 426.a ingenium seu affectus erga sedem Rom. quis 437.b scripturis conuictorum cauillus ac tergiuersatio 510.b mores aut studia qualia 516.a proprium quid 469.b 518.b
hæreticos,verè Christianos nõ esse 3.b Tertulliano esse non posse Christianos 4.nil nisi pœnam & interitum manere 110.a filios ancillæ aut concubinę, non matronę,esse 114.a extra ecclesiam defunctos, damnationi obnoxios esse 139.a sibi nomen ecclesiæ falsò arrogare 421.b suę ecclesiæ originem reddere non posse 427.b
hagiomachis anathema 296.b
Hemeterius & Cheledonius martyres qui à Prudentio laudati 291.
herbæ ad imaginem Christi enatę mirabilis virtus 335.
herodis iuramentum quod cur non fuerit seruandum 344.b 345.a
hesiodus quid boni aut vero cõsentanei de semideis scripserit 303.a
Hieraticarum apud Aegyptios literarum vnam,Crucis habuisse formam 53.a
hieronymus perpetuã MARIAE virginitatem cõtra quem vbi asserat 39.b quomodò aut Romanæ aut Petri cathedræ adhęserit 101.a qui Paulã inuocârit 288.a quãtus Romanę ecclesiæ laudator aut præco 432.b
hieronymi de symbolo apostolorum sententia 16.a de vtendo S. Crucis signo 50.a de S. Crucis potentia aut vi 55.de Christi ad inferos descensu 66.a de vnitate ecclesiæ 98.b de sequenda ecclesia Catholica consiliũ 105.b 106.a de sacerdotũ authoritate apophthegma 118.b de generali resurrectione assertio 126.b 127.128. de libris scripturę sacrę authenticis 142.b de pane supersubstantiali 170.b de S. Marię laudib⁹ 198.a de virginitate Marię 201.b de sanctis defunctis 277.b 287.b contra Vigilantium de reliquiarũ honore 303.b de traditionibus apostolicis aut orbis totius consensu 405.b de Quadragesima & quibusdam ieiunijs 410.a 411.b de traditiõum Ecclesiasticarum obseruatione 420.de Rom.aut Petri cathedra 426.ade nomine Petrę,Petro per Christum communicato 429.a erga summum pontificem reuerentia 433.de summi sacerdotis dignitate 436.a de intelligentia scripturarum hæretica 509.b de excommunicatione aut pronunciato ecclesię 511.b
hieronymo consensus orbis totius quam vim habeat 143.b 144.a
hieronymo q Cathedra Petri agnita 422.b
hieronymum in re dubia ad Rom. pontificis iudicium confugisse 465.a
hilarij de Petri apostoli excellenti potestate exclamatio 120.a
hilarij de fundamento ecclesię sententia insignis 428.b 429.a
hilarij de hæreticis scripturam citantibus sententia 507.a de falso scripturarum sensu 520.a
hilarion qui prestigias seu terriculamenta dęmonum dispellere solitus 55.
hilarionis insigne per Crucis figuram contra fluctus marinos miraculum 55.b
hippolytus,qui à Prudẽtio laudatus 294.b
historię quę cur in templis depingi consuętę 327.a
historiarum sacrarum piè depictarum vtilitas quanta 339.b
Hodiè mecum eris in Paradiso, quomodò intelligendum 64.b
hoĩm quẽq; esse cuiq; proximũ 229.b 230.b
homines qui sint aut fiant dij 21.b
homines qui per hæreses occæcentur ac fallantur 99.a
honorandum in martyribus quid 314.b
honorandorum parẽtum merces quæ 358.a
honor exhibitus seruis, cuius sit rei indiciũ 282.a
honorem seruorum, redundare in eorum Dominum 306.a
honor imagini exhibitus, ad prototypum seu primũ refertur exemplar 324.a 328.a
hortus conclusus mysticè quid 201.b
hosij Cordubeñ de ijs qui præsumptuosè concilijs se immiscent,iudicium 459.a
Humana vita quid aut qualis 176.a
humanam excedentia rationem, fide duntaxàt indigere 12.a
humanam in excommunicatione sentẽtiam diuina roborari 511.b
humanum genus quid Mariæ debeat 198.a
iephtè vòtũ de immolatione filię ẽ̃ 344.b
IAcobus frater Domini qua erga Mariam deuotione vsus 186.a quali imagine per Gamalielem donatus 332.b
ianua salutis nostræ quæ 5.b
ianitorum,regum, & piscatorum lepida inter se commutatio 286.b
Iconoclastæ cur furiosi potiùs quàm erronei existimandi 319.a
iconoclastarum error, aut insania potiùs spõranea,qualis aut cur damnabilis 318.b
iconoclastarum damnatio 329.a
iconoclasticus imperator quis qui per Damascenum oppugnatus 337.b
iconoclastici conciliabuli apud Constantinopolim habiti damnatio 329.a
iconomachus imperator primus quis 327.a
iconomachi qui per quam Synodũ anathematizati 337.b
Idola ethnĩcorum imaginibus sacris conferre,quale quid 335.a
idola quæ qui per scripturas damnata & reiecta 319. 320. 321. 322. 323.
idololatræ Vigilantio hæretico qui 304.b
idololatriam primo DEI præcepto prohiberi 252.a
Ieiunalis prandij tempus olim quale aut quantum 494.b
Ieiunium diei Dominicæ nefas esse,ex traditione haberi apostolica 405.a
ieiunij indicti violatores qua pœna plectendi 494.a
ieiunij quatuor temporum certò definendi ratio,quàm fuerit olim difficilis 494.b
ieiunij à pascha vsque ad Pentecosten immunitatem aut intermissionem,traditionis apostolicæ esse 405.a
ieiunia Mariæ & parsimonia 211.a
ieiunia quæ qui obseruanda 490.b 491.b 492.b 493.b
ieiunia cur quorundam sanctorũ festis prę-mittantur 495.a
iesus quid sonet 27.b
iesu erga nos amor quantus 41.a
Ignatius etsi custodia & vinculis cinctus, in quo ad mortem itinere quàm sedulò ac seruidè quid docuerit 419.b 420.a
ignatij de vocabulo Christianorum, & virtute S. Crucis apophthegma 3.a 55.b
ignatij de honore episcoporum,& obseruatione Quadragesimæ, sententia 485.b 493.b 494.a
ignis quẽ vocãt Purgatorium,assertio 108.a
ignis alieni ad Dei altare allatio, mysticè quid 110.a
Imaginis honorem ad prototypum transferri 325.a 328.a
imaginis lignum aut materiam nõ honorari 327.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

imaginis Christi per Nicodemum factæ mi-
raculum 332.a
imagini non ranq; diuinitati prosterni 334.a
imagines & statuæ sanctis erigendæ 310.a b
neo fieri iussæ, quales aut quæ 321.b 322.a
imagines quæ quo nos excitent 325.a bus librorum sint loco 325.a
imagines apostolorũ Petri & Pauli qui iam
olim Romæ veneratæ 326.
imagines quæ à quib⁹ episcopis aut episco-
porum conuentibus adoratæ 328.a
imagines cur in templis propositæ 333 b
imagines Christi & Mariæ à Luca euange-
lista factæ 336.
imagines qui honorandæ 339.a
imaginum Christi aut sanctorum vsus, an
cum primo Dei præcepto pugnet 318.a
pius vsus quis 318.
imaginũ cultũ & vsum, esse traditiõis apo-
stolicę non scriptę 325.b 329.b 330.a
407.b 412.a
imaginum sanctarum vtilitas quę, & quę eis
debeatur veneratio 330.b
imaginum per Nicephorum historicum as-
sertio 336.b
imaginum sacrarum defendendarum gratia
multos martyrio affectos 339.b
imaginibus quod fit, imaginatis per eas, fie-
ri 339.a
imagines deuotionem excitare 333.b
imagines Christi & Marię, Petriq; & Pauli
transmittit Gregorius 334.a
imagines sanctorum, idolis ethnicis compa-
rare, scelus quantum 338.a
imagunculas ad martyrum memorias sus-
pendendi vsus quis 289 b
imitatio Sanctis gratissima quę 284.a
imitatio quę aut quorum quàm quibus sit
necessaria 317.a
immersio baptizandi hominis trina, vnde-
nàm sit 403 b
immunditię corporum sanctorum aut reli-
quiarum confutatio 306.
impator quis qui miraculosè auxilio S. Ma-
riæ victoriam consequutus 337.a
imperatori nil esse cum episcoporum nego-
cijs commune 459.a
imperatores etiã Sanctis ob intercessionem
supplicare 286.a
imperatores qui quorum sanctorum reli-
quias quomodo honorárint 304.a
imperatorũ protectores qui etiã serui 286.b
imperatorum iconoclasticorum aliquot ca-
talogus 340.
implorationis aut inuocationis sanctorum
assertiõ ac defensio 296.b
impossibilia non esse Dei mandata 249.a
250.a 251.b
Incedendũ inter spẽ ac timorẽ qui sit 154.
infernus seu inferiora terræ, quid aut vbi
66.a
infernus per Mariam euacuatus 207.b
inferni dolores qui dicantur soluti 64.a
inimicus qui diligendus 230.b
innocentius 3. Papa qui Mariã extulerit 198.
intercessio Mariæ quibus titulis aut verbis
fertio 336.b
ab Athanasio petita 209.a
intercessionis sanctorum, ringant hæretici
quàm velint, defensio 185.b per Iacobum
Domini fratrem assertio 186.a vis 204.b
intercessionem sanctorum perpetuo eccle-
siæ vsu receptam 296.b
interpretatio quę qui fieri debeat 506.b
interpretationes quę quid innuant 508.a
inuidiæ malum quantum 138.a
inuocationis Mariæ assertio 206.b
inunctionem olei in sacramentis, vndenàm
habeamus 403.b
inuocati à Nazianzeno sancti qui 183.b 184.b
Ioannis Hierosolymitani de resurrectione
error qui per quem confutatus 128. eius
pro imaginibus contra Leonem Isauri-
cum sententia 340.a
Iob sua de resurrectione generali fide quos
me-

meritò pudefaciat 130.a
Iob quale cum quib⁹ fœdus pepigerit 376.
Ioeli quale futurum generale omnium iu-
dicium 72 b
Ionæ Aurelien episcopi de imaginum cultu
assertio 337.
Irenæus qui Christi ad inferos descensum,
eiusq; ex illo ascensum adstruxerit 63.
Irenæus qui Romanã Ecclesiam Petrive se-
dem agnouerit 423.a
Irenæi de apostolorum symbolo sententia
15.b de vnitate ecclesiæ 97.b 98.a 100.b
eiusq; ordine & authoritate 103.a 110.a
143. de laudibus Mariæ 197 b de aduoca-
ta Maria 208.a de obediẽtia presbytero-
rum ecclesiæ 421.a de Ro. Sedis authori-
tate 426.b de Traditionum vi 514 a
Isidori de festis sanctorum sententia 317.a
Iudaica festa nõ celebrãda Christianis 353.a
iudicare de vero scripturæ sensu, cuius sit
506.b
iudex in fidei negocijs supremus quis 435.a
iudicium extremum qui expectandum ac ti-
mendum 70.b
iudicij extremi q̃ta futura seueritas 70.b 71.a
iudicij & misericordiæ contemperantia quę
quàm necessaria 154.b
iugum quod quale, & qui tollendum 243.a
Iulianus apostata quibus verbis virtutem
Crucis testatus 51.b
Iuliani apostatæ statua qui de cælo tacta &
dissecta 335.b
Iuliano apostatæ quid miri per signaculum
Crucis obtigerit 49.b 50.a
Iulianum apostatam Crucis signo dæmones
fugãsse 51.b
iuramẽta quę cur non seruanda 344.b 345.a
iurandum an & qui sit 341.a 343.a
iurationi non assuescendum 341.b
iraturo qui iurandum 343.b
iustitia qbus aut quot partibus absoluat 4.a
iustitia quæ in quibus consistat 5.b
iustitiæ & sapientiæ momentũ quantum 4.a
iustificatos quãtumlibẽt perfectos, esse ob-
seruandis Dei & ecclesiæ mãdatis adstri-
ctos 234.a 249.a
iustum extra ecclesiam esse posse nemiuem
108.
iustum non peccare in quouis opere 250.a
L Abarum, quale Constantini Imperato-
ris vexillum fuerit 56.b
lactis ac mellis concordiam prægustare, qui-
busnam olim ex traditione commenda-
tum 404 b 405.b
laicorum quorundam temeritas & impudẽ-
tia quo in negocio quanta 458.b
laicos aut seculares quibus de rebus agere
non deceat 458.a
lampadis magnæ & fidei comparatio ele-
gans 12.b
lateranensis concilij de vnitate ecclesiæ sen-
tentia 111.a præceptum de confessione &
communione quale 496. de prouincia-
libus concilijs 511.b
latreia quibus exhiberi iussa aut vetita 252.a
cui soli debeatur 255.b 256.a
λατρία (vulgò Latria) quid 253.b 255.b 256.
257.b 259.a 261.b
lauacri quotidiani iam indè à baptismo per
hebdomadam totam carentia, vndenàm
sit aut fuerit 405.a
laudare sanctos aut virtutem, quid 284.
laurentius martyr qui à Prudentio laudatus
& inuocatus 291.b 292.a
Legati nostri apud Deum qui 283.a
legislatorem, inuitis etiam hæreticis, Chri-
stum esse 234.b
leo Isauricus impator quomodò in sacras
Christi & sanctorum fæuierit imagines
339.b 340.
leonis Magni de fidei dotibus elogia seu
assertio 6.b de symbolo apostolico 16.
de apostolica ecclesia 101. de fidei inte-
gritate ac necessitate 144.b de DEI

Universidad de Deusto
Biblioteca

erga nos paternitate 160.b de sanctorum Petri & Pauli patrocinio fiducia 298.b de Dominicę dici excellentia 352. de traditiõibus discernẽdis 409.a de apostolorũ inter se potestatis discretione 436.a constitutionibus decretalibus 469.a
lepra quæ quibus purgari concessa 119.b
Liberæ obseruationes quæ 415.b
libertatem in qualẽ Christiani vocati 515.b
libertate qua qui vtendum 515.a
libertate Christiana qui cur hodiè abutantur maximè 515.a
librorum Vet. & Noui Testamẽti probatio & catalogus 504.b 505.b
licentia carnali qui pro libertate, si dijs placet, Christiana abutantur 515.a
lignum vitæ in terra infixum, mysticè quid velit 54.a
lilijs cur quæ munera conferantur 218.a
linguarum omnium scientia cur vndè qui donati 15.b
linguarum confusione cur qui damnati aut puniti 15.b
litania quæ quos calumniatores confundat 263.a
litaniarum preces q̃ quibus cõueniant 315.b
Loca quæ quanto cur quibus horrori 51.a
loculos sanctorum, dæmonibus formidini esse 312.a
loquendum quid aut quis sit 342.b
Lucas euangelista quas quorum´ve imagines feciſſe asseratur 336.
lucæ ac Timothei reliquiæ quò per quem translatæ 304.a
lucam euangelistam, præter alia, etiam pictorem insignem fuisse 336.
lucem esse & Christum & apostolos 430.b
luciferi, alioqui hæretici, catholicũ de more ecclesiæ, orbisque vniuersi consensu, apophthegma 405.b
lugdunen concilij de festorum dierum obseruatione sententia 491.a

MAgdalenæ vnguento etsi Christus nõ egeret, eam tamen ob id à Christo laudatam 304.b
magistratibus cur quantoperè obsecundãdum 416.
maiestatis diuinæ assertio & confessio 23.b 24.a
maiores aut superiores, qui à subditis obseruandi 357.b 358.a
malachiæ qualis futura Domini dies 72.a
mala, vndè liberari optamus, quæ intelligenda 479.a
maledicti aut maledicendi qui 383.b
mandatis Dei & ecclesiæ Christianos esse obnoxios 242.a
manentes extra ecclesiam, nil nisi damnationem manere 109.b
manuelis imperatoris erga S. Mariam deotio & gratitudo 337.a
marcelli Papæ I. de solicitudine Rom. pontificis sententia 440.a
marcionistæ vndè aut cur sic dicti 2.a
mare intumescens qui per quem Crucis ignaculo sedatum 55.b
mare mysticè quid 121.a
maria quibus verbis per Iacobum fratrem Domini honorata 186.
maria qui per Augustinum inuocata 187.
maria quid sonet 188.a 200.b
maria qui plena gratia 188.b
maria q ad se cõfugientib⁹ subueniat 190.b
maria q aptè vocetur gratia plena 192.b
maria qui per Esaiam & Ezechielem mystícè prædicata 196.b
maria quibus quomodò inuocanda 199.a
maria qui per D. Bernardum laudata 199.b
maria quos & quàm diuersos quantis affecerit beneficijs 207.a
maria qui p quos patres aut martyres laudata & inuocata 208.209.210.
maria quî inter Christum & Ecclesiam media 216.a
mariæ virginitas perpetua quî ab Ambrosio asserta 40.
mariæ & sanctorum intercessionis assertio 185.b
mariæ & Euæ collatio 186.b 190.a 198.
mariæ salutandæ author quis, seu authrix q̃ 191.a
marię encomia per Andream Hierosolymitanum archiepiscop. 195.
marię precibus misericordiam Dei impetrari 204.a
marię suffragia vt impetres, quid fieri oporteat 201.a
marię conceptio quàm fuerit singularis ac sancta 202.a
mariæ dotes aut virtutes quę quibus opportuniores 207.a
marię virtutes, & quę eius viuendi ratio fuerit 210.b 211.212.
marię gest⁹, mores, incessus, disciplina 211.b
marię vitam, omnium esse disciplinam 212.b
mariæ pedibus cur procidendum 216.a
marię Dei genitricis imago qui per quem imperatorem honorata 337.a & quomodò per alium eidem lachrymæ fusæ ibi.
mariæ perpetua virginitas vndè contra quẽ defensa 39.b
mariæ quid debeat genus humanum 198.a
mariæ cur tanta pietas ac potestas 207.a
mariæ quid debeant & mulieres, & viri 210.
mariam esse spem vnicam peccatorum post Christum 187.b
mariam absque peccato fuisse 202.a
mariam cõfugiẽtibus ad se semper succurrere 206.b
mariam inuocatam deesse nemini 207.a
mariam honorari quantoperè Deus voluerit 217.a
martyres qui colantur 259.a
martyres qui inuocandi, honorandi & appellandi 282.b
martyres q̃ & q ab Ambrosio laudati 285.b
martyres qui à fidelibus inuocentur 289.b
martyribus neque sactificari, neque diuinos honores tribui 295.b
martyres quorum regum patroni 298.a
martyres qui honorandi 310.a
martyres cur & turrium, & columnarum, & scopulorum, & candelabrorum, & taurorũ nomine appellandi 311.a
martyres qui quomodò honorandi 314.b
martyrum memorię qui à Christianis celebrentur 259.a
martyrum memoriæ cur Augustino teste celebrentur 263.a
martyrum memorię ac festa quo honore celebrari soleant 283.b
martyrum templa cuiusmodi 289.a
martyrum charitas quanta 223.a
martyrum memoriæ cur honorentur 295.b
martyrum honor quis qualis 296.a
martyrum orationibus Deum ꝓpitiari peccatis populi 302.b
martyrum reliquias honorari, non adorari 306.a
martyrum miracula negantes, Christo non credere 313.b
martyrum in homines beneficia 283.a
martyribus cur inuideant hæretici 313.b
martyres q̃ voluerint, impetrare posse 311.a
martyres esse patronos mundi 291.b
martyres veniã precari nostris lapsib⁹ 292.b
martyres propter imaginum defensionem complures factos 339.b 340.a
martyrium quod cur potiùs perfidię pœna, quàm fidei corona 112.b 113.b
martyrij sanguine non deleri peccatũ schismatis 110.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

martyrium extra ecclesiam,nõ prodesse aut saluare 109.b
martyrium extra ecclesiam inutile esse 112.b
massiliẽsis episcopus Serenus cur à D. Gregorio increpatus 333.a
mater misericordię quę quàm rectè dicatur 206.
mater ecclesię catholicę aut radix quę 437.a
matisconensis cõcilij de festorum obseruatione sententia 491.b
matres cur potissimùm filijs aut filiabus honorandę 359.b
matricem ecclesię deserens, scorsùm viuere aut spirare non potest 113.b
maximi ecclesię Tauriñ episcopi de symbolo apostolico sententia 16.b de sanctorũ adiutorio 302.b
Mediator quis qualis 279.b
mediatore cur ad mediatorẽ sit opùs 215.b
mediolanẽsi peculiare priuilegium qui cõmune omnibus 314.
mediolanũ qd qbus martyribus debeat 312.
mediolanum qui Augustino habitum 308.a
mediolani qui olim sabbato non ieiunarent 415.b
melitiani vndè sic appellati 2.b
membra nos eadem quibus hic vsi fuimus, in resurrectione habituros 129.a
membra ecclesiæ præcipua quę 443.a
memorię quę aut ą̃rum qui celebrent 259.a
memoriam in cęlo augeri 280.a
mendacia quoto Dei pcepto ꝓhibita 384.a
merces quę cuiq; tandèm obuentura 122.a
mercedem intueri operantibus licitum esse 250.a
Militię cur presens vita conferatur 175.b
miraculum S.Hilarionis contra intumescẽs 55.b
miracula quæ qui per quos elusa 305.a per Augustinũ obiter assignata 308. 309. qui hæretici aut negent aut calumnientur 313.
miri quid de imaginibus Petri & Pauli Cõstantino visis 326.b
missæ sacrificium nulli sanctorum offerri 296.a
missæ officium quandò cui quomodò audiendum 490.b
missę sacrificium qui audiendum aut videndum 493.a
misericordiæ & iudicij societas vbì necessaria 154.b
misericordię mater qui per quem aut quam interpellata 216.b
mittere deorsum,quid 509.a
Mœchiæ vocabulo quid intelligatur 356.a
moguntinum concilium quod, quid de qbus statuerit ieiunijs 494.a
moguntini concilij de festorum obseruatione sententia 402.a
monica qui aliquãdò Mediolanensium cõsuetudine perturbata 415.b
mons qualis aut quantus ecclesia 95.b
96.a mysticè qui sit S. Maria 197.a
monstra humana qui tandèm & ipsa resurrectura 130.b
monumenta piscatorum quæ, quibus regalibus sepulcris clariora 286.b
morituros ac resurrecturos omnes, immutandos non omes 126.b 127.
mors æterna qui mortalibus hic facilimè vitetur 119.b
morsus inferni quid sibi velit 65.a
mortis in hora quid quibus Maria 204.b
mortui quot modis ea quæ hìc fiunt, cognoscant 275.b
mortuorum corpora cui hæretico qualia mare qui factum 306.a
mortuos fraudare viuorum auxilijs, quorum sit 288.b
moses (aut Moyses) cur nõ oĩa quę templo inerant,voluerit omnibus peruia 403.b
mosis

mosis erectis (in Crucis formam) manibus vinci Amalech 52.b
moysen quò charitas adegerit 232.b 233.a
Mulier illa fortis apud Salomonem, mysticè quæ 200.b
murus aduersùm dæmones inexpugnabilis quis aut quid 55.a

NAtalis Christi locus ex prophetia Micheæ ostensus 36.a
natalitia quæ cur celebranda 316.b
natalitij dies sanctorum quorũ q̃ præcipuè celebrandi 302.b
naues mysticè quid 121.a
nazianzenus qui Mariam inuocauerit 213.b 214.
nazianzenus inuocat Cyprianum 283.b
nazianzenus quali præconio Mariam extulerit 209.b
nazianzenus quãti fecerit Athanasium 284.
nazianzeni de efficacia signi crucis assertio 49.b
nazianzeni de vincenda tentatione lepidũ exemplum 205.
nazianzeni pia de imaginibus sentẽtia 329.b
Negans se Christianum, Christum negat 3.a
negatio quarum rerum facilior quàm assertio 138.b
negocia q̃ quibus diebus nõ exercẽda 353.a
negocia quæ quò referenda 440.b
neminem extra ecclesiam saluari 110.b
nescìri multa Christi & apostolorum dicta factaque,quorum nostra interfit maximè 514.b
Nicena synodus 2.contra quos speciatìm habita sit 326.a quanti traditiones ecclesiasticas fecerit 406.b
nicenę synodi secundę de sanctorum intercessione sententia 295.b de reliquiarum veneratione 307.a contra iconoclastas ꝓ imaginibus 329.a de honorandis & habendis imaginibus definitio 330.a & cõtra iconoclastas exclamatio 330.b in eos. dem anathema 337.b 338. de traditionibus ecclesię & imaginum veneratiõe sententia 407.b 412.b
nicenę 1. synodi sententia qui per Constantinum excepta 459.b eiusdem de Roma. pontificis authoritate iudicium 442.a eiusdem canones de Roman.pontific. ex Iulio(aliàs nõ extantes) qui 443.b 444.a eiusdem synodi Nicenæ I. de binis per singulos annos synodis sententia 457. 511.a
nicephori mira de crucis figura in frõtibus infidelium impressa narratio 53.b
nicephori de miraculis S.crucis Constantino visę testimonium 57.b 58.a
nicephori de imagine Christi Augaro(alibì aliter appellat) Edessę regi trãsmissa narratio 335.b
nicephori de facinore lepido ac pio archimandritæ Theodosij narratio 462.
nicetæ Choniatis historica de triumpho Manuẽlis impatoris narratio 336.b 337.a
nicodemum manibus suis crucifixi Christi imaginem fecisse 332.b
nicodemica illa crucifixi Christi imago, q̃ tandèm per quos deuenerit 332.
nicolai papæ I.de apostolicis constitutionibus sententia 462.b 463.a
nihil virij aut deformitatis pristinæ in corporibus sanctorum resurgentibus futurum 130.b
nili de cruce in templis effigiãda, eaq; sola, assertio 328.b
nil boni extra ecclesiã sperandum aut quæreudum 109.
Nominatio Dei quę qualis 341.b
nomine Dei qui aut qua reuerentia vtendũ 341.a
nõ tam quid fiat,quàm quo animo fiat, videndum 324.b
no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouarum hæresum confutatio vndè quæ-renda 470.b
nouitas hæretica qui aut qua authoritate conteratur 473.a
nouitates quibus aut inuisæ, aut plausibiles 469.b
nouitatibus in fide susceptis, quæ necessariò mala sequantur 469.a
nouitatibus qui vel gaudeant maxime, vel offendantur 518.b 519.a
nosipsi quales sanctorum esse debeamus imagines 310.a
nox mysticè quid 199.a
Nyssenum Gregorium pictura de Isaac & Abraham,ad lachrymas cõmouet 327.b

OBediendum qui quibus 360.a
oblationes & orationes pro defunctis ex traditione apostolica esse 405.a 410.a 411.a
obsecrandum cui pro quibus 360.a
obseruatio dierum quæ qui à Paulo vetita aut non vetita 352.b 353.a
obseruationes liberæ quæ 415.b
Ociũ dici festę nostrũ q̃le esse debeat 354.a
ocio quali quandò vacandum 346.a
octauæ generalis synodi de Crucis effigie instàr Euangeliorum libri adorandi assertio 331.a de sacris imaginibus sententia 338.a de traditionibus iudiciũ 408.a
oculis cum suis quis quale pepigerit fœdus 376.b
Oleum quid magni significet 225.a
oleo charitatem signari 223.a
olei vis ac supereminentia 223.b
olei inunctionem in sacramentis, traditionem Apostolicam esse 403.b
Omnipotentiæ diuinæ assertio & ostensio 22.b
Opera bona vbi tantũ fructuosè fiant 102.b
opinionem nec esse,nec dici posse fidè 10.a
optati Mileuitani de ecclesia Catholica iudicium 427.a
opulenti qui quales, aut qualibus obnoxij vitijs 378.b
orandum quibus pro quibus 360.a
orare sanctos pro peccatoribus, neque nouum,neque insolitum 301.b
orare vultu seu ore ad Orientem verso, vndè fit 403.a
orari pro defunctis, vndè 411.a
oraria & vestes reliquijs admota, medicamenta præstare 312.b
oratio Dominica quæ aut quot cõprehendat 157.
orationis ardentis vis quanta 149.a
orationis Dominicæ explicatores qui 156.b
initiũ quale,aut quid sibi velit 158.a summa,seu quid comprehendat 183.b
orationis sanctorum defunctorum pro viuis assertio ac defensio 278.a 282.b
orbis terrarum cura cui à quo commenda-ta 431.a
ordinatio in ecclesia quæ cur maximè conseruanda 476.b
ordinationes quæ quales, aut quàm necessarię 417.a
ordinum singulorum sancti quo nobis honore prosequendi 310.a
orientem versùs orare,traditiõem esse apostolicam 405.a 412.a
origenis de laude S. Crucis elogia 52.b
origenis de resurrectione error quis 128.a
origenis de sanctorum defunctorũ pro nobis oratione sententia 277.a de baptismo paruulorum 409.a 410.b de aspernatoribus traditionum ecclesię 420.a de primatu Petri 430.a de verbo Christi, Eccè hic,eccè illic,interpretatio 451.
origo schismatum & hæresum omnium quę 436.a 460.b
ornamenta quę quibus in festis quomodò vtenda 352.

orthodoxa de imaginibus sententia 327.a
Os,princeps,ac vertex apostolorũ,qs 431.a
oscę de Christi ad inferos descensu ac reditu oraculum 59.b
ossa quæ qui iam olim venerata 304.b
& longè antè apud Israelitas honorificè tractata 306.b
Ouilis inanimati pfectis vndè qui obsequêdum 487.b
ouis Tertulliano mysticè quid 3.b
ouium officium quod 487.b
ouium vestitus quid 508.a

PAci ecclesiæ quãtoperè boni consulant Christiani 107.a
paneas q̃, & q̃ miraculo insignita 334.b 335.a
paparum Rõma,in conseruanda tuendaque vera fide conatus 466.b
papatui aut Papæ detrahẽtes, patribus oñibus ac synodis detrahere 422.b
paracleti à Christo & Patre missi ostensio 19.b 20.a
paracleti aut Spiritus sancti efficacia & gratia quanta 83.a
paradisus mysticè qui dicta Maria 197.a
paradisus,in quo cum Iesu latro futur⁹ erat, quis aut vbi 64.b
parasceues & passionis diem, esse Traditionis apostolicæ 409.a
parentes qui filijs honorandi 357.b 358.a
parietes templi quomodò depingẽdi 329.a
particulæ ligni crucis Christi,apud quos q̃ olim desideratæ 54.b
particularia ab vniuersalibus longè differre 415.a
paruulorum baptismum, esse Apostolicam traditionem 409.b
paschali festo celebrãdo qui per Quadragesimam paremur 352.b
passionis Christi pro nobis,è Scripturis testimonia 41.b 42.43. 44. 45. 46.
passiones seu dolores qua nobis tãtummodò conditione prosint 48.b
passiones meritoriæ quæ 82.a
pastor pastorum quis 120.b 425.b
pastoris nomen qui Christo & Petro conueniat 431.b
pastoris sentẽtiam etsi iniustam, tamen forsitan 513.b
patres qui quo honore prosequendi 310.b
patres omnes catholicos,imagines recepisse 330.a
patres qualibus aut quibus in rebus aliquã-dò dissentiant 472.b
patres qui quibus in rebus quales sint iudices 473.a
patres quid in ecclesijs docuerint 473.b
patriarchæ & prophetę quo nobis honore prosequendi 310.b
patriarchæ vndè quomodò pro quibus implorati 316.
patrum de Maria virgine testimonia 208.a
patrum de similitudinibus fieri prohibitis aut non prohibitis sententiæ 323.b
patrum aliquot insignium pia & concors de imaginibus sententia 329.b 330.a
patrum de ecclesiæ, corumq; qui eam repsentant,authoritate sententiæ 401.b
pãtrum de rraditionibus scriptis & nõ scriptis testimonia 402.b
patrum qui veneratiõem imaginum defenderint,catalogus 412.
patrum de pastore vniuersalis ecclesiæ testimonia 425.a
patrum,quibus Augustinus contra Pelagiũ vsus,catalogus 474.b
paula quõ ab Hieronymo inuocata 288.a
pauli de iudicio extremo authoritates 74. 75.
pauli diaconi historici de iconclastici imperatoris Leonis Isaurici furijs narratio 319.b
paulina definitio fidei qui explicanda 10.b
paulini Nolani de sanctorum auxilio & intercessione sententia 299.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paulinum Nolanum inuocare patriarchas, apostolos, prophetas, & martyres 301.b
paulo Apostolo qua conditiõe aut creditũ sit, aut non credendum fuisset 504.a
pax vera vbi 137.b
peccantes in spiritumsanctum qui 118.b
peccatum quod cur ne martyrij quidẽ sanguine delendum 110.b
peccata cui quisq; sua cõfiteri debeat 490.b
peccatorũ remissio qui aut vndè nobis cõparata 114.a
pedibus cuius quĩ aut cur procidendũ 216.a
pelagiꝰ qui ab Augustino oppugnatus 472.
pentecostes festum esse traditionis apostolicæ 409.a
peregrinationes ad sepulcra sanctorum (rideant aut ringant hæretici quàm velint) à Chrysostomo laudatas 287.a
perfidiæ nullus ad ecclesiam Romanam accessus 435.b
περιούσιος Græcè quid 170.b
perpetuæ martyris laus 223.b
persis quibusdam etsi infidelibus, quid per crucis figuram frontibus impressam salutis obtigerit 53.b
personarũ in Trinitate distinctio, earumq; conuenientia 21.a 22.a
pestis in Persas infideles grassantis mira per crucis impressionem repulsio 53.b
petitio oratiõis Dñicę prima quid sibi velit 160.b secunda 162.b tertia 165.a quarta 168.b qnta 171.b sexta 175.b septima 179.a
petitiones oratiõis Dominicę q̃t, & qualis earum distinctio 157.
petra quĩ & Christus & Petrus 431.b
petræ nomine aliter Christum, aliter Petrũ vocari 430.b
petrus quõ caput ac princeps apostolorum 99.a qui à diuo Ambrosio inuocat 286.a qui etiamnùm pastoris officium exerceat 298.b
petrus orare pro nobis non cessat 299.a
petrus qui ecclesiam repræsentabat 429.b
petrus quid significet 429.b
petrus qui vndè dictus sit petra 429.a 430.a
petrus quĩ vnus apostolis omnibus & patribus ecclesiæ præpositus 431.b
petrus q̃bus epithetis à Chalcedonensi synodo nominatus 438.a
petrus totius ecclesiæ caput 440.b
petri apostoli de iudicio extremo oraculũ 75.b excellentia 100.a
petri cathedra quanti Hieronymo habita 101.a præ cæteris apostolis priuilegium 101.b principatui detrahentes, quo sese demergant 104.b potestas quanta 121.b arbitrio cæli claues traditę 120.a merita, cura & auxilium in administratiõe põtificię dignitatis 298.b 299.a sedes & continuata Roman. pontificatus successio, qualis sit petra 428.a
petro cur datus ecclesię primatus 99.b
petro, eiusq; successoribus ouium Christus suarum curam commisit 425.a
petro cur datus primatus 429.b
petro qui aut cur datę claues 430.a
petro cęlorum datas claues, non cęli, quid præ se ferat 430.
petro q̃ aut q̃rum cõmendata sit cura 431.a
petrũ à Chr̃o ecclesię caput cõstitutũ 101.b
petrum & Andream q̃d olim in carne potuerunt, posse etiamnùm 285.b
petrum & Paulum pariter olim ante Augustini ætatem cũ Christo pingi solitũ 331.b
petrum in cathedra Rom. ecclesię sedisse 428.b
petrũ à petra dictũ, non petrã à Petro 430.a
Pharisęos à christo redargutos, non cathedram Mosis spretam fuisse, quid sibi velit 428.b
philoxenus quidam nondùm baptizatus, q̃ factus episcopus 338.b
Picturę, qua Nyssenus ad lachrymas motus fuit, descriptio 328.b

pi-

picturam esse idiotarum libros 333.a
picturæ cur in ecclesijs adhibeantur 334.b
pietas quid, quantaq; sit sapientia 5.a 257.a
pietas recta quæ 258.b
pietatem in cælo augeri 280.a
piscatores qui quibus imperatoribus quam. ti habiti 286.b
Plato quid maximè consentaneum Christianis scripserit 303.a
platonem pleraque ex veteri Testamento præsumptio & desperatio, quales, vndéve hausisse 303.a
plena gratia quàm rectè dicatur Maria 192.b
plenitudo Mariæ qualis 215.b
plinij Secundi de Christianis & eorum cœtibus sententia 496.a
Pœnitentia qui agenda 118.b
porta concluſa mysticè quæ 196.b
porta illa Ezech elis quæ 40.a 201.b
postes cur quibus quomodò coronãdi 52.a
potestatibus quibus quantoperè cur subdi oporteat 359.b
Præceptum DEI primum quid in se complectatur 252. secũdum 340.b 341.a tertiũ 345.b 346.a quartum 357. quintum 364.b 365.a sextum 370. septimũ 379.b octauũ 384.a nonum & decimum 390.
præceptum non mœchandi, quĩ differat à præcepto nõ concupiscendi vxorem alienam 356.a
præcepta charitatis quot & quæ 230.b
præcepta Dei quæ quĩ aut simpliciter aut figuratè intelligenda 350.
præcepta tabulæ secundæ quàm sint merè naturalia 357.a
præcepta, siue scripta, siue non scripta, æquè seruatu necessaria 406.
præcepta Dei aut decalogi postrema quid continent 390.b
præceptorum ad proximum pertinentium summa quæ 394.a
præceptorum Dei trium primorum summa quæ. 354.b
picturæ cur in ecclesijs adhibeantur 334.b
pietas quid, quantaq; sit sapientia 5.a 257.a
pietas recta quæ 258.b
pietatem in cælo augeri 280.a
piscatores qui quibus imperatoribus quam. ti habiti 286.b
Plato quid maximè consentaneum Christianis scripserit 303.a
platonem pleraque ex veteri Testamento præsumptio & desperatio, quales, vndéve hausisse 303.a
plena gratia quàm rectè dicatur Maria 192.b
plenitudo Mariæ qualis 215.b
plinij Secundi de Christianis & eorum cœtibus sententia 496.a
Pœnitentia qui agenda 118.b
porta concluſa mysticè quæ 196.b
porta illa Ezech elis quæ 40.a 201.b
postes cur quibus quomodò coronãdi 52.a
potestatibus quibus quantoperè cur subdi oporteat 359.b
Præceptum DEI primum quid in se complectatur 252. secũdum 340.b 341.a tertiũ 345.b 346.a quartum 357. quintum 364.b 365.a sextum 370. septimũ 379.b octauũ 384.a nonum & decimum 390.
præceptum non mœchandi, quĩ differat à præcepto nõ concupiscendi vxorem alienam 356.a
præcepta charitatis quot & quæ 230.b
præcepta Dei quæ quĩ aut simpliciter aut figuratè intelligenda 350.
præcepta tabulæ secundæ quàm sint merè naturalia 357.a
præcepta, siue scripta, siue non scripta, æquè seruatu necessaria 406.
præcepta Dei aut decalogi postrema quid continent 390.b
præceptorum ad proximum pertinentium summa quæ. 354.b
præmiorum in cælo quanta futura diuersitas 138.a
præpositis cur obediendum aut subiacendum 360.a
præputia quæ quibus circuncidenda 244.a
prærogatiuæ quot aut quæ in virgine Mariæ inueniendæ 216.b
præsentẽ Christo, faciliùs ab eo, quod vult, impetrare 288.a
præsumptio & desperatio, quales, vndéve oriantur facilè 154.b 155.a
precationes omes bonas, Dominica oratione complecti 157.b
precatores peccatis obnoxios, in precandis venia precatoribus alijs opùs habere 285.
preces sanctorum pro nobis, qui per Chrysostomum assertæ 185.b
precij vocabulo crucé à Paulo insinuatã 51.a
Primatus quis cui à Christo collatus 99.b
primum Dei præceptũ qd complectat 252.a
primorum principiorum demonstrationes inquiri non posse 11.b
principes qui vbinàm se non pastores, sed oues arbitrari debeant 458.a
principum præsentiam in synodis celebrãdis haud necessariam 458.b
principiorum (quæ vocantur) primorum authoritas quanta 11.b
priuilegia Ro ecclesię q̃ vndè pfecta 464.a
proborum inter catholicos solorum quãta felicitas 139.a
promissa quę cur non soluenda 344.b 345.a
prophetæ cur apertiùs de ecclesia quàm de Christo prophetârint 96.b
prophetæ quĩ nobis honorandi 310.b
prophetæ vndè qui inuocati 316.a
propugnaculũ Rom. imperij, crucé esse 57.a
prosperi episcopi de charitate pconium 120.a
prosperitas rerum omnium in vno est Christi crucis signo 56.a
proximus quis cui diligendus 226.a
proximus quis cui 285.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

proximũ dilectio quibus duobus comprehendatur 232.a
proximum quandò sicut nosipsos diligimus 221.b
proximi nostri qui 222.a
prudentij Poetæ Christiani de sanctis quibusdam martyribus carmina quæ qualia 291.
Psalmista qui simulacra gentium exibilet ac deseribat 320.b 321.a
psalmistæ de Christi resurrectione assertio 58.b
psalmistæ de iudicio extremo, aut die Domini testimonia 71.a
psalterium quot in partes ab Hebræis diuisum 183.a
psalterij decem chordarum ad x. præcepta qualis collatio 356.b
Purgatorij ignis assertio 108.a

Quadragesima quò sit nobis quasi parasceue 352.b
quadragesimæ & 4. temporum ieunia, cuius sint traditionis 410 a
quadragesimæ ieiunium esse traditiõis apostolicæ 411.b
quadragesima aut ieiunium quadragesimale qui obseruandum 493.b
quadraginta quidam martyres, quomodò à D. Basilio laudati 282.b
quærenda quæ quibus non sint 9.a
quæstio, de cuius responsione Augustinus dubitat, qualis aut quæ 270.b
quæ tria vbi aut quandò considerãda 278.b
quæ non initiatos videre dedecebat, ea publicè circũferri scripto nõ decuisse 403.b
quæ præter Euangelia & Apostolica scripta in Missa leguntur, traditionis Apostolicę esse 403.b
quàm diligenter pro vita æterna laborandum 138.b
quanta Ro. pontificis dignitas 438.a
quantum boni sit, carere inuidia 138.a
quartæ & sextæ feriarum ieiunij quæ iuxta Ignatium habenda ratio 494.a
quatuor temporum ieiunia qui obseruanda 494.a
quibus in rebus aut negocijs tenendum quid 467.b
quicquid sperandum est, oratione Dominica comprehendi 156.a
quicquid rectè precamur, oratione Dominica contineri 157.b
qui cum episcopo non sunt, in Ecclesia non esse 100.b
quid, inuocando Basilium, Nazianzenus ab eo postulârit 284.b
quid volenti ad vitam ingredi seruandum 395.b
quid patres de traditionum apostolicarum contemptoribus senserint 420.a
quinq; synodos euangelij instàr Gregorio habitas 461.b 462.a
quinq; esse præcipua ecclesiæ p̃cepta 490.b
quinto Dei præcepto quæ, præter cædem, alia prohibeantur 365 a
quot quotannis ex Apostolorum consilio habenda concilia 457.
quot aut quæ concilia, Euangelij instàr habenda 461.b 462.
quotidianus panis qualis aut quis 171.b
quotidiano lauacro recèns baptizatum abstinere per hebdomadam totam, traditionis apostolicæ esse aut fuisse 405.
quotuplicem acceperit Ecclesia gratiã 102.a
quotuplicia sint apostolorũ Seniorum ve præcepta 402.a

Raab qui fuerit ecclesiæ typus 19.a
rabani de sanctorum festis doctrina aut sententia 317.
radix malorum omnium quæ 393.a
rationem fide, non fidem ratione, præuenendam 11.a
ratione rationem transcendere, irrationabile esse 10.b

Rectè de Christo sentire, vbi aut quandò non sufficiat 109.a
redemptionis humanæ beneficiũ quale aut quantum 79.a
refugium ad sanctos, iam olim in vsu fuisse 301.b
regina cælorum quæ 207.a
regum & subditorum permutatio q̃ qualis, aut quàm pia 286.b
regum quorum patroni qui 298.a
religio quid 255.b
religio quid sit aut signet 257.a
religio vera quæ 258.b
reliquiæ q̃ q̃lis thesaurus 253.b quã in quos habeant potestatem 287.a qui venerandę 295.b 307.a quæ quales sint fontes 307.b quæ cur & qui tangendæ 311.a ad quid nobis à Deo relictæ 311.b
reliquiarũ virtus, honor & beneficia 300.b 301.a 309.b
reliquiarum sacrarum tactus quid vbi operetur 310.b
reliquiarũ veneratio & beneficia qui vndè asserta 315.a
reliquijs sanctorum exhibitus honor iam olim qualis 304.a
reliquias ad quas quæ vbi miracula peracta 308. 309.a
reliquijs sanctorum muniri ciuitates 314.a
reliquijs in ipsis martyrum aut sanctorum quid honorandum aut venerãdum 314.b
remissio peccatorum quibus scripturarum locis asserta 115. 116 117.
remissio peccatorum, qualis aut quantus sit thesaurus 114.a
remissionis peccatorum q̃ solùm sint aut fiant participes 114.b
remissionem peccatorum extra ecclesiam non esse 118.a
renũciare sathanę (aut satanę) in baptismo, vndenàm sit 403 b
renunciare diabolo in baptismo, traditionis Apostolicæ esse 404.b
repurgator hæresum & errorũ quis 442.b
resurgentium omnium qualis futura vel ętas vel statura 131.a
resurgentium decor & pulchritudo qualis 131 b
resurrectio Christi quantæ sit nobis consolationi 58.b
resurrectio qui verè futura 129.a
resurrectionis generalis ex scripturis ostensio 9.a
resurrectionis Christi, & vniuersalis omnium, per Paulum assertio 60. & deinũ
resurrectionis vniuersalis per scripturas demonstratio 122 b 123. 124. 125. 126.
resurrectionis futuræ exemplar certum q̃d 129.b 130.
resurrectionis Christi festum Paschale esse traditionis Apostolicę 409.a
resurrecturos, quotquot vixerint ac mortui sint, omnes 130.
resurrecturorũ caro qualis certò futura 131.a
retractationes q̃ cur non admittendæ 476.a
reuocanda in dubium minimè quæ 476.b
rex & imago eius non duo sunt reges 324.a
Romæ qui primò omniũ Crux Christi erecta 57.a
romæ aliter olim, àc Mediolani, ieiunatum fuisse 415.b
romæ qui duo Apostoli vno eodemq; tempore passi 439.a
romam vndè cathedra Petri trãslata 440.b
romana ecclesia quî à duobus apostolis cõsecrata 439.a
romana vrbs quantæ sit D. Petro apostolo curæ 298.a
romanæ ecclesiæ primatus & in fide constantia 100.a
ro. ecclesiæ principatus assertio 100 b 101.a
romanæ ecclesiæ laus 432.b 437.a
romanæ ecclesiæ priuilegia qualia aut vndè profecta 464.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

romanam ad sedem quibus quomodò confugiendum 441.b
romanâ ecclesiam in fide errâsse nunquàm 465.b 466.a
romanus martyr qui à Prudentio inuocatus ac descriptus 294.a
rom. pontifex qualium rerum repurgator 442.b
romani martyris mater qui viuum adhuc puerum, vt sibi patronus sit, orârit 294.a
romani imperij propugnaculum esse Crucem 57.a
rom. pontificis potestas quanta 121.a
romani pontificis authoritas ad quid quandò implorata 434.b
romano pontifici non communicantes, ad Antichristum spectare 433.b
romanorum pontificum à Petro vsque ad Irenæi tempora catalogus 426.b 427.a
romanorum pontif. successio à Petro vsque ad ætatem Optati Mileuitan. 427.b ad Augustini ætatem ibid.
Rubricatus aries quid 302.b
rubus quis cuius figura 200.b
ruffinus historicus qui Crucis formam extulerit 53.a
ruffini de symbolo Apostolico sententia 14.b 15.a
ruffini de obedientia Cõstantini erga Nicenam synodum, assertio 459.b

S Abbatum qui seruandum 346.a
sabbati obseruandi præceptum quomodò ad Christianos spectet 350.a
sabbati celebratio cur vel abrogata, vel trãslata 354.a
sacerdotis maiorem, quàm regis, esse dignitatem 485.a
sacerdoti cui quotiès cuiq; quotiuis confitendum 490.b
sacerdotes absque Dei iudicio non esse aut salutandæ Mariæ Deiparæ mos ac modus fieri 460.b
sacerdotum sibi inuicèm cohærentium glutino copulari ecclesiam 100.b potestas quanta 118.b & eaque ne angelis quidem aut archangelis concessa 119.b quanta dignitas 483. 484. vinculum ad cælos viam persuadere 119.b vinculo animam ipsam adstringi 513.b officium quod 486.b
sacerdotalis ex diuina Ordinatiõe potestas quanta 118.b
sacerdotium propter indignos aliquot non esse traducendum 484.b
sacerdotij persecutores, diaboli seruos esse 461.a
sacerdotij potestas aut dignitas reges ac principes excedit 484.b
sacramenta absque Crucis signaculo non ritè confici 49.b
sacramenta quæ quò & vtilia, & necessaria 522. 523.
sacramenta veteris legis plura, quàm nouæ 523.a
sacramentis nouæ legis societatem Christiani populi contineri 523.a
sacramentis in religione colligari homines 522.b
sacrificare D E O in martyrum memorijs, & sacrificare ipsis martyribus, quàm sint diuersa 259.b
sacrificium soli Deo deberi 258.b
sacrificium Christianum quod aut quale 296.a
sacrificium quod aut cuius, cur tantùm Deo acceptum 102.b
sacrificia non offerri sanctis 259.a
salegunstadiensis concilij de peculiari quodam apud Germanos ieiunio sententia 494.b
saluari extra ecclesiam posse neminem 111.a
saluatoris statua argentea pedũ V, librarum clxx. vbi & vndè aliquandò oblata 331.b
salutandæ Mariæ Deiparæ mos ac modus vndè 190.b
salutatio angelica qui per Iacobum Apostolum descripta 186.a
salutationis angelicę ex scripturis assertio 184.b per Bernardũ explicatio 188.b 189. author primarius quis, & auctrix q̃ 191.a vsus quo nobis proficiat 191. sensus aut intellectus 192. additiuncula quæ qualis 193.b
salus extra ecclesiam non est 109.a 113.a
salutis initia & fundamenta fidem esse 619.b
samaria vndè postmodùm Sebaste appellata 288.a
samuelis reliquię vndè quò per quem qui transferę 304.a
sanctificandum qui sabbatum aut festa dies 354.
sanctificari nomẽ Dei petere, quid sibi velit 360.b
sanctificari cibum meritis martyrum 296.a
sancti qui quomodò colendi aut inuocandi 259.a 261.
sancti qui, quanquàm mortui, viuis posteris prosuerint 262.b
sancti defuncti quomodò viuorum rebus intersint 276.b
sanctos defunctos, non appellandos mortuos 277.b
sancti q quomodò nos expectent, ac de nostra soliciti sint salute 277.b
sancti quomodò honorandi 281.b
sancti cur & dij, & Domini, & reges dicantur 281.b
sancti ab Historico Theodoreto inuocati, qui 290. 291.a
sancti preces qui nostras audiant 291.b
sancti qui quomodò honorandi, & cur non appellandi mortui 309.b
sanctorum communione qui quantiue cõprehendantur 87.
sanctorum communionem ad defunctos etiam pertinere 107.b
sanctorum animæ quid quomodò videant aut non videant 275.

sanctorum virtute, D E I gloriam illustrari 289.b
sanctorum intercessio quàm non hodierna aut hesterna 296.b
sanctorum virtus quibus alijs in rebus extra corpus elucescat 298.a
sanctorum tumulos, CHRISTI altaria esse 304.b
sanctorum potestas quanta 312.a
sanctis omnibus quid, excepta Maria, prosirendum 202.a
sanctis non offerri sacrificia 259.a
sanctos Deo viuere 287.b
sanctis non offerri aut sacrificari, sed DEO 317.b
sanctos pro nobis in cælo supplicare 107.b
sanctos quomodò prętер Deum colamus & inuocemus 260.a
sanctos noui Testamenti, post mortem sudam non differri ab ingressu patrię cęlestis 274.b
sanctos, pro nobis solicitos esse 280.a
sanctos perindè nostri cura, ac angelos, tangi 280.b
sanctos habitacula aut templa Dei esse 282.a
sanctos pro nobis orare 282.b
sanctos laudare, quid 284.a
sanctos in Domino defunctos viuere, & puriorem ad Deum habere fidutiam 290.b
sanctos prospicere nostra 292.b
sanctos in cælo degentes, nostris etiam interesse rebus 294.b
sanctos post mortem suam viuentibus prodesse 297.a
sanctos vbiquè esse & prodesse, specialiter autem suis 302.b
sanctos pro nobis orare 327.b
sapiendum qui sit 487.a
sapientia quas circa virtutes versetur 4.a
sapientia vera quæ 5.a
sapientiæ & iustitiæ momentum quantum 4.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapientiæ liber quomodò & quàm execretur idola 319.b 320.
satisfactionis modus quibus vndè accipiendus 119.a
satyri intercessionem desiderâsse Ambrosium episcopum 285.b
Scala cælestis qui facta sit virgò Maria 210.a 217.b
scandala quę quibus ex doctrinis orta 237.a
schisma quàm odibile aut graue sit peccatum 106.b 110.b
schismatis maculam ne martyrio quidem ablui 113.a
schismaticos nil nisi interitum manere & pœnam 110.a
schismaticos falsò nomen ecclesiæ sibi vendicare 421.b
scientia maximè necessaria quæ 19.a
scire nihil, quorum fuerit aliquandò philosophorum professio 10.b
scribi cur multa non debuerint 403.b
scripta non esse omnia quę sint facta aut scitu vtilia 518.b
scriptura cur sola non sufficiat 144.a & quâ diuersè à diuersis intelligatur 144.
scripturam sacram nón expresè omnia habere, ideoque Traditione alicubi opùs esse 404.b
scripturæ pro legitimis & authenticis habendæ quę 140.a
scripturæ quandò & quî cur non audiendæ 442.a
scripturæ qui interpretandæ 469.b 470.a
scripturæ approbâdę aut reijciendę q̃ 503.b
scripturarum de Christi deitate testimonia 28.b 29.30.31.32. de CHRISTI resurrectione 59.60. &c. de CHRISTI ad cęlos ascensu 67. 68. 69. de iudicio extremo 71.72.73. &c. de CHRISTI deitate ac humanitate 80. 81. &c. de Spiritus sancti deitate 83.b 84. de authoritate ecclesię 88.a 89.
scripturarum de peccatorum remissione sententię 115.116.117. de generali resurrectione 122.b 123.124.125. de ijs quę ad symbolum spectant, aut symboli instàr credenda sunt, 140.b 141. de vita ęterna assertio 133.b 134. &c de spe, eiusq; virtute aut vi 145.b 146.147.148. de spe & oratione 149.b 150. &c. de spei & orationis virtute 155.b de paternitate Dei beneficia erga nos, 158.b 159.160.a de sanctificatione nominis Dei 161.a 162.b de petitione aduentus regni Dei 162.b 163.164. de volûtate DEI faciẽda 165.b 166. de pane quotidiano 169.170.a de peccatis & eorum remissione 171. de tentationibus aut tribulationibus 176.177.178. de liberatiõe à malis 179.180.181. de laude Marię 192.a 194.a
scripturarum de fide, spe & charitate testimonia 219. de dilectione DEI 226. 227.a de charitate seu dilectione 231. de decem prœceptis DEI 236.237.238.239. 240.241. de prœceptis DEI obseruandis 243.b 244.245.246.247.248. contra idololatriam aut pro primo Dei præcepto 252.b 253.254.255. de honore aut memoria sanctorum 265.b 264.265.266. 267.268.269.270.271.272.273.274.
scripturarum de idolis gentium vanis & cauendis testimonia 319.320.321.322.323. de sabbati sanctificatione 346.b 347. de honorandis parentibus 358.359.360. de cędę aut sanguine non fundendo 365.b 366.367.368. de mœchia aut scortatione 370.a 371.372.373. &c. de mendacibus aut falsis testibus 384.b de furto aut similibus vitijs 380.381.382.383. de concupiscentijs vetitis 390.b 391. &c. de tabulis duabus duobusque naturæ prœceptis 394.
scripturarum pro authoritate ecclesię testimonia 400.b 401.a de traditionibus 407.a 413.b 414.415.416.417.a 418. 419.a de vno summo ecclesiæ capite testimonia 423.b 424. citatio seu allegatio quæ qualis 426.a de ecclesiæ authoritate 446.a 447.448.449.450. de ecclesiæ præsidibus & doctoribus sententia 454.b 455.456. exponendarum quanta vbi diuersitas 468.a de pastorũ aut doctorum vsu & necessitate 478.479. 480.481.482.483. de obedientia & præsidentia & cæte. 488.489.a de præceptis ecclesiæ obseruandis 497.b 498.
scripturarũ de ecclesiæ authoritatis vti lite & necessitate testimonium 500.b 501. 502.503.a interpretatio qui fieri debeat 506.bde nõ scriptis oĩbus scitu vtilibus, itẽ de Maiorum traditionibus &c. 516.b 517.518. de tribus virtutibus theologicis 520.521.
scripturas non in legendo, sed in intelligendo consistere 499.a 507.a 509.b
scripturis vt Christũ, sic & ecclesiam demõstrari 103.b
scripturis nõ omnia scitu aut factu necessaria haberi 510.a
scrutari quę quibus vetita 9.a 403.a
sculptilia quæ tantùm vetita 323.b
sculptilia quæ qui fieri iussa 324.b
Sebaste quid sonet, & quid nominis vrbs sic dicta, olim habuerit 288.a
secundùm opera cuiq; sua reddendum 20.b 82.b 122.a
securitas quæ cur vbi periculosa 154.a
securitatem esse matrem negligẽtiæ, ideoq; hic non petendam 154.b
sedere ad dexteram, quid sit 66.b 70.a
sedium omnium ecclesiarum prima, secunda, & tertia quæ 439.b
segulah Hebraicè quid 170.b
sepeliendi ad martyrum sepulcra mos ac ratio quæ 302.b
sepulcra & natalitia quorum quî illustrata 286.a quæ quid aut quò nobis prosint 311.b
sequela CHRISTI quę quid à nobis exigat 48.b
seraphica forceps mysticè quid 196.a
Aegyptijs contempti 53.a
Gregorio Magno increpatus 334.b
serpentis imago aut statua cur à Deo fieri iussa 322.a
serpentis caput vndè contritum 216.a
seruitus DEO tantùm debita quæ 258.b
seruitus quę qualis 256.b
seruorum erga Dominos officium 360.
seruorum sententiam quis Dominus confirmet 513.b
sessio Christi ad patris dexteram, Augustino quid aut qualis 69.b
sexu in suo vnumquenque, sine concupiscentia tamen, resurrecturum 131.b
Signare aut signari Crucis signo, vndè sit 9.a 403.a
signum filij hominis in cælo qui apparitum 51.a
simulacra ethnica longè alia esse, àc Christi & sanctorum imagines 318.b
simulacrum Deo indignum, quod 70.a
singulam quanque in Trinitate personam esse DEVM, qua cautela profitendum 21.b
Societas noui populi quibus sacramentis colligata 523.b
sol vti creaturis omnibus vnus, sic prædicatio veritatis vna 98.a
solis scripturę testimonijs omnia transigi non posse 467.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſolem facilius extingui, quàm Eccleſiâ obſcurari 97.a
ſophoniæ qualis futurus ſit Domini dies 72.a
ſozomeni de hæmorrhoiſſica CHRISTI & apoſtatæ Iuliani imaginibus narratio 335.
ſozomeni de ijs, quorum ſit indicere aut habere concilium, narratio 457.b
Spes quid ſit, & quàm fidelibus neceſſaria 145.
ſpes qui nutrienda & excitanda 149.a
ſpes vbi aut quâdò in præſumptionem vertatur 149.
ſpes quomodò aut vbi timori coniungenda 153.b
ſpes deceptoria quæ 154.b
ſpes vnica peccatorum poſt CHRISTVM, deſperantium etiam, quæ 187.b 202.b 204.a
ſpei definitio 145.a
ſpei ex ſcripturis commendatio, eiuſque ex eiſdem demonſtratio 145.b 146. 147. 148.
ſpei & fidei communia quæ 148.b
ſpei neceſſarium quid 153.b
ſpem à timore non diſiungendam eſſe 149.b
ſpem qua ratione conſequamur 149.a
ſperanda quæ quibus bona 155.a
ſperanda omnia, oratione Dominica comprehendi 156.a
ſperare cuius potiſſimùm ſit 153.b
ſperata omnia etiam credi 148.b
ſpiritus ſanctus quos aut vbi tantùm viuificet 108.b
ſpiritus ſancti habendi cupidis quid faciendum 108.b
ſpiritum ſanctum Patri & filio coæternum, coæqualem, &cæt. eſſe 83.a
ſpiritum ſanctum in eccleſia eſſe 103.a
Stando quandonàm, non geniculando, adorare ex traditione oporteat 405.b
ſtatuas & imagines Sanctis erigendas aut effigiandas 310.a
ſtella aut ſtellæ quæ myſticè quid 200.b 216.
ſtephani protomartyris reliquiæ quid miri in Africa exhibuerint 308.b 309.a
ſtephani protomartyris laus 310.a
ſtudijs qualibus die feſto vacandum 354.a
Subijci quibus oporteat 360.b
ſubſtantia in fidei definitione quid ſibi velit aut præ ſe ferat 10.b
ſubſtantiæ nomine quid indicetur 10.b
ſubtrahens patri aut matri quidquam, qualis habendus 364.a
ſucceſſio quæ aut quorum, quanti ſit momenti 432.
ſucceſſiones epiſcoporum certæ quò valeãt aut conducant 428.a
ſucceſſores apoſtolorum qui 457.a
ſuffragatores nobis apud Deum qui quales aut quanti 283.a
ſuffragia quæ quanti facienda 262.b
ſuperiores qui quomodò audiendi 490.a
ſuper Petrum, authore Cypriano, ædificata eccleſia 99.b 100.
ſuperſubſtantialis panis quid 170.b 171.a
ſuſpectus in doctrina vndè quis facilè deprehendatur 106.a
ſuſpicio quæ quos peſſundet 9.a
Sylueſtrum papam I. habuiſſe Petri & Pauli viuas effigies 326.b
ſymbolum quid ſonet 13.b
ſymbolum apoſtolicum alioquì breue, cur reuerà magnum 14.a qualis Ambroſio ſit clauis 14.a cur, vndè & quandò compoſitum 14.a vndè qui & profeſſum & diſcendum 14.a cur initiò non ſcriptum, ſed traditum 15.a quid ſonet 15.a quo in honore habendum 142.a cur quotidiè recenſendum, & quì profitendum 142. 149.a

ſym-

ſymboli apoſtolici laus, ac particulæ ſeu articuli quot 13.a gnauiter diſpecti vis quãta 16.a conditi ratio 16.b verba quò maximè ſpectent 17.a articuli qui & quot 17.a authoritas quanta 40.a
ſymbolo compræhenſa, creditu neceſſaria 139.b
ſymbolorum qualis in exercitu militari vſus 15.a
TAbulæ ſecundæ præcepta, eſſe penitùs naturalia 357.a
tabularum Dei duarum quæ, quot præcepta 328.
tabularum Dei duarum præcepta quæ quì diſcernantur, aut quò ſpectent 354. b 355.a
tabulis duabus duplicem charitatem lepidè inſinuari 393.a
tactus quis quid vbi & quibus profit 310.b
talionis reddendæ modus quis 365.b
Templa quæ qualia 289.a
templa quì Deo in quorum nomine erigẽda 309.b
templa cur quibus hiſtorijs depingẽda 327.a 328.b 329.a
templa Dei myſticè quì 282.a
tentatis ac tribulatis quì (iuxta Bernardum) imploranda Maria 215.a
ter crucis in aëre ſignũ Conſtantino viſum 57.b 58.a
terræ ſanctæ ex Iudæa in Africam tranſlatæ miraculum 308.a
tertullianus quid de quibus ſimilitudinibus aut imaginibus ſentiat 323.b
tertulliani de traditionibus non ſcriptis teſtimonium aut ſententia 49.a de inueteratis obſeruationibus 404. b de precationibus & orationibus pro defunctis 410.a de orationibus & oblationibus pro defunctis 411.a de authoritate traditionum eccleſiæ 421.a de cathedris apoſtolorum 436.b 437.a de ieiunijs 495.b
tertulliano Chriſtianus quis ſit, aut non ſit 3.b
teſtamenti vtriuſque librorum catalogus 504.b 505.b
teſtimonium quod, quale've quoto Dei ſcepto vetitum 384.a
teſtimonio falſo quæ alia vitia comprehendantur 384.b
teſtimonia patrum mira de imaginibus, in II. concilio Niceno allegata 326. 327.
thau (alibi tau) literæ Hebraicæ forma quid præ ſe ferat 50.b
thau literæ forma figuram Crucis referri 52.b
themata fidei quæ qualia, & vndè qui reuelata 7.
thematũ aliquot Catholicæ fidei è ſcripturis oſtenſio 8.9.a
theodoretus quorũ ſanctorum preces imploràrit 290.a
theodoreti hiſtorici de crucis virtute aut vi aſſertio 51.b
theodoreti Cyreñ epiſcop. de laude martyrum apophthegma 289.a
theodoreti de vnis in eccleſia epiſcopi vnitate ſententia 437.a
theodoſij imperatoris de ijs qui dijudicandæ doctrinæ eccleſ. præfici debeant, ſententia 457.b 458.a
theodoſij cuiuſdam archimãdritæ de 4. ſynodis apophthegma 462.
theologicæ virtutes quæ & quot 4.a
theologicæ cur quæ virtutes appellentur 520.a
theophylacti de traditionibus eccleſiaſticis ſententia 407.b
theoſebiũ quid 5.a 255.b 257.b
theſaurus quantus per Chriſtum nobis cõparatus 14.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

thomæ Apostolo quò sua tandèm qui cessârit experientia 12.a
thracia cuius aliquandò reliquijs vndè & q illustrata 304.a
θρησκεία quid 255.b 257.a
Timoris & spei societas quæ quàm necessaria 153.b 154.a
Tobiæ de honorandis parentibus præceptũ quale 359.a
toletani concilij 1. de scripturis authenticis sententia 142.a
toletani concilij 8. de iuramentis incautis sententia 344.b
toletani concilij de authoritate conciliorũ sententia 462.b
toletani concilij de scripturarum discretione sententia 502.b
Tradita cur quædam velut silenter, non palàm literis commendata 403.b 404.a
traditionem ecclesiæ scriptam & non scriptam, eiusdem fidei esse 406.a
traditiones quî suas Apostolus seruatas aut seruandas voluerit 406.b quę quanti faciendæ 406.b 407.a qui cognoscantur aut probentur esse apostolicæ 408.b quantoperè Basilij iudicio obseruandæ 410.b qui per quos confundantur 413. quę à quibus quàm differant 415.b apostolicæ quales sint termini & fundamenta 419.b cur necessariæ 510.a quò maximè conducant 515.b
traditionum Apostolicarum laus, vis & authoritas quanta 15.b
traditionum ecclesiasticarum assertio ac defensio 49.
traditionũ etiam nõ scriptarum vis q̃ 143.a
nomine quæ ecclesiæ præcepta comprehensa 402.b aliquot Apostolicarum specialis assignatio 403.a 405.b aliquot non scriptarum assignatio 404.b apostolicarum vis & authoritas 404.b 405.b damnatores, verbo DEI damnari 416.a
traditionum vis quanta 514.a
traditiones aliquot non scriptas esse, etiã scriptis literis ostendi 412.a
traditiones Apostolicas aut Ecclesiasticas spernentium pœna 506.a
traianus quinam Christianos persequeretur 496.a
transfiguratio hæreticorum quæ qualis sententia 508.b
tres in cælo testimonium dantes, qui sint 8.b 20.a
tria in ferijs sanctorum considerandis quæ 278.b
traditiones apostolicæ Christianis obseruandæ, quales 409.a 419.b
triburiensis concilij de festorum obseruatione præceptum 492.b
tridentinę synodi de conceptione B. Marię sententia 202. de mandatis DEI seruandis 249.a
tridentini concilij de scripturarum authoritate sententia 142.b de præceptis Euangelicis 242.a de sanctorum inuocatione 296. de veneratione, reliquijs & imaginibus sanctorum 315.a 339.a de verborum sacrę scripturę abusu 345.b de confitendo & communicando ad minus semel quotannis 496.b 497.a de libris sacrę scripturę authenticis 505. de interpretatione scripturę 506.b
trina baptizandi immersio vndenàm sit 404.b 405.b
trinitas sanctissima quomodò confitenda aut credenda 18.
trinitatis sanctissimæ confessio, quanti sit momenti 18.a
trinitati quomodò tres symboli partes affabrè respondeant 18.b
triumphorum trophęa & insignia cruces esse 52.b
Tumuli qui quomodò sint CHRISTI altaria 304.b
tumuli qui cur & quomodò inuisendi 311.a
turres ecclesiæ mysticè quî aut quales 283.b

VAe maledictionis vndè qui seu per quam sublatum 192.b
vandalorum aut Vuandalorum in Africam irruptio qui per quem deprecata 316.
vani hominum sensus, qui 19.a
valentiniani pium de promissione habendi concilij responsum 417.b
Vectes inferni vndè & quandò contracti 65.b
veniali absque peccato genitricem DEI vixisse 202.b
venialia peccata qualia 202.b
venialibus peccatis non tolli iustitiam 249.b
verba DEI qui tractanda 341.a
verba quæ cur quibus cauenda 330.b
verba inuocationis aut consecrationis sub Missæ sacrificio, ex traditione Apostolica esse 403.a
verborum sacræ scripturæ ad res profanas conuersio qualis 345.b
veritas vbì tantùm conspiciatur 102.b 103.a
veritas vndè petenda 143.
veritas per quos vbì doceatur 442.b 443.a
veritas ac morum disciplina quî aut vndenàm habeatur 505.a
veritas vbi sit aut maneat 511.a
veritatem summam nec fallere, nec falli 8.a
versùs Orientem orare, traditionem Apostolicam esse 403.a
vestes aut vmbras sanctorum, dæmonibus horrori esse 312.a
veteris vulgatæ librorum sacrorum editionis authoritas quæ 506.a
Victimas cruentas cædere quid sibi velit 257.b
victor martyr quî à Diuo Bernardo inuocatus 280.b 281.a
victoris Africani de inuocatione sanctorum sententia 316.a
victoria quî Constantino in Crucis signo promissa 56.b
victoriæ Constantini per Crucis signum quantæ 57.
vigilantij de sanctis defunctis hæresis cuiusmodi 177.b
vigilantij blasphemia cõtra eucharistiam & sanctorum reliquias &cæt. 303.a
vigilantium à dæmone impulsum ad reliquias sanctorum impugnandas 305.b
vigilantiani cur damnati 262.b
vigiliarum nomine cur qui dies vocentur 490.b
vincentius martyr quî à Prudentio laudatus & inuocatus 293.a
vincentij Lirinensis de ecclesiæ agnitione sententia 104.b eiusdem consilium quod qua in re optimum 105. de internoscendis doctrinis diuersis sententia 144.a de synodorum generaliũ authoritate 467.b de tractatione scripturarum hæretica 507.
virga quę qualis aut quid 203.a
virginitatem Marię neque conceptu, neque partu CHRISTI perditam 40.a
virginitatem quî suam DEO Mariæ vouerit 190.a
virginum institutio per Ambrosium qualis 211.
virginum omnium quale in Maria exemplar 212.b
virtutem laudare, quid 284.a
virtutum quarum maxima quę 4.b
virtutum trium Theologicarum laus & energia 519.
vita æterna quanto præsenti hac optabili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

or futura 132.b
vitæ æternæ quanta futura sit felicitas 137.a 167.b
viuendum qui sit 154. 343.b
viuere extra ecclesiam salutariter posse neminem 111.a
viui ne tantùm pro viuis, an & mortui pro viuis orare possint 278.a
Vnitas fidei & ecclesiæ quantoperè sit necessaria 6.b 7.a 97.a
vnitatis Dei assertio 23.b
vnitatis hostem, charitatem non habere 108.b
vnitatis ecclesiasticæ momẽtum seu authoritas quanta 109.a 118.
vnitatis laus, eamque scindi non posse 113.b
vnitatis cuius quanta habenda cura 487.a
vnitati ecclesiasticę aduersantes, in spiritum sanctum peccare 118.b
vniuersitas quanti apud quos esse debeat momenti 468.a
vniuersitatis sequendæ ratio & vsus quis 105.a

X Enaiæ quanta aduersùs Flauianum & synodum Chalcedonensem audacia 338.b
xenaiæ cuiusdam Persæ hypocrisis & iconoclasmus 338.b

Z Achariæ de resurrectione Christi eraculum 59.a
zachariæ candelabrum quod mysticè quid 197.a

ERRATA TEXTVS.

In catalogo sequenti prior numerus paginam, posterior versum indicat: quod indè sequitur, vera lectio est.

19 21 es 24 2 prȩcipit 26 18 timeatis 40 28 virgo 56 7 iter facere 63 4 in Christo 67 31 essemus 93 17 F. Genesis 109 vlt neque 120 25 vtrunque 125 24 redũdat ficut 127 16 copulata 131 13 sunt 154 9 mihi esse 167 28 debuerat 170 20 illi 194 28 eum 197 10 per 200 1 viuificatricẽ 200 31 sideri 216 vlt supereffluenti 251 18 sicut ibi prȩcip. 254 2 & interfic. 261 4 Ecclesiæ 265 20 afferent 270 8 conuersus est 279 1 ille 281 8 decipiens 286 23 hic 288 6 vlulare 293 34 repescit 296 16 Christianorum 298 10 G 300 11 nomine 307 3 capiebant 308 27 cùm eò 310 vlt Iuuentinũ 311 34 effectus 314 6 vel secundùm alios 93. 327 2 proueheret 338 36 Cynegetico 339 28 Dredundat 353 36 habemus 354 24 gemitum 358 12 tuum 403 13 imprudentes 408 7 Apostolis 432 37 manentium 436 36 cap. 3. 438 7 decimanona Ibid 34 vel 439 vlt primi 442 24 Ipsa est 457 31 oratum 463 12 in modũ 473 14 confinxi 474 31 commentitium 504 21 explanatione 509 7 nobis 511 vlt coercionis 516 18 vigef. secundo 522 in princip. sic lege: A Aug. lib. 2. retract. cap. 63. vt suprà, de fide & symb. quæst. 2.

ANNO-

ANNOTATIONVM MARGINALIVM ERRATA.

In catalogo sequẽti prior numerus paginam, posterior versum indicat: quod indè sequitur, vera lectio est.

65 19 Psal. 93. 86 12 Homil. 1. in 1. Corinth. 99 v post vlt. Super Petrum 111 10 nequeunt 111 penult. Exodi 12. 140 9 ad Damasum 216 11 Media 249 vlt. 1. Corint. 9. 262 6 in Psal. Ibidẽm 16 anniuersar. 19 Taurin. 28 libr. 4. cap. 16. 338 15 Prophanus 340 1 martyrio 341 11 Deut. 23. 395 5 Rom. 13. 408 14 cap. 24. 411 penul. exortos 419 7 Luc. 10. 421 12 Matth. 16. 428 13 Plura &c. redũdat 454 9 7. d 458 19 se esse 467 13 Tenendum & c. pertinet ad seq. pag. vers. 7. 513 13 Seruorum 515 5 Rom. 9.

TOMI PRIMI AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE ET SANCTORVM PATRVM, QVAE IN CATECHISMO DN. PETRI CANISII THEOLOGI SOCIETATIS IESV CITANTVR, ET NVNC PRIMVM EX IPSIS FONTIBVS FIDELITER COLLECTAE, IPSIS CATECHISMI VERBIS SVBSCRIPTAE SVNT, VNA CVM LOCVPLETISSIMO INDICE,

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca